- Digitalisierte Fassung im Format PDF -

# Historia plantarum alsaticarum

Marcus Mappus
Johann Christian Ehrmann

Die Digitalisierung dieses Werkes erfolgte im Rahmen des Projektes BioLib (www.BioLib.de).

Die Bilddateien wurden im Rahmen des Projektes Virtuelle Fachbibliothek Biologie (ViFaBio) durch die Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg (Frankfurt am Main) in das Format PDF überführt, archiviert und zugänglich gemacht.

# MARCI MAPPI, Med. D.
# HISTORIA PLANTARUM ALSATICARUM
## POSTHUMA
OPERA ET STUDIO
JOHANNIS CHRISTIANI EHRMANNI,
MED. DOCT. ET PRACT. ARGENT.



ARGENTORATI
Sumtibus JOHANNIS DANIELIS DULSECKERI,

AMSTELODAMI
Apud PETRUM MORTIER Bibliop.
MDCCXLII.



PERILLUSTRI,
GENEROSISSIMO ATQUE
EXCELLENTISSIMO DOMINO,
DOMINO

# FRANCISCO JOSEPHO DE KLINGLIN,

BARONI IN HATTSTATT,
DOMINO IN ILLKIRCH &c. &c.

REGI CHRISTIANISSIMO
A CONSILIIS,
SUPREMI IN ALSATIA SENATUS
REGII ASSESSORI,
EQUITI HONORARIO,
REGIÆ CIVITATIS ARGENTO-
RATENSIS
PRÆTORI REGIO
EXCELLENTISSIMO,
AC OMNIUM IN CURIA COLLEGIORUM
PRÆSIDI GRAVISSIMO

PERPETUAM FELICITATEM!

# VIR
# PER-ILLUSTRIS
## ATQUE
# GENEROSISSIME!

*INdulſiſti privato conſilio, ut publici juris facerem ſcriptum illud Botanicum, quod cum reliqua ſuppellectile herbaria doctisſimus* MAPPUS *meis ſolius uſibus per Teſtamentum nuncupativum reliquerat. Imo non indulſiſti tantum, ſed ſimulatque de inſignioris utilitatis in artem Medicam hinc redundaturæ ſpem non exiguam conceperas, ad hoc pietatis velut quoddam Officium gratioſe admodum hortatus es.*

*es. Quo ipſo conſilio utut abunde ſimul declaraveris, me, dum juſſa exequor, de* TVO *Patrocinio non debere eſſe ſolicitum, etiamſi vel publicum ſuſceptæ clientelæ documentum non exhiberem: exorari tamen facile poteris, ut* TVO *auſpicio prelum relinquens opuſculum, Perilluſtre* TVVM *Nomen præfixum gerat, ob plures easque non injuſtas rationes nulli alii inſcribendum. Ornatus enim tali frontiſpicio liber non poterit non tanto magis ſe commendabilem reddere Hygieiæ cultoribus, in quorum potisſimum uſum,* TE *Suaſore, lucem adſpexit, ſique fructuoſus ipſis fuerit, vel ſi ætatem feret, prout* TV *quidem utrumque bono omine augurari, fas erit, ut ad conſpectum* TVI *Nominis iisdem non ſolum publicitus pateſcat, cujus potisſimum ſtudio nova hæc artis ſuæ locupletatio ſit in acceptis ferenda, ſed &, ut cum perennitate libri memoria ſui Mæcenatis ſimul perennet. Tametſi vero ſingula hæc non obſcure prodant nexum, qui vel inter editorem vel libellum ipſum atque Celebratisſimum* TVVM *Nomen intercedit, ſupereſt tamen adhuc quædam, eaque è ſincerisſimo pietatis affectu enata ratio, prædictam necesſitudinem ulterius*

*terius*

*terius comprobans; videlicet dum præſente nuncupatione id ago, ut univerſo Medicorum choro novum rurſus ſpecimen exponam, quod docere illos luculenter queat, nullam temere occaſionem abs* TE *prætermitti, quâ ipſorum commoda promoveri ullo modo poſſent: recens certè hoc beneficium ſexcenta priora in animos revocando vel nolentes coget, jucundâ memoriâ recordari, quantum res Anatomica & Chirurgica, quantum Botanica, quantum ars Obſtetricandi, quid, quod? ſingulæ ferè partes Artis Soteriæ per* TVA *merita creverint. Sed quid inde? illud certe his omnibus læto præſagio evenire contendo, quod mihi innumeris beneficiis affecto dudum contigiſſe comperi, cum tot indulgentiæ* TVÆ *munera mecum expendens nihil, quod reponi poſſet, reperiam. Preces ergo ardentisſimas, quas ſolas redhoſtimenti loco ſupereſſe videbam, verſus Deum* T. O. M. *fundere cœpi, Illum ſupplex veneratus, velit hunc bonarum artium Inſtauratorem terris noſtris haud invidere, ſed diutisſime ſalvum atque incolumem præſtare. Quod ſi & reliqui intelligant,* TVÆ EXCELLENTIÆ *novam hanc rerum noſtrarum meliorationem adſcribendam eſſe,*

*certe*

*certe hoc intellecto ad qualecunque meum exemplar eâdem pietate commovebuntur, & omnes, quibus è meliore luto ficta ſunt præcordia, priorum omnium, quibus de nobis noſtraque arte bene meruiſti, beneficiorum reminiſcentes juſtam tot meritorum æſtimationem ſubibunt, parique affectu, & quaſi certatim* TIBI, VIR PERILLUSTRIS, *bene precabuntur. Si denique plurium junctæ preces ſolitariis efficaciores habendæ ſunt, me non excidiſſe credam fine meo, quem mihi unicum hâc dedicatione propoſueram, magnoque non Medicinæ tantùm, ſed totius Patriæ bono accidet, ut ſerus in cœlum redeas bonorum omnium deſideriis expetitus.*

Ita vovet, ita orat

Generoſisſimæ TVÆ Dignitatis

cultor
ſervusque humillimus,
Johannes Chriſtianus Ehrmann.

# PRÆFATIO EDITORIS.

QUæ Tibi hîc ſiſtitur Botanologia Alſatica, *benevole Lector*, non proprii ingenii fœtus eſt, ſed clariorem longe patrem agnoſcit, eheu! non amplius ſuperſtitem; Excellentiſſimus nempe MARCUS MAPPUS, quem ante paucos demum annos iniquo fato ſibi abreptum luget Medica Argentoratenſium Facultas, herbarum ſtudio apud nos adeo inclaruit, ut pauci pares ſe illi crederent, ſuperiorem nullus. Tanta apud nos doctiſſimi hujus VIRI exiſtimatio fuit, quæ verò modeſtiam ipſius corripere non potuit, quippe qui potius non ſolùm publicum docendi munus olim honorifice ipſi collatum à ſe declinaverat, ſed & lucubrationes ſuas circa hanc doctrinam viliores ſemper judicaverat, quam quas publicæ luci exponeret. Collegit noſter Botanophilus longa annorum ſerie hoc, Tibi nunc paucis horis luſtrandum datum opuſculum, quod ob eandem modeſtiæ ſeveritatem inter plura eruditionis monumenta adhucdum in Muſeo lateret, niſi ſcriptus hæres uſurâ lucis digniſſimum illud cenſuiſſet. Injurius forem in doctiſſimi VIRI manes, ſi hæc TIBI celarentur; licet non unica ſit ratio, cur MAPPIANÆ ex hoc ſcripto gloriæ hæreditatem cernere jure poſſim; enimvero, cum beatus Senex in primis annis, quibus addiſcendæ Medicinæ animum adplicabam, peculiarem amorem, quo in cognitionem herbarum ferebar, obſervaret, adeo ipſi in deliciis eſſe cœpi' ut in excurſionibus botanicis non ſolum à latere ſuo eſſe juberet fideliſſimus Præceptor, ſed inſequentibus etiam annis ne juveniles quidem labores, quos in adornanda hacce Bo-



tanologia

tanologia conferre annitebar, aſperneret. Crevit cum annis ob diſcipuli æmulationem amor Magiſtri, quem in eo teſtatum maximopere exhibuit, quod omnium librorum, quos in rem botanicam magnis ſumtibus ſibi acquiſiverat, in teſtamento hæredem ſuum benigne me nuncupaverit. Utut vero partim hæreditario jure, partim proprio, qualiscunque tandem fuerit, labore, operis hujus proprietatem tribuere mihi merito poſſem, tamen, cum omnia mea non ſint, ſed potiora ejus momenta à defuncto elaborata, tutoris magis quam Auctoris vices gerere malui, probe memor male mulctati illius Graculi Æſopici, qui alienis plumis exornari geſtiens deplumari meruit. Et ut quilibet animum meum gloriæ cupidine alienum eſſe videat, publice honorificam B. SPIELMANNI, *Pharmacopæi noſtratis dexterrimi*, mentionem faciam, qui, cum laudabilem induſtriam in conficiendo Indice collocare non dedignatus fuerit, publicum propterea grati animi teſtimonium à me jure meritoque promeritus eſt, quippe qui ob praxeos medicæ impedimenta vacare huic labori non potui; Hinc ſi ob easdem rationes gemitu ægrotantium diſtractus ſphalmata typographica, quæ hinc inde irrepſerunt, advertere neglexi, veniam ob id facile impetrabo. Nihil itaque ſupereſt, niſi ut paucis Te moneam

I. Plantam, quæ nullum Autorem præfixum habet, indicare, illam nondum à quoquam alio, quantum nobis conſtat, deſcriptam eſſe, vel Icone expreſſam.

II. Plantas ⊙ ſignatas nec in *Inſt. R. H.* nec in earum Corollario nominatas vel comprehenſas reperiri.

III. Plantas aſteriſco notatas Uſuales & Officinales eſſe.

IV. Pro

IV. Pro Plantis annuis habendas eſſe, quibus vocabulum Perennis non eſt additum, exceptis Arboribus & Fruticibus, qui ſemper vivaces ſunt, nec peculiari hac notula opus habent.

V. Plantas annuas appellari, quæ, poſtquam defloruerunt, ſemenque ad maturitatem perduxerunt, pereunt; ſive id primo, ſive ſecundo demum anno contingat, vel etiam tertio; quamvis rarius.

VI. Plantas nonnullas haud conſtanter iisdem locis inveniri ob varias circumſtantias, quamvis antea ibidem viſæ & collectæ fuerint, quod nobis non raro obſervare contigit.

VII. In fundo aquarum hærere plures aquaticas Plantas, & demum tempore floreſcentiæ ad ſuperficiem aquæ emergere atque florere, poſtea rurſus deſcendere; quasdam etiam ſub ipſis aquis flores & ſemen perficere, uti ſunt *Lenticula paluſtris quadrifolia C. B. Pin. Ceratophyllum aſperum aquis immerſum Bot. Paris & Zanichellia Michelii.*

Vale Benevole Lector, & ſi Deus vitam viresque largitus fuerit, loco alieni laboris, quem TIBI non infructuoſum auguror, Selectum Obſervationum Practicarum, quas Noſocomium Argentoratenſe inde à decennio ſuppeditavit, à me expecta.

# Magnol Præfat. Bot. Monſpel.

PRæcipua voluptas, qua fruuntur plantarum amatores, ex ipſarum contemplatione naſcitur, nomina & formas earum, quæ ſe oculis offerunt, meminiſſe, ignotas invenire, & multarum vires perſpectas habere, ſuave eſt; illis inveſtigandis dum intentus eſt animus, ſciendi ſemper cupidus, laborum obliviſcitur, & curas, quibus miſere interdum diſtrahi ſolet, procul abjicit.

# A

ABies *Taxi folio, fructu ſurſum ſpectante Inſt. R. Herb.* Abies conis ſurſum ſpectantibus ſive mas C. B. Pin. 505. Abies fœmina, ſive Ἐλάτη θήλεια J. B. 1. 231. Abies Cluſ. Hiſt. 34. Sapin. **Thannen-Baum / Weißthannen.** Flores amentacei, ſteriles, qui maſcula conſtituunt organa, & apiculis in duo loculamenta diviſis conſtant, ab initio menſis Maji una cum novellis foliis erumpunt hi apices vel teſtes pulverem ſpargunt ſulphurei coloris tenuiſſimum tanta ſæpe copiâ, ut tempore floreſcentiæ ventus impetuoſior hunc pulverem genitalem inſtar fumi vel pulverulentæ nubis longe lateque in auras propellat. Pollen hic ſulphureus ſeſe per tubas in ovula inſinuat, illaque vapore halituoſo, ſeu partibus ſuis ſpirituoſis & volatili ſpiritu ſuo vivificat, animatur ope ſucci nutritii, explicat iſtas in compendium convolutas plantulas, aut prima germina exiguorum ovulorum, prout etiam in ſemine animalium idem contingere ſolet. Quantum autem ventus & agitatio aeris contribuat ad fortius impellendum hunc pulverem fœcundantem tubis ovariiſque plantarum, & ad illas quaſi conjugali coitu impraegnandas, iterata hic agricolarum experientia conſtat, per quam certiores redditi ſunt, nunquam uberiorem tritici proventum ſperandum eſſe, neque grana magis turgida & repleta provenire, quam ubi ventus impetuoſior durante floreſcentia regnavit: exiguo autem tunc temporis ſpirante vento, ſegetem minus lætam inſequi. Fructus naſcitur inter folia ſquamatim ſpicam formantia, axi affixa. Februario & Martio jam rudimenta conorum apparent ſeparatim, & alio in loco, primum gemmæ, poſtea ſpicæ forma intenſe rubræ. Semen eſt foliatum, ſub ſquamis ſpicæ craſſioris reconditum, folia ſparſim ſolitaria, in ramis utrinque virentia. Coni ſurſum erecti, & ſub Autumni finem maturi ſunt. In montibus Altis Vogeſi hinc inde integræ ſylvæ occurrunt. **Oberhalb Hoch-Andlau auf dem St. Ottilien Gebürg / und oberhalb Haslach in dem Riedecker-Thal.** Ex Vomicis hujus arboris, quæ illi, in ſuperiore trunci parte adnaſcuntur, & ex tuberculis hinc inde variis nucis avellanæ magnitudine læſis, ruptis, aut pertuſis terebintina colligitur à ruſticis Tyrolenſibus, qui ſingulis annis, verno tempore illam collectam ex ſylvis Alſatiæ Venetias deportant, unde rurſus cum aliis mercibus ad nos perducitur nomine Terebinthinæ Ve-

netæ Venediſcher Terpentin/. eſt illa valde fragrans, tranſparens & amaricans, cujus multiplex in Medicina uſus eſt, in primis vi ſua diuretica in gonorrhæa virulenta detergit ulcera renum atque urethræ, ſumitur vel in holippa involuta, quæ prius aqua conſperſa fuit, vel in vitello ovi ſoluta, ad drachmam unam, & cum pauca quantitate ſachari permiſta, qua ratione ſæpe vim laxantem acquirit; ſumitur etiam nude crude cum aqua, & ita calculoſorum arenulas valide pellit. Clavis pedum applicata & diu ibidem relicta per plures dies illos ſenſim diſparere facit emolliendo & diſcutiendo, præmiſſo prius pediluvio calido. Oleum Terebintinæ ad guttam unam vel alteram vertici illitum ingentem capitis dolorem, ex nimiis curis & cogitationibus contractum diſſipavit. Quidam doloribus oſteocopis venereis in oſſe tibiæ multum vexatus egregium levamen ſenſit ex inunctione olei Terebintinæ, quod ipſum pro interno uſu non æque feliciter agit, dum ſanguinem nimis exagitat. Summitates abietis in ſcorbuticis affectionibus frigidis dictis, ab acido nimio in ſanguine & ſeri viſciditate curandis, magnarum ſunt virium in cereviſia vel aqua cum paſſulis decoctæ, ſummum ſæpe remedium in caſtris, quo deſperati etiam morbi ſublati fuerunt.

*Abies tenuiore folio, fructu deorſum inflexo Inſt. R. Herb.* Picea major, prima ſive Abies rubra C. B. Pin. 493. Picea Latinorum, ſive ἐλάτη ἄῤῥην, Abies mas Theophraſti J. B. 1. 238. Abies Dod. Pempt. 866. Summitates piceæ. Icon extat in Hort. Eyſtet. O. 1. T. 4. Fig. 3. & in Garidel. Hiſt. Plant. Gallo Provinciæ p. 54. Tab. I. Lepicea, la pece, Epicia, Roththannen / Fichtenbaum / Fichtthannen / Bechthannen / Edelthannen. Menſe Majo ineunte Julos ſive flores maris, ſteriles protrudit ad latera ramulorum, ex luteo palleſcente farina refertos. In extremitate ramulorum, adnaſcuntur eodem tempore ruberrimi ab initio, & aſpectu jucundiſſimi, progreſſu temporis virides, oblongiores quam in præcedenti, deorſum propendentes, Octobri ac Novembri maturi, in dem Obernäcker-Wald / und hinter Marckirch copioſe. Ex hac reſina prodit communis Officinarum. Modum colligendi & conficiendi picem tradit Axtius Tractatu de Coniferis Arboribus, fit ad modum quo deſtillatio per deſcenſum perficitur, pars reſinoſa effluit in ſubjectos canales. Picis varius eſt uſus & multiplex in Medicina & Chirurgia, in variis inſuper opificiis, dolia picata vinum fragrantius reddunt, odor & ſapor vinorum picatorum Romanis olim gratiſſimus erat, affundebant picem in primo fervore. Ex tædis piceæ aliisque arboribus reſinoſis, per ſenectutem nimia pinguedine ſtrangulatis & accenſis parantur pix, fuligo, carbones, &c. Decoctum ſummitatum piceæ, in quantitate licet exigua adhibitarum, cum paſſulis, magnarum virium in Cachexia, Hydrope, ad ſanguinem viſcidum paulatim volatiliſandum, pellit per urinam. Formicæ reſinæ fruſtula in acervos deportant

thuris

thuris forma, quæ lachryma abietis audit. **Weyrauchkörner** noſtratibus, Thus vulgare Officinarum. In Gallo Provincia ex Picea & Abiete mannam colligunt Junio, Julio & Auguſto. Modum colligendi tradit Garidel p. 270. Ramuli Abietis decerti & terræ implantati, germinant & radices agunt, in arbores adoleſcunt.

⊙ *Abies tenuiſſimo folio, fructu deorſum inflexo.* Creſcit ibidem cum priori, ſed rarius. In Hortum translata ante plures annos folia tenuiora & graciliora adhuc ſervavit. Eſt varietas prioris.

*Abrotanum campeſtre cauliculis rubentibus C. B. Pin.* 136. Abrotanum inodorum cauliculis purpuraſcentibus Schwencks. Artemiſia tenuifolia, ſive leptophyllos, aliis Abrotanum ſylveſtre J. B. 3. 194. Auronne ſauvage, **wilde Stabwurtz.** Icon in Garidel p. 54. Interdum excreſcentiæ muriformes hirſutæ, ſicut in Hieracio murorum in hoc Abrotano conſpiciuntur obſervante Ruppio Flor. Jen. p. 195. Perenn. rad. Floret. Auguſto & Septembri **bey Oswald neben den Ackern und an den Reben daſelbſten** copioſe; **oberhalb Brumpt an der Landſtraſſe** creſcit in maxima frequentiâ; Briſaci abundare J. B. monet. Flores ſunt floſculoſi exigui, calyce ſquamoſo comprehenſi, ſemen pappis caret, folia capillacea fere viridia. Habitus plantæ proprius.

*Abrotanum campeſtre, cauliculis albicantibus C. B. Pin.* 136. Abrotanum Sylveſtre, inodorum, cauliculis ex viridi albicantibus Schwenck. Varietas prioris. Perenn. Flor. Auguſt. Septembri **auf der Gansau.**

*Abſynthium Ponticum ſeu Romanum Officinarum, ſeu Dioſcoridis C. B. Pin.* 138. Abſinthium vulgare majus J. B. 3. 168. Abſinthium latifolium Dod. Pempt. 23. Abſinthe ordinaire, **gemeiner Wermuth.** Perenn. flor. Jul. Aug. Hoc aliquando obſervavi **in dem Gansauer Wald / bey des Försters Hof /** interdum occurrit in incultis folia ſunt paulo anguſtiora & tota planta ſtrigoſior vulgari. An Abſynthium Ponticum ſive Romanum foliis anguſtioribus Hermanni Hort. Lugd. Bat. Michelfeldæ in Sundgovia reperit in via C. B. Dum ſponte ſe propagat hæc planta per ſemen variis in locis occurrit, & ex adoptiva indigena facta eſt. Floſculi nudi calyce ſquamoſo comprehenſi ſunt, embryoni ſeminis inſident, naſcuntur in pedunculis ex alis foliorum exurgentibus, ſemen pappis caret, facies quædam plantæ propria, amaror inſignis. Abſynthium ventriculo amicum, vermibus inimicum juxta Magnol eſt planta primario ſtomacho & inde natis affectibus dicata, multi uſus in cruditatibus ventriculi, in craſſis ſuccis incidendis in febribus intermittentibus, ictero, cachexia, & præcipue in Hydrope, in quo etiam Eſſentia abſinthii potui inſtillata apprime utilis & multos ſanitati reſtituit. Fit denique in eundem ſcopum Vinum Abſynthites ex comis Abſynthii una cum Card. bened. Cent. min, Rad. Caryophyllatæ, Helenii, Calam aromat. quæ inciſa cum muſto fermentantur. Sal fixum abſynthii in

frequenti uſu, quod etiam ad ſcrupulum unum cum aceto vel ſucco citri & ſyrupo menthæ cum aqua permiſtum vomitum ſiſtit, ſi cochlear unum ſumatur. Salis abſynthii ſcrupulus unus in brodio vel decocto prunorum alvum laxat, & obſtructionem ejus reſerat, in Iliaca paſſione efficax remedium.

*Abſynthium Ponticum montanum C. B. Pin.* 138. Abſinthium vulgare montanum J. B. 3. 173. Abſynthium montanum Cam. Epit. 453. Abſinthe de montaigne / Berg-Wermuth. Perenn. Flor. Jul. Auguſt. Hoc provenire in multis locis am Gebürge im Elſaß Tabernæmontanus teſtatur, à nobis nondum obſervatum; eſt vulgari ſimile, ſed exilius, amaritudo gratior, odor & ſapor minus vehemens.

*Acer montanum, candidum C. B. Pin.* 430. Acer major multis, falſo Platanus J. B. 1. 168. Acer major, Dod. Pempt. 840. Sycomore, Grand Erable de Montaigne Ahornbaum / Weiſſer-Berg-Ahorn / Milchbaum / quia cimæ abſciſſæ verno tempore lacteſcunt. Floret in fine April. & Majo auf dem Hochgebürg gegen Hochfeld hinter Hoch Andlau copioſe, und in dem Urbisthal gegen Peris. Eſt hæc arbor vel mas vel hermaphroditus, dantur enim arbores floribus maſculis, ſterilibus tantum præditæ, in aliis racemi florum de utroque ſexu participant. Flores roſacei racematim propendent, interdum rubentes, fructus multi capſulares in alam foliaceam deſinunt, Septembri matureſcunt, & ſunt majores quam in campeſtri, calyx polyphyllus, folia inferne candicant laciniata & anguloſa, ſecus ac in reliquis ſpeciebus, in quibus virent. Ex hujus ſucco ſacharum præparant Canadenſes, vid. Act. Philoſoph. Lond. N. 171. 988. Ex ejus foliis interdum ſuccus tranſudat ut in Tilia & Fraxino, qui mannæ ſpecies eſt.

⊙ *Acer montanum foliis utrinque virentibus.* Hæc varietas occurrit ibidem und in den Waldungen bey Blinſchwiler. Folia anguloſa utrinque læte virent. Ineunte Vere ſi ramus aut truncus vulneratur, dulcis & potulentus ſuccus copioſe effluit, prout alias in Betula contingere ſolet, & in Acere præcedenti. Raius ſachari quoddam genus exinde conficere Canadenſes teſtatur in H. Pl. p. 1701. idem confirmat la Hontan dans ces nouveaux Voiages de l'Amerique Septentrionale T. 2. p. 59. & T. 1. 139. & Buxbaum Enumeratione Plantarum Hallenſium accuratiori p. 3. Modum colligendi per inciſionem Arboris & ſyrupum conficiendi ex hoc liquore, qui cum aqua miſtus & agitatus potum præbet ſuaviſſimum, ſaluberrimum, & Canadenſibus quam maxime in delitiis habitum, tradit citatus modo la Hontan ibidem. Ex foliis etiam ſæpe ſuccus tranſudat, ut in priori ſpecie, qui Mannæ ſpeciem præbet.

*Acer major, folio rotundiore, minus laciniato, an Opulus Italorum? Raii Hiſt.* 1701. Floret Majo **auf dem St. Ottilienberg / und gegen Hochfeld auf dem Hochgebürge.**

*Acer Platanoides Munt. Hiſt.* **Neukeurige Beſchreibung der Aard ge-waſſen** p. 57. ubi nitida figura. Grand Erable, Clane, Erable à feuilles de Plane. Acer major Cam. Epit. 63. Aceris majoris varietas J. B. 1. 168. Acer montanum, orientalis Platani foliis atro virentibus Pluck. Phytog. Tab. 252. Fig. I. Eſt Acer montanum tenuiſſimis & acutis foliis. C. B. Pin. 431. Floret Majo **auf dem Hochgebürg und Waldung gegen Hochfeld bey dem rothen Kreutz / und bey St. Peter in dem Wilerthal / auf dem Halgenſtein etlich Stund von Blinſchwiler.** Cymæ lacteſcunt in hoc, æque ac in Acere montano candido. Folia habet ſubſtantiæ tenuiſſimæ, & in acutos mucrones angulata.

*Acer campeſtre & minus C. B. Pin.* 431. Acer vulgare minori folio J. B. 1. 166. Acer minor Dod. Pempt. 840. Petit Erable; **Maßholder.** Floret Majo. Fructus geminus in alam foliaceam deſinens, maturus Septembri **in dem Illkircher Wald** copioſe, **hinter Barr in dem Ge-bürge.** Interdum in Wasgoviæ ſylvis in proceram arborem excreſcit. Dantur quoque in Acere campeſtri flores maſculi tantum & ſteriles, embryone carentes in aliquot arboribus, folia magis profunde inciſa anguſtiora ſunt, minora & lævia, in aliis flores hermaphroditi Botan. Paris. In Acere campeſtri quandoque ſuccus tranſudat ex foliis, ſicut in Tilia &c. Eſt ſpecies Mannæ. Succus ramorum æque dulcis.

*Acetoſa pratenſis C. B. Pin.* 114. Oxalis vulgaris, folio longo J. B. 2. 989. Oxalis Dod. Pempt. 648. Ozeille, **wilder Sauer-Ampffer / Wieſen-Ampffer.** Perenn. Flor. circa finem Maji, Junio, Julio. **auf denen Wieſen und Matten bey Oswald.** Flos eſt apetalos, ſtamineus, calyx hexaphyllus, ſemen ſpadiceum triangulare, ſapor acidus in foliis & caule. Radix fibroſa, lutea, quæ in ſativa rubra eſt. Planta hæc uſitatiſſima in febribus, cholera, ſiti &c. in Julapiis, potiunculis, ſyrupus contra æſtum & ardorem febrilem adhibetur, atque ad bilem temperandam ejuſque ſal volatile acre. Plantæ tam radix quam folia decocta dant colorem rubicundum, vinoſum, & ſaporem acidum, qui acui poteſt ſyrupo acetoſitatis citri vel ſucco ribium aut ſpiritu aliquo acido. Semen quoque in aqua decoctum illam colore rubicundo tingit. Succus ex contuſa herba, ſi linteamina atramento commaculata eo fricentur, & orbi ſtanneo, cui carbones vivi ſuppoſiti ſunt, imponantur, has delet & diſparere facit. Acetoſa cum cochlearia illis qui ſub frigidiori climate polo viciniores vivunt in Grœnlandia, Islandia &c. ſummum & unicum eſt remedium cum cochlearia in curando ſcorbuto, corrigit & temperat acetoſa nimiam activitatem cochleariæ, & omnium plantarum antiſcorbuticarum. Folia acetoſæ ſub cineribus

 cale-

calefacta contuſa parum, & Ganglio in genu impoſita, illud reſolvunt, Garidel.

*Acetoſa Arvenſis lanceolata C. B. Pin.* 124. Oxalis parva, auriculata, repens J. B. 2. 992. Oxalis ovina Tabern. Jcon. 440. Ozeille menue wilder kleiner Saurampffer mit Lantzformigen Blättern / Schaaſampffer. Perenn. Floret Majo & Junio auf dürren Wieſen der Metzgerau. Ubi femina ad maturitatem pervenerunt, tota planta, per terram ſparſa rubet. Eſt Acetoſa minor lanceolata Munting. Hiſt. 278.

*Acetoſa lanceolata, anguſtifolia repens C. B. Pin.* 114. Oxalis minima 1. Tabern. Jcon. 441. Floret Junio bey der Gansau auf trockenen dürren Orten / bey Oßwald; neben den Ackeren bey Reichſtätt. Folia ſæpe in una planta lanceolata & non lanceolata ſunt. Eſt acetoſa lanceolata minima Munting. Hiſt. 278.

*Acetoſa lanceolata anguſti folia elatior Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 583. Acetoſa anguſtifolia, elatior Parck. Theat. 744. Flor. Junio. Aliæ hujus ſpeciei plantæ, adnotante D. Dillenio, floriferæ, aliæ ſeminiferæ ſunt; quod etiam in aliis Acetoſæ ſpeciebus locum habere videtur. Creſcit auf Hochfeld dem Hochgebürg copioſe, auf dem St. Otilien Berg; auf dem Gebürg bey Waſſenburg.

*Acetoſa Arvenſis minima, non lanceolata C. B. Pin.* 114. Oxalis minima II. Tabern. Jcon. 44. Ibidem, und auf ſandigten Ackern bey Jllkirch. Eſt varietas Acetoſæ Arvenſis lanceolatæ C. B. Pin. duas vel tres uncias alta, tota rubra.

*Acetoſa rotundifolia, Alpina, C. B. Pin.* 114. *Prodr.* 55. Perenn. Flor. Jun. an denen Felſen und Steinritzen bey der ſchwartzen See / oberhalb Peris.

*Aconitum Lycoctonum luteum C. B. Pin.* 183. Aconitum folio Platani, flore luteo, palleſcente J. B. 3. 652. Aconitum Lycoctonum luteum, majus Dod. Pempt. 439. Luparia, Tue loup, Aconit. Wolffs-Wurtz / Gifftkraut / Narrenkappen. Perenn. Flor. Jul. in dem Münſterthal in feuchten ſchattichten Thälern an den Felſen bey Befort / auf den Bölchen / in monte Muteto Sundgoviæ vidit C. B. ubi quoque reperitur flore albo notante eodem in Phytopinace p. 332. In placis montium umbroſis occurrit ampliore caule & foliis. Eſt Aconitum Lycoctonum flore luteo H. Eyſtet. O. 1. F. 2. Fig. 2. Aconitum Lycoctonum flore luteo vulgare Cluſ. Hiſt. 94. Napellus flore luteo Rivini Irr. P. Flos polypetalos anomalos (aliis tetrapetalos) caput galeatumii cucullatum repræſentans quodammodo, è floris meditullio ſurgunt ſtyli duo pediformes, in petalo ſuperiori reconditi, in fructu velut in capitulum colliguntur vaginæ membranaceæ, ſeminibus fœtæ angulatis, rugoſis. Folia laciniata, circumſcriptione fere rotunda. Vires venenatas nomen indicat, eſt planta cunctis animalibus exitialis, illam inter atrociſſima venena numerat Lobelius.

Aconi-

*Aconitum cœruleum ſeu Napellus I. C. B. Pin.* 183. Aconitum magnum, purpureo flore, vulgo Napellus J. B. 3. 655. Napellus Dod. Pempt. 442. Tue loup bleu. **Wolffswurtz mit blauen blumen / Narrenkapp / blaue Eyſenbütlen / blaue Cappenblumen.** Perenn. Flor. Julio. Folia præcedenti Lupariæ ſimilia ſunt, laciniata, ſummus caulis in longam abit ſpicam florum, pulcherrimorum cœruleorum: Capſulæ ſeminales ſunt velut cornicula Aquilegiæ tria. Jcon. in Inſt. R. H. Tab. 240. Eſt Napellus, arboreſcens. H. Eyſt. Æſt. O. I. T. 12. Fig. 2. trium circiter cubitorum altitudine, in Hortis minor. In acclivibus montium ſaltibus in monte Waſſerfall copioſe provenire teſtatur König Regn. Vegetab. p. 95. In Alpibus Helveticis frequentior. Eſt planta exitialis quovismodo, homini & brutis, dolores atrociſſimos & convulſiones lethales excitat. Deberet exulare ex Hortis, niſi amœnitatis horum florum illecebris, quam ſanitatis ſtudioſiores eſſe vellemus. Radix parvi Napi magnitudine fibris capillata lateralibus, Semen capſulis, veluti corniculis Aquilegiæ tribus incluſum, anguloſum, rugoſum. Remedium quod vomitus ſtatim poſt primos inſultus ſedat, eſt lac, & oleum, ac ex opinione & experientia quorundam acetum cum allio.

⊙ *Acorus verus ſeu Calamus Aromaticus Offic. C. B. Pin.* 34. Calamus aromaticus vulgaris, multis Acorum J. B. 2. 734. Acorum Tab. Acoro, **Calmus / Ackerwurtz.** Eſt typha aromatica, clava rugoſa M. H. 3. 246. Perenn. Flor. Jun. Jul. **auf dem Wacken; bey dem Wickhäuſel** copioſe, **und auf der Gansau bey der Lerchenſtell.** Frequens eſt quoque **auf der Metzgerau gegen dem Rhein.** Deſcriptio accurata in Michelio Nov. Plant. Gen. p. 43. Figura Tab. 31. Flos eſt apetalos mas, ſtamineus nudus, ovaria inter flores mares poſita ſunt ſemina anguloſa, oblonga, ovaria cincta foliolis exiguis pro calice, cuncta in ſpicam conicam compactiſſimam denſe digeſta, folia inſtar iridis, odore aromatico prædita. Radix geniculata, ſapor aromaticus. Hæc planta in Inſt. R. H. non extat. Acorus, frigidarum Regionum incola, in Gallia non reperitur quo tamen noſtræ Alſatiæ, iſti Regioni licet vicinæ abunde proſpexit Natura. Ettmüllerus exiſtimat illum Zingiberi ſubſtitui poſſe apud nos, acorumque idem præſtare ac Zingiber ex India advectum. Pulvis acori vim emeticam habet ſicut Hypecacuanha, ad drachmam unam exhibitus. Radix, maſticata poſt cibum, digeſtionem egregie adjuvat, fruſtulum hujus radicis ſiccatæ in ore volutatum & maſticatum ſitim compeſcit iter facientium, alliciendo ſalivam in os, ita ut tales diutius in magno ſolis æſtu ſitim perferre poſſint. In Hydropicis ſimile contingeret, niſi in illis ſerum, dum in cavitatem abdominis ruit ex ruptis hydatitibus, jam in toto corpore deficeret. Tartari non prius aquam deguſtant, niſi antea fruſtulum hujus radicis per tempus impoſitum fuerit, quæ noxiam ejus qualitatem, vel corruptionem cor-

corraccess: corrfexerit. Decoctum Julorum Acori mucilaginoſum humores ſalſos, acres temperat, externe & interne. Radix acori ſiccata & in aqua calida infuſa inſtar Thée, vim diureticam inſignem habet, vel parum coquitur cum paſſulis, aut edulcoratur melle aut ſacharo, qua ratione obſtructiones viſcerum reſerat, & tumorem lienis imminuit. Sicca radix gratiorem ſpirat odorem quam recens, eadem in vino cocta, ſi vinum calide hauriatur, urinam & menſes pellit, in colica admodum juvat tale vinum medicatum & in ſtranguria. Radix condita maſticatur mane contra aerem impurum, frigidum, eſt Tartaris, Turcis, Lithuanis valde in uſu, digeſtionem juvat, halitum emendat, Venerem irritat, militibus, in aere nebuloſo & locis paludoſis verſantibus, atque viribus multum exhauſtis apprime utilis. Folia, in fotibus calidis, ſpirituoſis adhibentur cum fructu non exiguo in teſtium tumoribus, ſi iſti fotus impoſitis linteis calidiſſimis vel tegula calida in calore ferventur diu noctuque. Vapor decocti foliorum utero exceptus per inſeſſum, aut per infundibulum admiſſus à Bauhino in Theat. admodum commendatur in obſtructione menſium & in fluore albo mulierum incipiente. Acori ex aqua decocti vapor, hiante ore per infundibulum exceptus maxime juvat in tuſſi catarrhali.

*Agarici deſcriptionem & notas, varias ſpecies, Jcones*, flores & ſemina egregie & nitide exhibet celeberrimus Michelius Nov. Plant. Gen. p. 117. Tab. 60. & ſeqq. uſque ad 66. Flores ſunt apetali, unico filamento conſtantes, ſteriles & nudi, nempe calyce, piſtillo atque ſtaminibus deſtituti, vel in lacunarum vel in foraminulorum ore naſcentes. Semina rotunda vel ſubrotunda Michel. l. c. Forma Agarici fungo accedit, arborumque truncis plerumque adnaſcitur ſine pediculo, ſine pileo.

Dividuntur Agarici in poroſos, lamellatos, pectinatos & leves. Fabrica eorum ut plurimum fiſtuloſa, ex cylindraceis tubulis conſtans, inferne lignoſa, ſuperne villoſa, modo durior & lignoſior ſuberi ſimilis, modo tenerior & friabilis.

*Agaricus pedis Equini facie Inſt. Rei Herb.* Fungus in caudicibus naſcens, unguis Equini figurâ C. B. Pin. 272. Fungi igniarii Trag. 943. Eſt Agaricum igniarium, Agarici Officinalis facie, ſed non amarum, ſuperne ex albo cinereum, & glabrum, inferne primum ejuſdem coloris, deinde obſcurum, anguſtiſſime & denſiſſime perforatum, foraminulis rotundis Michel. Nov. Plant. Gen. p. 118. Zunderſchwamm / Baumſchwamm. Wächſt an denen Stämmen der Eychbäume / Buchbäume / hinter Hoch-Andlau bey dem rothen Creutz / und andern Berg-Waldungen copioſiſſime menſe Decembri. Pro fomite igniario in fruſta diſſectus, per tres menſes in urina maceratus, Zundel / Lunden / cum nitro exinde præparatur.

*Agaricus Auriculæ forma Inſt. R. H.* Fungus membranaceus Auriculam referens, ſive Sambucinus C. B. Pin. 372. 1. genus pernicioſorum Fungo-

Fungorum Cluſ. Hiſt. cclxxvi. Icon apud Michel. Nov. Plant. Gen. Tab. 66. Fig. 1. **Hollunderſchwämme / Judasöhrlein / Schlaffkunß ; in dem Illkirchenwald / an den alten Stämmen der Holderſtauden /** Julio ad ſeptembrim. Eſt Auricula Judæ Sterb. Th. Fung. T. 27. A. A.

*Agaricus eſculentus Inſt. Rei Herb.* Fungus maximus Hungaricus, multis laciniis ſquamatim incumbentibus C. B. Pin. 372. xxi. genus Fungorum eſculentorum Cluſ. Hiſt. cclxxv. Viget hic Fungus monſtroſæ magnitudinis in fine Septembris & Octobri **unten an den Eychbäumen / auf dem Gebürge bey Lichtenberg / und bey Bhipsburg hinter Waſſenburg.** Incolis frequenter pro cibo inſervit, & albo colore præditus eſt, cum nigris hinc inde maculis.

*Agaricus Intybaceus Inſt. Rei Herb.* Fungus Intybaceus J. B. 3. 839. **Eychſchwämme.** Hic parum à præcedente Agarico differt, & vix niſi colore & magnitudine, pro ratione diverſæ ætatis differt. Creſcit **in denen dunckelen Eychwälden hinter Hoch-Andlau unten an Wurtzeln der Bäumen.** Menſe Julio & Auguſto. Imprimis deſcriptio Fungi cinerei formam interaneorum vituli repræſentantis J. B. multum reſpondet, Agarico luteo eſculento, ſi ſolum colorem exceperis. Rariorem hunc apud nos, & inter edules fungos principem reperi innatum quercui annoſæ dejectæ inter rudera **des alten Römiſchen Berg-Schloſſes oder Mantel-Veſtung Waſſenburg / oberhalb Niederbrunn auf dem Hochgebürge /** menſe Junio, ſubſtantia molliori adhuc, quæ ab Auguſto verſus Octobrim magis dura fit ; colore extus intenſe croceo, intus albo, odore non adeo ingrato, inprimis ubi exſiccatur, totus quaſi ex carnoſis craſſisque ſibi incumbentibus foliis, quæ fimbriatum Meſenterii ambitum ſic ſatis referent, in extremitate pulchre criſtatis, laciniatis atque criſpis compoſitus ; ſed tanta amplitudine luxurians, atque caudicem, fere ſine pediculo ambiens, ut integræ familiæ ſatiandæ abunde in cibum ſufficere poſſit. Forte ætate magis cinereus fit, qui nondum ſatis adultus luteus erat. Hunc ipſum etiam noſtrates frequenter cum lacte coquunt, atque comedunt, quibus vocatur **Fette Eychhenne** aliis dictus **Eyerſchwamm.** Per coctionem omnino album acquirit colorem & in fruſtula diſſectus, ſaporem habet inſtar aſelli in cibum præparati, **wie Stockfiſch /** Morue. Eſt Fungus lignoſus, aureus, querci fungus Sterb. Th. Fung. T. 27. B. B.

*Agaricus digitatus, niger, Inſt. Rei Herb.* Hypoxylon, excrementum ligni putridi fungoſum, digitatum Menz. Pug. Tab. 6. Eſt Corallo fungus digitatus niger Bot. Paris. Lichen Agaricus digitatus nigricans, ligno adnaſcens Michelii Nov. Pl. Gen. p. 103. ubi florem & ſemina exhibet, quamvis in alia ſpecie Tab. 54. fig. 4. **Unten an eychenen Dielen in denen Gärten / wo die Sonne nicht hinſcheinet / und an deren Spalten und Ritzen.**

*Agaricus digitatus, niger, apicibus albidis Inſt. Rei Herb.* Fungus Piperi Æthiopico ſimilis, vel digitatus niger Merr. Pin. Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. Wächßt am Eychenholtz / ſo lang im Schatten gelegen / und gefaulet / auf der Schiffmatt / auch an abgefallenen Bäumen in dem Wald gegen Wangenburg / ad putridos arborum truncos. Eſt Coralloides ramoſa, nigra, compreſſa, apicibus albis Inſt. Rei Herbar. adeoque bis poſita hæc planta ex mente Ruppii.

*Agaricus Lichenis facie variegatus Inſt. R. Herb.* Fungus ſalignus Lichenis forma, variegatus C. B. Pin. 372. III. genus pernicioſorum fungorum Cluſ. Hiſt. CCLXXVII. Felberſchwamm; wird gefunden in dem Frühjahr / an denen Weydenbäumen in dem XV. Wörth.

*Agaricus varii coloris, ſquamoſus Inſt. R. Herb.* Fungus ceraſorum imbricatim alter alteri innatus, variegatus C. B. Pin. 372. V. genus pernicioſorum fungorum Cluſ. Hiſt. CCLXXVII. in der Ruprechtsau / an alten Kirſchbäumen / an den Stämmen der abgehauenen Bäumen / an alten Pfählen.

*Agaricus Fraxineus, niger, durus, orbiculatus Inſt. R. Herb.* Fungus Fraxineus, niger, durus, orbiculatus Raii Hiſt. 109. Synopſ. 18. an alten Eſchbäumen / und an Eychbäumen in dem Jllkircher Wald.

*Agaricus tubæ Fallopianæ inſtar laciniatus Inſt. R. Herb.* Fungus tubæ Fallopianæ æmulus Raii Synops. 20. an denen Tannenbämen in dem Niedecker Thal / an denen Forenbäumen ſo zu Boden liegen / und bey denen Wurtzlen / inſonderheit wann es ſtarck geregnet hat Septembri, Octobri.

* *Agrimonia Officinarum Inſt. Rei Herb.* Agrimonia, ſeu Eupatorium J. B. 2. 398. Eupatorium veterum ſive Agrimonia C. B. Pin. 321. Agrimonia ſeu Eupatorium Dod. Pempt. 28. Agrimoine, Odermennich. Perenn. Flor. Jun. & Jul. in denen Hecken und an denen Wegen bey Oſwald / und in der Ruprechtsau. Deſcriptio in Bot. Pariſ. Flos roſaceus, in ſpicam digeſtus, uno vel altero ſemine oblongo, fructus veluti echinatus, oblongus fœtus eſt, calyx monophyllus, quinquefidus, qui condit ovarium.

*Alcea vulgaris major, flore ex rubro roſeo* C. B. Pin. 316. Alcea vulgaris J. B. 2. 953. Dod. Pempt. 656. Alcée, Sigmundwurtz / Sigmarskraut / Fellriß. Perenn. flor. Majo & Junio ad Auguſt. in der Ruprechtsau; vor dem Weiſſenthurn. Flos & fructus malvæ ſimilis. Folia in profundas lacinias diviſa, ſemina laxius cohærentia, flos monopetalus, quibusdam videtur eſſe polypetalus.

*Alcea major & procerior Raii Hiſt. 605.* Perenn. Flor. Jun. in dem Ganſauer Wald / am Waſſer.

*Alcea folio rotundo laciniato C. B. Pin. 316.* Malva montana, ſive Alcea rotundifolia, laciniata Col. Part. 1. 148. Flos uſque ad baſin diſſectus eſt in quinque partes æquales diviſus, calix in quinque lobos, flori ſuccedit

cedit

cedit veſica membranacea, continens fructum ex pluribus capſulis ſpadiceis & villoſis conſtantem in quibus ſingulis ſemen fuſcum forma lunæ creſcentis hæret. Botan. Paris. Eſt Alcea fruticans H. Eyſt. Jcon. p. 218. ibidem. Rarius occurrit. **Fellriß mit runden unterſten Blättern.** Perenn. Flor. Jun. Jul. **in dem Jllkircher Wald / und in dem Oſtwinckel.**

*Alcea hirſuta C. B. Pin.* 317. Alcea villoſa Dalechampii Lugd. 594. Alcea villoſa J. B. 2. 1067. Flos in quinque partes æquales diviſus, in ſummitate in modum cordis emarginatus, calyx duplex eſt. Botan. Paris. Perenn. flor. Jul. **in dem Jllkircher Wald an den Hecken / gegen dem Feld zu.** Eandem in vicinia Argentinæ provenire J. B. annotat.

*Alcea tenuifolia criſpa J. B.* 2. 1067. Perenn. Flor. Jun. Jul. **bey Rheinau an trockenen Orten.** Folia in tenues lacinias criſpas diviſa ſunt. Hanc in vicinia Argentinæ provenire J. B. annotat, qui eandem quoque circa S. Coſmum in Sundgovia obſervavit & frequentem apud Rhenum. Eſt varietas.

* *Alchimilla vulgaris C. B. Pin.* 319. Cluſ. Hiſt. CVIII. Pes Leonis ſive Alchimilla J. B. 2. lib. 17. 598. Alchimilla Dod. Pemp. 140. Pied de Lion, **Sinau/ Frauenmantel/ Löwenfuß.** Perenn. Rad. Floret Majo & Junio, **auf denen Wieſen bey Oßwald**; abundat **auf denen Bergmatten hinter Barr.** vocatur etiam **Marienmantel.** Jcon in Garidel H. Plant. p. 54. Tab. 4. & in Munting. Hiſt. Plant. 244. Flos in ſummis caulibus apetalos, habens quatuor ſtamina, calyx infundibuliformis & multifidus, ovarium in fundo calycis, qui fit capſula continens, bina plerumque ſemina.

*Alchimilla montana minima Col. Part.* 1. 146. Chærophyllo nonnihil ſimilis C. B. Pin. 152. Flos ſtamineus, calyx indiviſus. Hiſt. Pl. Paris. 48. Jcon. F. Columnæ optima. Eſt Perchepier Anglorum quibusdam J. B. 3. Part. 2. 74. **Engliſcher Steinbrech / klein Sinau.** Floret Junio, Jul. **auf den Aeckern bey Oßwald** copioſe, **auf den Fruchtfeldern in dem Sundgau** copioſe. Differt ab Alchimilla florum in foliorum alis conglomeratorum ſitu, qui in illa congeſti ſunt in ſummitate, obſervante J. Chriſt. Buxbaum in Enumerat. Plant. Hallenſ. accuratiori p. 12.

*Alchimilla erecta, Gramineo folio, minore flore Inſt. R. Herb.* Polygonum gramineo folio, majus, erectum C. B. Pin. 281. Polygonum minus, alterum Tabern. Jcon. 835. Eſt varietas ſequentis, cui etiam ſæpe permiſta reperitur, cauliculis modo ſupinis in circumferentia, modo erectis in medio. Eſt Knauel Germanorum, Polygonum Germanicum Knauel Trag. 392. Knauel Dod. Polygonum tertium Dod. ſive tenuifolium J. B. 3. 379. **Klein Acker-Sinau / klein Wegtritt.** Flor. Jun. **auf den Aeckern vor dem Cronenburger Thor; auf der Oßwalder Nachtweyd; auf dem Gebürge bey Rappolſtein; und hinter Hoch-Andlau bey den groſſen Steinhauffen /** quales acervos magnorum lapidum olim gigantes accu-



mulaſſe

mulaſſe ibi ſuſpicari quis poſſet. In hac ſpecie flores ſtaminei non tantum in ſummis ramis hærent, ſed & in divaricationibus ramorum, calyx quinquefidus, in quolibet calyce ſemen unum.

*Alchimilla ſupina, Gramineo folio, minore flore Inſt. Rei Herb.* Polygonum anguſtiſſimo & acuto, vel gramineo folio minus, repens, C. B. Pin. 281. Polygonum tertium Dod. ſive tenuifolium J. B. 3. 377. Polygonum minus, polycarpon Tabern. Jcon. 834. Eſt Knauel fol. & flore viridi Ruppii Flor. Jenens. 85. apices ſtaminum lutei, ſemina oblonga, flores apetali, calyx, quem alii pro flore habuerunt, infundibuliformis. An Saxifraga Anglica Advers. Lobel. p. 183. ubi Jcon. Magnam varietatem in hac planta obſervavit C. B. quæ non minor in Synonimis. Perenn. Floret Majo, Jun. & Julio **auf dürren Aeckern bey Niederhaußbergen; auf dem Gebürge bey Helgenſtein in den Holwegen; wo die Breuſch in die Ill fällt; in dem Bienwald** copioſiſſime.

*Alchimilla Linariæ folio, calyce florum albo.* Inſt. R. H. Linaria montana, floſculis albicantibus C. B. Pin. 213. Linariæ ſimilis J. B. 3. 461. Anonymos Lini folio Cluſ. Hiſt. 324. **Sinau mit Leinkraut Blättern.** Eſt Linoſyris Rivini. Flos apetalus & ſtamineus, ſtamina quinque cum apicibus luteis, calyx monophyllos, in quinque inciſuras diviſus, albus, introrſum reflexas, ſemen ovale in calyce maturum fit. Hiſt. Pl. Paris. Floret Majo ad Julium **bey Mittelbercken an denen Reben; auf den Matten hinter Barr; bey Oſwald auf einer Wieſe** copioſe, Michelfeldæ vidit. C. B.

*Alga fluviatilis, graminea, longiſſimo folio Inſt. Rei Herb.* Jcon. Tab. 337. **Riemlock** noſtratibus, Potamogeton fluviatile longiſſimo, gramineo folio noſtras Pluck. Mantiſſ. **in der Ill gegen Oſwald / oben und unterhalb der Statt; zwiſchen denen Wörten bey Illkirch** frequens. Algarum nec flores nec fructus hactenus detecti, nec quod ſciam deſcripti ſunt, quarum cauliculi in tenuia capillamenta dividuntur, foliorum loco confervæ nominantur.

*Alga viridis, capillaceo folio C. B. Pin.* 364. Conferva Plinii Lob. Jcon. 257. **In ſtillſtehenden Waſſern und Gräben; in Waſſerbächen unten an dem** Glacis **vor dem Fiſcherthor.** Perenn. Majo ad Auguſt. præcipue conſpicua, ſed & Januar. & tota hyeme apparet **in dem Graben bey der Aubruck.**

⊙ *Alga fontalis trichodes C. B. Pin.* 364. Conferva trichodes, vel Trichomanes aquaticum Lugd. **in einem Quellwäſſerlein auf dem Gebürg hinter Oberbrunn.**

⊙ *Alga tenuioribus, filamentoſis, & inſtar capillarium vaſorum diviſis ſegmentis.* Rupp. Flor. Jenens. **in dem Graben gegen der Pulvermühl hinter dem Becken-Wäldlein; in dem Rheingieſſen.**

* *Alkekengi Officinarum Inſt. Rei Herb.* Solanum veſicarium C. B. Pin. 166. Solanum halicacabum vulgare J. B. 3. 609. Solanum veſicarium Dod.

Dod. Pempt. 454. Coqueret, Schlutten / Judenkirſchen. Jcon in Garidel. H. Plant. Tab. 5. Floret Junio, Julio & Aug. Fructus maturi Septembri, Octobri an denen Landſtraſſen vor dem Weiſſenthurn; auf denen Weinbergen bey Barr; in der Ruprechtsau copioſe. auch beym Rheinzoll. Fructus hic per ſe dulcis in momento amareſcit, ubi manus admota fuerit. Flos monopetalos rotatus, quinquefidus, calyx campaniformis, quinquefidus, fructus mollis, ruber, ceraſi forma, tectus veſica, ex calyce dilatato orta, ſemina plana.

*Allium ſylveſtre, latifolium C. B. Pin.* 74. Allium urſinum, bifolium, vernum, ſylvaticum J.B. 2. 565. Allium urſinum latifolium Lob. Jcon. 159. Ail ſauvage, Ail d'ours, Waldknoblauch / Heckenknoblauch / Perenn. flor. Majo, in Hecken und Waldungen der Ruprechtsau copioſiſſime; in dem Jllkircher Wald. Bulbuli ſæpe in ſummitate aut capitulis ſeminum loco, proveniunt, & ſunt ovaria ſolitaria ad unum pedunculum floris maſculi hærentes, Malpig. Radix allii tunicata, ex pluribus nucleis plerumque conſtans, folia plana, non cava, non tubulata, Flos liliaceus, hexapetalus, in faſciculum globoſum collectus. Fructus ſubrotundus, trilocularis, fœtus ſeminibus ſubrotundis; fœtor olidus in tota planta. Folia bina lata ſplendentia in hac ſpecie. Si vaccæ plantam hanc comedant, lac fortiter allium redolet. Allium quod omni tempore ruſticorum, bajulorum, & qui duris laboribus detinentur, gratum condimentum fuit, magnas habet utilitates, in aere nebuloſo eſt antidotum eorum qui duris laboribus aſſueti ſunt, & tanto magis in aere contagioſo, unde Theriaca ruſticorum audit. Nuclei tres minores vel duo majores integri deglutiti, bis in ſeptimana, calorem ventriculi ſuſcitant, flatus diſſipant, & diarrhœam ſiſtunt ex prava digeſtione, ex ſpasmodica fibrarum inteſtinalium contractione, cum ructibus, borborygmis, torminibus &c. ab acidis aſſumptis, aut ex refrigeratione æſtuante corpore, vel ex animi languore, nimia ſubtilitate & hinc languente ventriculi coctione. Allium laſſitudinem levat meſſoribus æſtate, & nimiam aquam quam hauſerunt, propellit per vias urinarias, diarhœam acidam efficaciter curat poſt duas vel tres dies, illis vero, qui temperamenti bilioſi ſunt, minus convenit. Nucleus unus vel alter in vino calido infuſus, urinam potenter movet. In obſtructione urinæ, hydrope eſt utile remedium pauperibus, quibus etiam in colica virtutem ſuam aperiendi & diſcutiendi non denegat, ſi allium in brodio cum oleo & pauca vini quantitate ſumatur. Allium ſylveſtre æque ac ſativum iram animalibus accendit, canes in furorem agit & in hydrophobiam conjicit, præcipue ſi domi detenti aqua forte tunc deſtituantur, aut illa careant tempore hyemali, quo omnis aqua in glaciem converſa eſt. Nucleus allii conciſus minutim & cum hordeo permiſtus atque gallis gallinaceis exhi-

 bitus,

bitus, facit ut rixentur mire & roſtro ſe in vicem petant, vulnerent ad ſanguinis effuſionem uſque, atque animoſe pugnent. Allium minutim diſciſſum & cum avena permiſtum vires ingentes addit equo, ſi illi exhibeatur, alii equi iter una facientes non poſſunt cum tali pari paſſu incedere, ſed tandem viribus exhauriuntur. Allii ſuccum tenuem & valde aqua dilutum in Norvegia ad vulnera feliciter adhiberi, quidam ex illis locis redux affirmavit, craſſiorem & acriorem tantum circa labia vulneris tumefacta caute applicari, cum vulneri cuicunque immiſſus præſentaneum ſit venenum. Mulieres ruſticæ allium infundunt in lacte calido, & infantibus verminantibus præbent cum ſucceſſu tanquam egregium anthelminticum. Externe Allium contuſum & cuti applicatum vim corroſivam habet, & clavis pedum impoſitum, hos curat & abſumit ſale ſuo acri. Nucleus Allii ano immiſſus calorem intenſum, & febrilia ſymptomata inducit gravia, illis qui morbum ſimulare volunt. Allii ſapor acris, odor gravis, turget ſale volatili.

*Allium montanum, capite rotundo C. B. Pin.* 75. Allium ſphærocephalum, purpureum, ſylveſtre J. B. 2. 562. Allium ſeu Moly montanum, V. Cluſ. Hiſt. 193. Eſt Scorodopraſum campeſtre juncifolium, capite rotundo, compacto, floribus ſaturate & eleganter purpureis, cum tribus primis petalis externe verrucoſis Michelii Nov. Plant. Gen. p. 25. Ord. II. Tab. 24. ubi Jcon. Ail ſauvage, Bergknoblauch / wilder Knoblauch. Perenn. flor. Junio ad Aug. bey Barr auf denen Bergwieſen; an den Feldern bey Oßwald / hinter dem Bruckhoff / bey den Gärtners Feldern.

*Allium montanum, bicorne, anguſtifolium, flore purparaſcente* C. B. Pin. 74. Allium ſylveſtre, bicorne, purpureum, proliferum J. B. 2. 561. Ampelopraſum proliferum Lob. Jcon. 156. Ail, Heyden-Knoblauch / ſchmahlblättiger wilder Knoblauch. Perenn. Flor. Jul. & Aug. auf der Elſau gegen Arbogaſt über copioſe auf den Ackeren / und hinter dem Spital Graben auf Wieſen. Figura Ampelopraſi Mathioli Epitome bene videtur repræſentare hoc Allium, p. 323. Flos vel mas, vel fœmina; flores ſunt nucleis ſive bulbulis intermiſti. Bulbuli iſti in ſummitate naſcuntur in capitulis ad propagationem inſervientes, ſunt ovaria quæ interdum adſunt, ſæpe non adſunt. Folia ſunt fiſtuloſa, foetor Allii olidus totius plantæ.

* *Allium montanum, latifolium, maculatum.* C. B. *Pin.* 74. Allium Alpinum J. B. 2. 566. Victorialis longa Cluſ. Hiſt. 189. Ail de Montagne, Siegwurtz-Männlein / Allermansharniſch / Schlangenknoblauch. Perenn. Flor. Jun. auf Hochfelden dem Hochgebürge; bey Oberhütt oberhalb Urbisthal in ſummis montium jugis; bey der Segmühl hinter Otterot; bey Eichhoffen / in den Hägen an dem Weg oberhalb Mittelbergen. Eſt Victorialis longa, H. Eyſt. Vern. O. 4. T. 3. Fig. 13. Radix oblonga, externa par-

parte bulboſa, cortice quodammodo reticulato involuta, bulbis circa ipſam adnatis ſe propagans, multas fibras perplexas emittens. Flores liliacei, in capitulum collecti. Fructus ſubrotundus, trilocularis, ſemina ſubrotunda, nigricantia; Fœtor olidus totius plantæ, interdum bulbillus hæret ad unum pedunculum floris maſculi. Radix quam viribus adhuc præſtare communi Galenus exiſtimat, ad multa ſuperſtitioſa adhibetur à credula plebe & nugivendulis circumforaneis, in aere nebuloſo & contagioſo efficax. In aqua calida infuſa urinam potenter pellit, vires ut allium ſativum habet alexipharmacas, uſus ejus frequentior noxius, dolorem capitis excitat ſitimque, oculis nocet. Pro inſtaurando ventriculi calore extincto hoc Allium Alpinum æque feliciter ab Alpicolis adhibetur ac illud.

*Allium montanum, anguſtioribus foliis, maculatum C. B. Pin.* 74. Perenn. Flor. Jun. **hinter dem Geſtifft Andlau.**

*Alnus rotundifolia, glutinoſa, viridis, C. B. Pin.* 428. Alnus vulgaris J. B. 1. 151. Alnus Dod. Pempt. 839. Aune. **Erlenbaum /** quibuſdam, **Eiſenbaum /** forſan quia lignum ejus in aquis fit durum, & diu durat. Floret cum Julis à fructu remotis Februar. Mart. raro adhuc initio Aprilis. Coni ſive fructus matureſcunt Septembri, hiant & ſe aperiunt, ſeminaque fundunt **an dem Ufer der Jll und der Breuſch / in dem Jllkircher Wald; in Oßwald.** Flos amentaceus, mas, glomeratus, axi longæ accretus, calyx quadrifidus ex quo quatuor ſtamina prodeunt, Ovarium conſtat ex utriculis compreſſis, qui inſtructi ſunt tubis binis, longis rubris, cornutis, ſemen unicum in ſingulis; Fructus ſquamoſus alio plantæ loco embryonibus turget, ſemen unicum compreſſum, ſub ſquamis reconditum. Folia calefacta, & bene prius ſiccata in lecto ſtrata, ſudorem copioſe movent, paralyticos a cauſa externa, e.g. frigore & humido juvant & illos ſudare faciunt, æger ſtragulis bene cooperiendus. Eſt uſitatum remedium eorum qui Alpes incolunt, in rheumatiſmis, malo Iſchiadico &c. annotante celeberrimo Tournefortio in Hiſt. Pl. Paris. Lignum ejus in locis aquoſis & paluſtribus præ omni alio durat, & magis aptum pro palis conficiendis. Alni quoque ligno utuntur ad jacienda ædium palatiorumque fundamenta Venetiis, Amſtelodami &c. quia tales pali non putreſcunt in aqua, & ſucceſſu temporis quaſi lapideſcunt.

*Alnus Alpina minor C. B. Pin.* 428. **Jn den Waldungen gegen Hochfeld in dem Hochgebürg** copioſe.

*Alnus folio incano C. B. Pin.* 428. Alnus hirſuta C B. in Math. Alnus incana & hirſuta J. B. 1. 154. Floret Febr. Martio. Septembri fructus ſquamoſi dehiſcunt, maturi, & Juli ſimul adhuc hærent ſæpe in arbore. In Sundgoviæ ſylvis vidit C. B. in Sylva Huningenſi. Eſt minor vulgari, folia longiora, Julus oblongus.

*Alſine*

*Alſine altiſſima nemorum C. B. Pin.* 250. Alſine major; repens, perennis J. B. 3. 362. Alſine major Dod. Pempt. 20. **Groß Vogelkraut / Groſſer Waldhüner Darm.** Deſcript. in Botan. Paris. Flos roſaceus, calyx quinquefidus, fructus membranaceus, unicapſularis, ſubrotundus vel conicus, apice dehiſcens, ſemina exigua placentæ adhærent, folia conjugata, integra. Foliola calycis ſuperant longitudine petala florum & ſupereminent. Perenn. Floret Majo, Junio **in den Hecken an der Breuſch / vor dem Weiſſenthurn; neben den Waſſer-Gräben gegen der Ganſau.**

⊙ *Alſine maxima ſolanifolia Mentz.* Pug. Tab. 2. Perenn. flor. Jun. **auf dem ſchattichten Gebürg gegen Hochfeld.** Folia undulata interdum.

* *Alſine media C. B. Pin.* 250. Alſine vulgaris, ſive morſus gallinæ J. B. 3. 363. Alſine minor Dod. Pempt. Flos albus pentapetalus, petala fere uſque ad baſin diviſa, ſtamina tria cum duplicibus apicibus purpureis Bot. Paris. **Hünerdarm / Hünerbiß / Vogelkraut** / folia bina ex adverſo poſita. Morgeline. Flor. Aprili, Majo, & fere tota æſtate **auf den Feldern / an den Hecken in dem Oſtwinckel; in den Wegen der Gärten.** Aviculis floſculi nondum aperti gratus cibus, in brodio cocta refrigerat & humectat phthyſicos.

*Alſine Hyperici folio D. Vaillant.* Eſt Alſine longifolia, caliginoſis proveniens locis J. B. 3. l. 19. 365. Alſine aquatica media C. B. Pin. 251. Alſine fontana Tabern. Jc. 712. Deſcript. in Bot. Paris. & apud Dillen. Cat. Plant. Giſſens. Append. p. 39. nomine Alſines aquaticæ fol. Gratiolæ ſtellato flore. Flos ex quinque petalis albis integris conſtat in acumen deſinentibus, ſtamina decem, piſtillo ſuper eminent filamenta tria, **Brunn-Vogelkraut / Waſſer-Vogelkraut / Brunn-Hünerdarm.** Floret Majo, Junio, etiam Auguſto adhuc florentem obſervavi, **in herabflieſſenden Quellwäſſerlein / gegen Lützelburg oberhalb Otterot.** In uliginoſis montis Rosberg vidit illam Octobri florentem. J. B.

*Alſine Plantaginis folio J. B.* 3. 363. Floret Majo ad Julium. Hanc obſervavit J. B. in monte Rosberg prope **Maßmünſter.** Flos albus, petala integra, calycis lobi petala ſuper eminent. ſemina nigra, ſplendentia Bot. Paris. Eſt Alſine arenaria Plantaginis folio Flor. Jen. 90. Spergula Plantaginis folio Dillen. Cat. Giſſ. 58. ſolet alias provenire in ſylvis, ad ſalicum truncos, & in rupibus umbroſis.

⊙ *Alſine Arenaria dicta H. Amſtelod. Cat.* 16. *& Bot. Paris.* Saxifraga paluſtris Alſine folia Ger. Emac. 567. Arenaria paluſtris Flor. Jen. Arenaria J. B. 3. 723. Polygonum foliis gramineis alterum Flor. Pruſſ. 204. ubi Jcon. optima. Flor. Jul. Auguſto ad Septembrim. **auf einer feuchten wiſſen gegen der Schiffmatt** copioſe, locis parum editis & apricis, **auf kleinen Hügelen gegen Morgen; an ſumpfichten Orten zwiſchen Benfeld und Ebersheim / und bey dem Eckboltzheimer Ziegeloffen.** Eſt Alſine puſilla,

ſilla, folio capillaceo, floſculo albo Bœrhave Ind. Pl. alt. p. 209. Alſine ſaxifraga, anguſtifol. minima montana Col. 1. 292. Deſcr. 290. Icon. Eſt Alſine puſilla, graminea, flore tetrapetalo Inſt. R. H. ex mente Clariſſ. Bœrhave. Eſt ſpergula minor, foliis knauel, flore maiuſculo, albo Dillen. Cat. Plant. Giſſ. p. 156. qui notam ejus caracteriſticam exhibet Cat. Append. p. 131. Alſine paluſtris Ericæ folio polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello Pluck. 74. Alſine nodoſa Germanica C. B. Pin. 251. Prodr. 119. Flos albus roſaceus, petala quinque integra, vaſculum quinque apicibus dehiſcit.

*Alſine verna, glabra, floribus umbellatis albis Inſt. Rei Herb.* Caryophyllus arvenſis umbelliferus J. B. 3. 361. Caryophyllus arvenſis umbellatus, folio glabro C. B. Pin. 210. Holoſteum caryophylleum arvenſe, Tabern. Icon. 233. **Weiß Acker Näglein Graß.** Flor. April. Majo **auf Ackern in der Ruprechts-Au; In den Reben bey Haußbergen.**

*Alſine pratenſis Gramineo folio ampliore Inſt. R. Herb.* Caryophyllus arvenſis, glaber, flore majore C. B. Pin. 210. Gramen Fuchſii, ſive Levcanthemon. J. B. 3. 361. Gramen floridum majus Tabern. Icon 232. **Graß-Blumen / Blumen-Graß.** Flor. April. Majo **in dem Wald in der Ruprechts-Au; bey Barr an den Rebmauren.** Flos albus roſaceus, folia graminea, rigida, longiore pediculo gaudent.

*Alſine pratenſis Gramineo folio anguſtiore, Inſt. Rei Herb.* Caryophyllus arvenſis glaber, flore minore C. B. Pin. 210. Gramini Fuchſii Levcanthemo ſimilis & affinis planta J. B. 3. 361. Gramen floridum minus Tabern. Icon. 232. **Klein Blumen-Graß.** Flor. April. ad Jun. **auf der Metzger-Au; auf den Ackern bey Oßwald.**

⊙ *Alſine folio gramineo anguſtiore paluſtris Dillen.* Cat. Giſſ. Floret. Jun. Jul. **vor dem Spital-Thor / unten an dem** Glacis; **vor dem Fiſcherthor / gegen der** Citadel loco paludoſo, **bey den Gärten in der Ruprechts-Au in Gräblein.**

*Alſine minor multicaulis C. B. Pin. 255.* Alſine minima J. B. 3. 364. Dod. Pempt. 30. Eſt Lychnides vulgaris Botan. Paris. 121. La *petite morgeline* Fuchs. Gall. Cap. VII. **der kleine Hüner-Biß mit vielen Stenglen.** Flor. April. ad Jun. **neben den Ackern gegen Oßwald; in der Ruprechts-Au an ſandigten Orten** copioſe. Septembri adhuc florentem vidi. Flos eſt pentapetalos, petala integra, ſequenti Alſin. tenuifol. ſimilia, ſtamina decem, apices purpurei, capſula ſeminalis denticulata in margine, ſemina nigra. Bot. Paris. ubi Icon quoque Tab. III. fig. I.

⊙ *Alſine tenuifolia J. B. 3. lib. 39. Botan. Paris.* ubi deſcript. & Icon. Tab. III. fig. I. Alſine polygonoides foliis tenuiſſimis, per genicula binis, ad ſummitatem caulium polyanthos Pluck. Almag. 22. Tab. 74. fig. 3. Alſine nodoſa multiflora Schol. Bot. 118. ejusd. Pluck. Alſine polygonoides Lini cathartici capitulis tenuifoliis Pluck. Almag. Bot.

C 23. Are-

23. Arenaria verna ſtrictiſſimo folio Flor. Jenens. 100. Linum ſylveſtre minus C. B. Pin. 214. Linum ſylveſtre VIII. Chamælinum Cluſ. Hiſt. 319. Linum pumilum foliis ſemper binis albo flore J. B. 3. lib. XXX. p. 455. Flor. Majo, Junio, **auf ſandigten Oertern bey Rheinau; zuweilen auf Mauren.** Flos pentapetalos, decem ſtamina, piſtillo tria filamenta ſuper eminent.

*Alſine tenuifolia, muſcoſa C. B. Pin.* 251. Alſine muſcoſa quibusdam J. B. 3. 365. Alſine muſcoſa Lugd. 1235. Eſt Alſinella Dillenii Cat. Pl. Giſſ. Append. 124. Floret Majo **auf feuchten Ackern bey Illkirch/ welche unter Waſſer geſtanden;** in montium aditibus umbroſis illam alias creſcere J. B. aſſerit.

*Alſine puſilla graminea, flore tetrapetalo Inſt. R. Herb.* Saxifraga graminea puſilla, flore parvo tetrapetalo Raii Hiſt. 1026. Caryophyllus minimus, muſcoſus, noſtras Parck. Theat. 340. Floret Majo, **an graſichten Orten in dem Oſt-Winckel; An dem Canal bey der Wolfsheimer Bruck gegen den Eckbolsheimer Wald.**

*Alſine puſilla pulchro flore, folio tenuiſſimo noſtras, ſeu ſaxifraga Caryophylloides puſillo flore albo pulchello Raii Hiſt.* 1033. Alſine Alpina, glabra Par. Bat. Floret Aprili, **bey dem Eckbolzheimer Ziegel-Offen an graſichten Orten.**

*Alſine Spergula dicta, major C. B. P.* 251. Spergula J. B. 3. 722. Dod. Pempt. 537. Arenaria arvenſis vulgatior Flor. Jen. 89. Flos albus, pentapetalus, petala figuræ ovalis, quinque ſtamina cum apicibus luteis Bot. Paris. **Spurey/** Spuria. **Spergel-Kraut.** Flor. Majo, Jun. **auf den Ackern vor dem Stein-Straſſer Thor.** Vocatur etiam Saginæ Spergula, quia aves inde ſaginantur.

*Alſine ſpergulæ facie, minor, ſive ſpergula minor, floſculo ſubcæruleo C. B. Pin.* 257. Spergula purpurea J. B. 3. 722. Eſt Polygonum foliis gramineis, Aſpergulæ capitulis Flor. Pruſſ. 203. Icon. Arenaria campeſtris, flore purpureo cœruleo Flor. Jenens. 101. **Klein Spergel-Kraut mit blaulichten Blumen.** Floret Junio ad Aug. **zwiſchen Benfeld und Gogenheim auff Brach-Ackern/ neben der Land-Straſſen.** Medio Septembris adhuc florebat in loco paluſtri, **wo die Breuſch in die Ill fällt.** Petala floris integra.

*Alſine ſpergulæ facie, minima, ſeminibus marginatis Inſt. Rei Herb.* Alſine ſpergulæ facie minima Bot. Monſp. Floret April. Majo **auf dürren Ackern in der Ruprechts-Au.** Eſt Alſine ſpergula dicta, teretifolia; ſemine foliaceo, in medio nigro aut fuſco, circulo membranaceo albido cincto Mor. H.

*Alſine ſpergulæ facie minima, ſeminibus nudis Inſt. Rei Herb.* Flor. Jul. Aug. **auf kleinen Hüglen bey Gemar in dem Gras.**

*Alſine ſaxatilis & multiflora, capillaceo folio Inſt.* 234. Alſine polygonoides

noides herbacea minor, Laricis foliis capillaceis, ex uno pedunculo plurimis Pluk. Phytogr. Tab.75. fig. 4. Alſine Saxatilis Laricis fol. minor, & minori flore J. R. H. Alſine Bononienſis non aculeata Bocc. Rar. Pl. 22. In R. H. 243. ex mente celeberrimi Vaillantii. Eſt Auricula muris pulchro flore, folio tenuiſſimo J. B. 360. Floret Majo, & durat per totam æſtatem, & innumeris floſculis per humum repanditur. Foliola in ſummitate valde acuminata, in baſi latiora, ex eorum alis flores albi, petala ovalia, calyx in quinque partes diviſus inter petala collocatus, ſtamina decem, capſula figura pyramidali. Dehiſcit in tres partes ſemina, plura minuta. Occurrunt interdum novem flores in uno caule. Hæret in fiſſuris rupium montis illius famigerati, Männlenſtein dicti, non longe à Monaſterio St. Ottiliæ diſtantis, ex cujus prominentiori jugo uno intuitu amœniſſimus proſpectus patet in totam fere Alſatiam. Creſcit alias copioſiſſime in montibus Tyrolenſibus. Synonima & caracter in Bot. Paris.

*Alſmaſtrum Serpilli folium flore albo tetrapetalo Vaillant. Botan. Paris.* ubi deſcript. Icon. Tab. II. fig. 2. Calyx in quatuor ſegmenta obtuſa diviſus, capſula ſeminalis rotunda in tres partes dehiſcit, folia oblonga, conjugata ad ſingulos nodos cauliculorum, ſucci plena, ex ſingulis geniculis faſciculi radicum emergunt, quibus mediantibus per terram humidam & limoſam, ſerpit. Floret Julio, Auguſto, in loco arenoſo, humido ubi Bruſca Ellam ſubintrat, ſemina tenuiſſima. Folia Serpillum quodammodo referunt. Creſcit etiam in locis aquoſis des Hagenauer Forſts.

* *Althæa Dioſcoridis & Plinii C. B. Pin.* 315. Althæa, ſive Bismalva J. B. 2. 954. Althæa Ibiſcus Dod. Pempt. 655. *Guimauve*, Eibiſch / Heilwurtz. Perennis, flor. Jul. Aug. in pratis humidis bey Brumpt; bey Fegersheim. Abundat zu Marlenheim bey dem Creutz. Eſt Althæa vulgaris Eyſtet. Æſt. o. 6. fig. 1. fol. 4. Flos eſt monopetalos, aliis polypetalos, campaniformis, patens, pentapetaloides, ad unguem uſque fiſſus, quinque fariam diviſus. Tuba ovarii ſtaminulis maſculis plerumque onuſta. Calyx duplex, primus eſt monophyllus & continet ſecundum majorem. Exterior brevior eſt & ſæpe triphyllus interior quinquefidus. Fructus planus, orbicularis, calyce involutus, ex plurimis capſulis conſtans, axi in orbem circumhærentibus. Semina reniformia. Folia mollia, lanuginoſa & caneſcentia, glutinoſa, acuminata, & plus minus anguloſa. Numeratur inter quinque herbas emollientes, emollit, laxat, dolores lenit, tumores maturat, acrimoniam urinæ mitigat, in quo caſu Syrupus de Althæa in frequenti uſu eſt, permiſtus cum oleo amygd. dulcium. Externe ſæpius adhibetur in Cataplaſmatibus, clyſteribus, balneis. Succus Althææ mucilaginoſus eſt, & in decoctis lenientibus pectoralibus, in tuſſi ferina à ſero acri ſalſo cum fructu adhibetur, ſed radices

demum in fine adhibendæ ſunt, ne decoctum fiat nimis ſpiſſum & craſſum. Semen Althææ pulveriſatum, & ad aliquot cuſpides cultri ſumptum in potu calido decocti liquiritiæ ſaturatioris, ſingulis diebus bis, in urina cruenta eſt efficax remedium, ſimiliter in calculo renum incipiente & arenulis, ad demulcendas vias urinarias. In dyſenteria cum ſemine lini pulveriſato & cryſtallo montana ppt. etiam temperat agrimoniam humorum in inteſtinis, & ſpicula ſalina illorum obtundit. Ex radice & pulpa per coctionem extracta ad uncias tres ſachari albiſſ. libra una cum mucilagine gummi tragacantæ fiunt tabellæ, ad tenues humorum in pulmones decurrentium fluxiones ſiſtendas, quæ hodie apud nos in uſu ſunt, & deſcriptæ in Bot. Monſpel.

*Alyſſon vulgare, Polygoni folio, caule nudo Inſt. Rei Herbar.* Burſa paſtoris minor, loculo oblongo C. B. Pin. 108. Burſa paſtoris minima, oblongis ſiliquis, verna, loculo oblongo J. B. 937. Paronychia vulgaris Dod. Pempt. 112. **Gemeine Alyſſen mit Weggraß-Blättern. Gänß-Blümlein** Noſtratibus. floret Martio, Aprili, **auf der Metzgerau/ an abhangigten Hügeln; auf dürren Wieſen gegen Oßwald/ und hin und wieder auf Aeckern und an den Wegen.** flos cruciformis, fructus exiguus, gibbus, ſepto intermedio in duo loculamenta diviſus, fœtus ſeminibus ſubrotundis.

⊙ *Alyſſon vulgare foliis inciſis Bot. Paris.* Burſa paſtoris minor, loculo oblongo, foliis laciniatis II. C. B. Pin. 108. Interdum aliis permiſta eſt hæc varietas **in der Ruprechtsau/ an den Hecken.**

*Alyſſon incanum, ſerpilli folio, minus Inſt. Rei Herb.* Thlaspi Alyſſon dictum, campeſtre, minus C. B. Pin. **Klein Schildbeſemkraut mit Quendel-Blättern.** floret Majo **zwiſchen dem Wickhäuſel und der Hohenwart/ an der Werbe.** flos luteus, marceſcens albeſcit, ſemina bina, ruffa, in ſingulis duobus loculis, membrana diviſis.

*Alyſſon perenne, montanum, incanum Inſt. Rei Herb.* Eſt Thlaspi montanum luteum J. B. 2. 928. Thlaspi montanum incanum, luteum Prod. 49. Jcon. Jonthlaſpi luteo flore incanum, diſcoides, montanum umbellatum Col. part. 1. 281. Thlaspi ſupinum luteum Lob. Jcon. 220. Flos tetrapetalos, petala lutea, in ſummo parum excavata & ovalia. Flores in extremitate ramulorum. Calyx in quatuor ſegmenta acuta diſſectus, fructus rotundus, in duo loculamenta diviſus, in ſingulis ſemina duo rufa plana & ovata. floret æſtate & per totum fere autumnum, jam ab initio menſis Maji deſcript. in Hiſt. Pl. Paris. p. 384. & in Botan. Paris. Hæc planta primum mihi occurrit **unter den zerfallenen Felſenſtücklein gegen Niedeck in dem Hochgebürge.**

*Alyſſon Bot. Paris. Myagrum ſylveſtre* C. B. Pin. 109. Pſeudomyagrum I. Cam. Epit. 902. ubi icon. Myagrum Turcicum J. B. 2. lib. 21. 893. Myagrum minoribus capitulis ſeu ſylveſtre Moris. Hiſt. 2. 315. Chamelinum

linum Tabern. Differt a Myagro ſativo C. B. Pin. 109. teneriotibus virgulis, floribus, capſulis & ſeminibus minoribus. *Cameline.* **Wilder kleiner Flachsdotter** / quod ſine cultura proveniat, **Türckiſcher Kreſſen / Leindotter / Finckenſaamen / Acker-Alyſſen mit geöhrten zugeſpitzten Blättern.** Cultura fit fruticoſior. floret Majo, Junio, **auf den Ackern gegen Mundolßheim / auf Flachsſtücken.** Inter ſegetes lini Tragus in Alſatia obſervavit, & hodienum ibidem ſponte provenit. In agris Sundgoviæ vidit C. B. præcipue ſativum. Flos cruciformis, fructus gibbus, fœtus ſeminibus ſubrotundis, in ſativo capſulæ longe majores, ipſa planta humilior, folia magis ſerrata, ſemen quoque majus. Ex ſemine hujus plantæ, quo integri agri quibuſdam locis conſiti ſunt, in Gallia, Lotharingia, circa Mombelgardum, oleum exprimitur præſtans, grati ſaporis, ſine ullo fœtore, aurei coloris, in frigore acerrimo nunquam concreſcens, quod hodie non raro apud nos, ſed falſo, pro laudatiſſimo oleo olivarum, Græcis πρότροπον Gallis *Huilevierge*, Germanis **Vorlauff** dictum, magno pretio vendunt nonnulli. Cum tamen diu ſteterit, ſapor minus gratus, nec odor adeo acceptus evadit, quod tunc ad lucernarum lumina adhibetur. Hoc oleo ſcabritiem corporis lævigari, atque expoliri jam ex Dioſcoride conſtat, Emplaſticam vim habere tradit Galenus. Semen aviculis eſt gratiſſimum, ſylveſtre æque ac ſativum, Germanice **Dotter.**

⊙ *Alyſſon fœtidum.* Myagrum fœtidum C. B. Prodr. cap. 14. p. 51. **Stinckender Flachs-Dotter.** floret copioſe Majo, Junio **auf dürren Reinen gegen dem Gebürg / hinter Oberehenheim / gegen Girrbaden.** In confiniis Sundgoviæ reperit hanc plantam C. B. in arenoſis. Eſt per omnia ſimilis hæc Myagro ſylveſtri C. B. ſi exceperis fœtorem abominandum & fortiſſimum, qui in exigua unius granuli quantitate totum conclave brevi replet. Flores pallide lutei capſulæ orbiculatæ, folia pallide virentia, alternatim caules cingunt, odor nauſeabundus.

*Ammi perenne Mor. Umb.* Ammi quorundam Dalechampii Lugd. 696. Eryngium arvenſe, foliis ſerræ ſimilibus C. B. Pin. 386. Crithmum quartum Mathioli, umbelliferum J. B. 3. Part. 2. 195. Eryngium quartum Dod. Pempt. 732. Eſt Falcaria Rivini Jcon. Falcaria Dillen. Append. Cat. Plant. Giſſ. p. 98. **Sichelmoren / Sichelkraut / Teutſch Ammey.** Perenn. floret Julio, **auf dem Weg nach Eckbolßheim an den Ackern / und in dem Oſtwinckel auf den Fruchtfeldern / und auf dem Wall bey dem Steinſtraſſerthor** copioſe. In Alſatia abundare J. B. annotat. Flos roſaceus, umbellatus, petala cordiformia inæqualia, fructus abit in duo ſemina gibba, ſtriata. Folia oblonga, anguſta coſtæ per conjugationes innaſcentia, ultimo impari claudente, ſemina longa, gracilia, albicantia, radix fibroſa.

*Ammi majus, foliis plurimum inciſis & nonnihil criſpis C. B. Pin.* 159. Floret Julio, Auguſto, neben den Ackern in dem Oſtwinckel / und bey dem Jllkircher Wald. Eſt varietas Ammi præcedentis, pluribus inciſuris prædita, & non nihil criſpa.

*Anacampſeros, vulgò Faba craſſa J. B.* 3. 681. Telephium vulgare C. B. Pin. 287. Telephium alterum, ſive Craſſula Dod. Pempt. 130. *Orpin.* Feißt Wundtkraut / Donnerkraut / Fettehenne. Perenn. flor. Auguſto bey der Carthaus / und bey Barr; auf den Ackern gegen Jllkirch / nahe an der Landſtraſſen copioſe. Caules, folia, flores, fructus Sedi, ut & totus habitus, folia non ſtatim in globum congeruntur, ut in ſedo, ſed ſtatim cauli aſſurgenti adnata ſunt ſucculenta, flores in umbellas digeſti, radix tuberculis glanduloſis ſtrumoſa eſt.

*Anacampſeros purpurea* J. B. 682. Telephium purpureum, majus C. B. Pin. 287. Telephium floribus purpureis Lob. Jcon. 389. Deſcript. in Bot. Paris. *Orpin à fleur purpurine.* Fettehenne. Perenn. floret Auguſto, in dem Reichſtätter Wald; auf dem Gebürg bey Rappolſtein; hinter Barr auf dem Gebürge; in dem Eckbolßheimer Wald bey dem Canal.

* *Anagallis phœniceo flore C. B. Pin.* 252. Anagallis phœnicea Mas J. B. 3. 369. Anagallis mas Dod. Pempt. 32. *Mouron mâle, Mouron à fleur rouge,* Liechtrother Gauchheyl / Heyl aller Welt mulierculis Rhizotomis. Floret Majo, Jun. Jul. auf den Feldern vor dem Steinſtraſſer Thor. Flos monopetalos, rotatus, fructus eſt teſta globoſa, in duas partes transverſa dehiſcens, ſemina angulata, placentæ affixa. Ulcera detergit, vulnerarium eſt, & à multis contra morſum canis rabidi & maniam deprædicatur.

*Anagallis cœruleo flore* C. B. Pin. 252. Anagallis cœrulea, fœmina J. B. 3. 369. Anagallis fœmina Dod. Pempt. 32. *Mouron femelle,* blauer Gauchheyl / floret Majo, Junio auf den Ackern bey Oßwald.

*Anagallis cœrulea, foliis binis terniſve ex adverſo naſcentibus C. B. Pin.* 252. Anagallis tenuifolia Monelli Cluſ. App. alt. ad lib. VI. ubi Jcon optima. Florebat Auguſto, Septemb. in loco uliginoſo cœnoſoque ubi Bruſca Ellam fluvium ſubintrat. Citius floret Jun. Jul. cum ſolis radiis magis expoſita eſt. Flos rotatus, in hoc loco non niſi circa meridiem aperiebatur, & facile decidit, folia hinc inde terna ſunt.

*Anagallis exigua flore violaceo Dn. Bürckel,* Med. Studioſi, Rei Herbar. periti, quàm à ſe detectam, mihi monſtravit ipſe, floſculi color erat intenſe violaceus. bey der Andlauer Mühl.

*Anagallis floribus carneis Parck. Theat.* 558. Flor. Majo Jun. auf den Feldern bey Niederhaußbergen.

⊙ *Anagallis paludoſa, minima, fol. rotundis, alternatis Bot. Paris.* Fig. T. IV. fig. 2. Centunculus Eph. N. C. Cent. 5. & 6. Append. Dillen. Cat. 161. & App. VII. p. 126. ubi Jcon florum & deſcript. Alſine paluſtris

ſtris

ſtris minima, floſculis albis, fructu coriandri exiguo Menz. Pug. Tab. 7. Flor. Jul. Aug. **in dem Bewald /** circa ſcrobium margines, **neben Waſſergruben.** Flores monopetali, exigui, tubuloſi, in quatuor lacinias cruciatim diviſi, vaſculo inſident rotundo, ſtamina quatuor cum ſuis apicibus, calyx quadrifidus, profunde diſſectus, vaſculum horizontaliter rumpitur in duo Hemisphæria, ſemina exigua placentæ adhærent. Caulis eſt, triangularis, qui in vulgari eſt quadrangularis, folia alternatim poſita ſunt. Dillen. l. c. omnia per lentem vitream inſpicienda.

*Anblatum flore ruſo candicante, ſive Anblatum Cordi Hiſt.* 89. Turnefort. Coroll. p. 48. Orobanche radice dentata major C. B. Pin. 88. Eſt ſquamaria Rivini, ſquamata ſeu Dentaria major Eyſtet. **Schuppenwurtz/ Ohnblat/Onblat/ das groſſe Zahnkraut/ Freyſamkraut** quibusdam. Perenn. radice, Flor. in fine Martii, Aprili, Majo, **in dem Rheinwört der Ruprechtsau / bey der Gegend wo die** Redoute **geſtanden / unter den Bäumen/ und zwiſchen deren Wurtzlen; In dem Jllkircher Wald / mitten darinn / neben einem Gräbel.** Radix ſquamata profunde in terra hæret, poſt Majum menſem evaneſcit & exſiccatur quoad caulem & flores. Creſcit etiam **auf den Wurtzlen der Bäume in dem Niedecker Wald.** Flos eſt monopetalos, anomalos in duo labia indiviſa diſtinctus, fructus in calyce reconditus, bifariam dehiſcens, ſemina ſubrotunda, magna. Flores in perianthio maximam partem latent, ſemina copioſa, ab initio alba per maturitatem nigricant una cum caule, radix quaſi denticulata.

*Androſace Alpina, perennis anguſtifolia, glabra, flore ſingulari Inſt. R. Herb.* Sedum minus XI. Cluſ. Hiſt. [X.] Sedum Alpinum, gramineo folio, lacteo flore C. B. Pin. 284. Perenn. flor. Julio. Hanc obſervavit. C. B. in monte **Waſſerfall des Elſaßiſchen Jura-Gebürgs.** Flos hypocrateriformis, fructus globoſus, apice dehiſcens.

*Anemone ſylveſtris, alba major C. B. Pin.* 176. Anemone ſylveſtris flore albo H. Eyſt. Vern. o. F. 13. fig. 3. Anemone alba, magna, plurima parte anni florens J. B. 3. 411. Anemone ſylveſtris I. Cluſ. Hiſt. 244. *Anemone ſauvage,* **Weiſſe Wald-Anemonien; Waldranunclen.** Perenn. flor. April. Majo ad Junium, **in denen Hecken bey Oßwald / gegen Lingelsheim.** Flos roſaceus, ſtamina numeroſiſſima, fructus oblongus, cujus axi ſemina adhærent calypta, utplurimum lanuginoſa, obvoluta, folia plerumque terna caulem nudum cingunt, interdum in dorſo maculata ſunt. Radix tuberoſa, nodoſa, caulis in ſummo unum florem gerens.

*Angelica ſylveſtris, minor, ſive erratica C. B. Pin.* 155. Angelica ſylveſtris repens J. B. 3. Part. 2. 145. Ægopodium, Herba Gerardi Tabern. Jcon. 83. Eſt Podagraria Dillen. Append. p. 99. ubi deſcript. *Angelique ſauvage,* **Zipperleinkraut / wilder Holder.** Noſtratibus **Wetſcherle wetſch /** Jcon in Rivino nomine Podagrariæ. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. **in Oßwald / und hin und wieder an den Hecken vor dem Weiſſenthurn; in der**

Ru-

Ruprechtsau. Flos roſaceus & umbellatus, pentapetalus, petala inæqualia, bifida & reflexa; Cæterum Angelicæ florum petala æqualia & integra, folia alata, in partes amplas diviſa, ſemina longa fuſca.

*Angelica pratenſis Apiifolio Inſt. Rei Herb.* Seſeli pratenſe, Silaus forte Plinio C. B. Pin. 162. Silaum quibusdam flore luteolo J. B. 3. Part. 2. 170. Siler alterum pratenſe Dod. Pempt. 310. Eſt Seſeli pratenſe Riv. quoad Iconem, Deſcript. in Bot. Paris. Roßkümmel / Wieſenangelicke / Wildpaſtenac noſtratibus. Perenn. floret in fine Junii ad Auguſt. & Septembr. auf denen Matten zwiſchen Oßwald und Gravenſtaden; bey dem Canal; auf den Wieſen bey Cronweiſſenburg Tabern. obſervavit. Alia eſt foliis latioribus rigidioribus altiore caule, quæ eſt ſequens. Folia prioris ſunt tenuiora, breviora, fœniculaceis accedentia, ſed latiora. Semina longa, ſulcata, foliaceis quaſi limbis inſtructa. Eſt Hippomaratrum I. Tabern.

*Angelica pratenſis altera, Apii folio Inſt. Rei Herb.* auf denen Wieſen hinter dem Spitalgarten / und dem kleinen Wall daſelbſten; auf der Contreſcarpe vor dem Steinſtraſſerthor rechter Hand. In pratis Michelfeldæ vidit C. B. Eſt Angelica tenuifolia Rivini. An Oreoſelinum Cicutæ folio Turnef. Daucus Alſaticus C. B. Boerhave Ind. Plant. Alt. Folia ſunt in hac ſpecie latiora, caulis rigidior, major, radix penes terram comoſa, ſemina in utraque ſpecie ſunt longa, ſulcata, foliaceis quaſi limbis inſtructa.

* *Anonis ſpinoſa, flore purpureo C. B. Pin.* 389. Anonis ſive ReſtaBovis vulgaris purpurea J. B. 2. 395. Anonis Dod. Pempt. 743. Ononis Officinar. *Arrête-Bœuf.* Haubechel / Ochſenbrech / Harnkraut / Stallkraut. Perenn. Flor. Junio ad Septembrim, in der Ruprechtsau bey der erſten Bleich; auf den Aeckern und an dem Weg gegen Jllkirch. Icon in Rivino. Flos papilionaceus, ſiliqua turgeſcens bivalvis, ſemina reniformia ſæpiſſime. Foliorum margo dentatus, quæ terna ſingulis pediculis inſident, quandoque ſingularia in eadem planta. Radix valide cocta cum melle, potenter urinam pellit, ſed calide ſumendum decoctum, & uſus continuandus, cum ſale vegetabili pptum eſt valde diureticum, pellit etiam urinam equorum, illamque reddit colore aurantii.

*Anonis ſpinoſa flore albo C. B. Pin.* 389. Anonis ſive Reſta bovis vulgaris alba J. B. 2. 395. Anonis flore albido Dod. Pempt. 743. Haubechel mit weiſſen Blumen. Perenn. flor. Jul. Aug. bey der Hohwart; bey der Carthaus; auf dem Glacis vor dem Steinſtraſſerthor lincker Hand; in der Ruprechtsau.

⊙ *Anonis ſpinoſa flore pallido purpureo Bot. Par.* floret priori permiſta, ſed raro admodum auf der Lingelsheimer Nachtweyd.

⊙ *Anonis ſpinoſa, fruticoſa, erecta, flore purpureo Bot. Paris.* Anonis Eyſtet. Tab. 263. Perenn. Flor. Jul. Aug. neben dem Canal / und in dem Oſtwinckel.

*Anonis.*

*Anonis ſpinis carens, purpurea C. B. Pin.* 389. Anonis non ſpinoſa, purpureo flore J. B. 2. 393. Anonis non ſpinoſa, purpurea Tabern. Jcon. 529. *Arrête bœuf ſans épines*, **glatte Hauhechel.** Perenn. Flor. Jun. Jul. **gegen Oßwald in den Hecken.**

*Antirrhinum arvenſe majus C. B. Pin.* 212. Antirrhinum anguſtifolium ſylveſtre J. B. 3. 464. Antirrhinum ſylveſtre, Phyteuma Dod. Pempt. 182. Jcon. in H. Eyſtet. in Rivino. in Garidel Tab. 7. *Muſle de Veau*, **wild Löwenmaul / Dorant / Orant /** Floret. Jun. Jul. **auf den Ackern gegen Oßwald.** Flos monopetalos, anomalos, tubulatus, perſonatus, in duo labia diſtinctus, quorum ſuperius bifidum, inferius tripartitum, fructus capiti vitulino æmulus eſt, teſta ſubrotunda, in duo loculamenta diviſa, tribus dehiſcens foraminibus, ſinguli flores ex ala folii longioris prodeunt, calyx monophyllus, quinquefidus, ſemina exigua plurima, fuſca.

*Antirrhinum arvenſe majus, flore albo H. R. Par.* Flor. Jun. Jul. **unter der Frucht in der Ruprechtsau.**

*Aparine vulgaris C. B. Pin.* 334. Aparine J.B. 3.713. Dod. Pempt. 353. Fig. in Bot. Paris. Tab. IV. Fig. 4. *Grateron, Rieble*, **Klebkraut.** Flor. Majo **an denen Zäunen der Ruprechtsau; bey St. Gallen / an den Hägen vor dem Weiſſenthurn.** Flos campaniformis patens & multifidus, ſparſim naſcens. Fructus ſiccus aſper ex gemellis globulis conſtans, ſemen umbilicatum, folia ſtellata, aſpera, verticillatim ad caulium nodos naſcentia, veſtibus adhærent, ſemina quoque aſpera ſunt, Plinio ideo philanthropos, quia veſtibus adhæret.

*Aparine vulgaris, ſemine minori* Inſt. R. H. Eſt Aparine Camerar. Epit. 557. Deſcript. in Bot. Paris. Jcon. Tab. IV. fig. 3. Perenn. flor. Majo, Jun. Jul. flos albus, fructus aſper, tota planta quoad omnes partes minor præcedenti, ſemen durum aſperitate veſtium tenax, planta ipſa ramis multis & parvis fruticat, folia ad ſingulos nodos plantæ naſcuntur, ordinarie 6. & 7. habent. Floret **auf den Ackern in der Ruprechtsau / in der Frucht / unter den Linſen.**

*Aparine ſemine lævi H. R. Par.* Aparine ſemine læviore Raii Hiſt. 484. Eſt Aparine vulgaris, ſeminibus glabris Flor. Jen. Aparine ſemine lævi Park. Aparine foliis brevioribus, & ſemine læviore H. Oxon. 3. 332. Tota planta ad decem uncias alta eſt, flor. Majo, Jun. Jul. & ſemen perficit. Flos albus, quadrifidus, caulis quadrangulus, folia radiatim caulem ambiunt. Fructus fere lævis, ſimilis coriandro ſacharato, caret pilis iſtis hamatis, folia in ſuperficie non ſunt aſpera, uti in vulgari. Deſcript. in Bot. Paris. Jcon. ibidem Tab. IV. fig. 3. Planta ſupina per terram ſtrata eſt. Creſcit **bey Ebrſtein in der Frucht.**

* *Aparine latifolia humilior montana Inſt. R. Herb.* Aſperula ſive Rubeola montana, odora C. B. Pin. 334. Rubiis accedens. Aſperula quibuſdam, ſive Hepatica ſtellaris J. B. 3. 718. 719. Aſperula odorata, flore albo

Dod. Pempt. 355. Hepatica ſtellata & Matriſylva Officin. *Muguet*, Waldmeiſter / Sternleberkraut. Perenn. flor. Majo & Junio in dem Wald bey Holtzheim; bey Still / hinter Sultz; bey Hülſen gegen Ebersmünſter; auf dem Gebürg hinter Barr copioſe. Flos campaniformis lactei candoris in quatuor partes diviſus, fructus pilis hirſutus hamatis, folia octo verticillatim circa caulem. Flos ſuaviſſimum odorem ſpirat. Infunditur verno tempore in vino cum radice Helenii, pimpinella ſanguiſorba minori, ad ſanguinem volatiliſandum.

*Aparine ſupina, pumila, flore cœruleo Inſt. Rei Herb.* Rubia parva flore cœruleo ſe ſpargens J. B. 3. 719. Eſt Scherardia Dillen. App. ad Catal. p. 96. quam ob peculiarem ſeminum ſtructuram & diſpoſitionem ad peculiare genus reduxit. Floret Aprili ad Auguſtum auf den Ackern bey der Sägmühl; in der Ruprechtsau auf den Feldern. Flores infundibiliformes, 7. & 8. collecti in calyce quaſi in capitulum, ſemina tribus aculeis prædita, calyx radiatus.

*Aphaca Lob. Jcon.* 70. Vicia lutea, foliis convolvuli minoris C. B. Pin. 345. Vicia quæ Pitine Anguillaræ, lata ſiliqua, flore luteo J. B. 2. 316. Gelbe Steinwicken mit Windenblättern. Flor. Majo auf denen Ackern und auf dürren Wieſen gegen der Gansau; auf Ackern der Ruprechtsau copioſe. Flos papilionaceus, ſiliqua facta, ſeminibus ſubrotundis, folia tantum bina ad caulium nodos naſcuntur, ex quorum alis prodeunt claviculæ.

* *Apium paluſtre, & Apium Officin. C. B. Pin.* 154. Apium vulgare ingratius J. B. 3. Part. 2. 100. Eleoſelinum Dod. Pempt. 695. *Ache*, Waſſer-Eppich / Waſſerpeterlein / Brunnpeterlein / Jcon. apud Rivinum ſub nomine Apii. Eſt Apium paluſtre Paludapium dictum Moris. Umb. Paludapium Tabern. flor. Jul. & Auguſto an dem Bach hinter Barr / circa rivi margines; bey dem Bronnen zu Niederbronn / annotante Heliſeo Röslin in der Beſchreibung Elſaß und Wasgauiſchen Gebürges p. 87. An Waſſergruben bey den Gärten in der Ruprechtsau. Eſt magnæ acrimoniæ, & odoris gravioris, in hortos tamen translatum mitius & minus ingratum evadit diligenti cultura obſervante Rajo poſt Cæſalpinum & Dodonæum: & tunc vix differt ab Apio dulci, Celeri Italorum H. R. P. & quidem imprimis ab illa ſpecie, quæ eſt radice minori, magis tenera & delicatiori, noſtratibus Frantzöſiſcher Seleri dicta, nondum adhuc, ut puto, deſcripta. Apium Seleri in hortis ſatum & cultum, poſt plures annos in vulgare Paludapium degenerare Rajus quoque affirmat Hiſt. Plant. Eſt majus ſativo Lobel. teſte & experientia id confirmante, eſt etiam odoris fortioris magisque penetrantis. Flos roſaceus umbellatus, petala æqualia, fructus ex ſeminibus duobus compoſitus, hinc gibbis & ſtriatis inde vero planis, folia in alas diviſa ſeu coſtæ ramoſæ innaſcentia, trifida & ſubdiviſa. Umbellæ ſine pediculis, vel ſaltem iisdem valde brevibus, ramorum geniculis adhærent. Semen Apii

paluſtris

paluſtris & ſativi, pulveriſatum capillis ſub noctem inſperſum pellit omnes pediculos, ſi modo vitta capiti arcte circumligetur, mane omnes mortui reperiuntur, ſed interea temporis mire ſe motitant, & hinc inde diſcurrendo inquietudinis ſui indicia præbent.

*Aquifolium ſive Agrifolium vulgò J. B.* 1. 114. Agrifolium Dod. Pempt. 758. Ilex aculeata, baccifera, folio ſinuato C. B. Pin. 425. *Houx,* **Stech-palmen.** Flor. April. ad Junium, Baccæ matureſcunt Septembri & tota ſæpe hyeme adhærent frutici **in dem Illkircher Wald; in dem Ganſauer Wald; in dem Hagenauer Forſt /** copioſe. Flos monopetalus rotatus, quadrifidus, calyx monophyllus, quadrifidus, fructus bacca mollis, facta oſſiculis quaternis. Folia ſinuata, ſpinoſa. Ex cortice fit viſcum ad aucupia; modum conficiendi vide in Hiſtoria Pariſienſium Plantarum Turnef.

⊙ *Aquifolium foliis non aculeatis, ſive non ſpinoſum Munting.* Nauwkeurige Beſchryving der Aardgewaſſen p. 164. fig. 39. ubi Jcon pulcherrima. Plura exempla proſtant in Hiſt. Plant. Paris. Eſt varietas vulgaris Aquifolii quando ſeneſcit, & aculeos ſuos amittit, nec ab hoc differt niſi ætate. Elegantem talem arbuſculam foliis quaſi laurinis videre licet **bey Hoch-Andlau / nahe an dem alten Schloß /** ubi immortali coma viret.

* *Aquilegia ſylveſtris C. B. Pin.* 144. Aquilegia flore ſimplici J. B. 3. 484. Aquilegia Dod. Pempt. 181. *Ancolie,* **wilde Ageley.** Jcon quoque in Garidel H. Pl. T. 8. Perenn. flor. Majo & Jun. **oberhalb der Hohenwart in den Hecken; in dem Ganſauer Wald** abundanter; **bey Barr auf den Matten; in dem Illkircher Wördt** frequens. Flos polypetalos anomalus, petala diſſimilia, altera plana, altera cucullata, alternatim & regulariter diſpoſita. In fructu vaginæ membranaceæ in capitulum colliguntur, fœtæ ſeminibus ut plurimum ovatis. Semen in emulſionibus uſurpatum ad variolas, morbillos &c. expellendos, egregie conducit.

*Aquilegia flore albo, ſimplici Eyſt.* **hinter Barr auf dem Gebürge.**

*Aquilegia hortenſis, multiplex, flore magno cæruleo C. B. Pin.* 144. Aquilegia flore pleno ſive multiplici J. B. 485. Aquilegia multiplici flore Dod. Pempt. 181. flor. Majo, Junio, **in dem Ganſauer Wald unter den Hecken und Bäumen** copioſe. Forſan ex ſeminibus olim huc ſparſis indigena facta eſt, & ſingulis annis nunc ſponte ibidem ſe propagat inter dumeta longe lateque, etiam flore albo multiplici.

* *Ariſtolochia Clematitis recta C. B. Pin.* 307. Ariſtolochia Clematitis vulgaris J. B. 3. 560. Ariſtolochia Saracenica Dod. Pempt. 326. Ariſtolochia longa vulgaris Eyſt. Tab. 194. *Ariſtoloche,* **Oſterlucey.** Eſt Ariſtolochia multiflora Rivini Perenn. Flor. Majo **bey Barr / bey Dorlisheim an den Reben** copioſe. Flos luteus monopetalus nudus, anomalus, infra tubulatus, ſupra in ſpeciem linguæ cavæ formatus, ovarium per



matu-

maturitatem fit fructus membranaceus, turbinatus in ſex loculamenta diviſus, in ſingulis horum ſemina compreſſa, ſibi incumbentia. Semina vomitiones excitant, folia in decoctis vulnerariis, pro uſu externo, vim vulnerariam & detergentem egregiam habent, ſi eadem calide adhibeantur, & vulnus folio contuſo hujus plantæ obtegatur cum linteis calidis deſuper. Pulvis cum ſpiritu vini miſtus ulcera ſordida antiqua optime mundificat. Carnem luxuriantem abſumit, quod etiam decoctum foliorum in vino vel lixivio calide cum linteis impoſitum præſtat. Pulvis ulceribus putridis inſperſus vermes eorum necat, eaque à majori malignitate præſervat, vel decoctum cum vino aut lixivio per ſyringam injectum. In contuſionibus equorum ab ephippio, & inde natis ulceribus mulo-Medici pulverem hunc adhibent, & illa optime ſanant. Cum melle permiſtus impetigines curat & cutis vitia, cum aceto applicatus ſcabiem tollit.

* *Artemiſia vulgaris major, caule & flore purpuraſcentibus.* C. B. Pin. 137. Artemiſia vulgaris J. B. 3. 184. Artemiſia rubra Tabern. Jcon. 7. Deſcript. in Bot. Par. *Armoiſe*, **Beyfuß / Rotherbuck.** Perenn. Flor. Jul. & Aug. **an den Ackern und neben den Landſtraſſen vor dem Spitalthor; vor dem Weiſſenthurn.** Flores floſculoſi, calyce ſquamoſo comprehenſi. Inter floſculos etiam occurrunt in quibusdam ſpeciebus embryones nudi, in ſemen abeuntes, flores naſcuntur in pedunculis ex alis foliorum aſſurgentibus. Eſt celebris ad morbos uterinos apud mulierculas, menſes, ſecundinas & fœtum mortuum pellit, in balneis uterinis eſt in frequenti uſu. Artemiſiæ rubræ & albidæ eædem ſunt vires.

*Artemiſia vulgaris, major, caule ex viridi albicante Inſt. Rei Herb.* Artemiſia alba Tabern. Jcon. 8. Eſt ſtatura brevior, foliis latioribus, flores ex floſculis difformibus conſtant, obſervante Dillen. Cat. Giſſ. p. 166. **Weiſſer Beyfuß /** Perenn. ſerius floret, **bey der Carthaus; bey Gravenſtaden /** & cum præcedenti permiſta ſæpe.

* *Arum vulgare, non maculatum C. B. Pin.* 195. Arum Tabern. Jcon. 746. *Pied de Veau*, **Aronwurtzel / Zehrwurtz / teutſcher Jngwer / Kalbsfuß.** Perenn. flor. Aprili, Majo, **in der Ruprechtsau; in dem Wald an dem Rhein** copioſe, **und gegen Oßwald in den Hecken.** Flos, quem alii calycem ſpecioſum coloratum appellant monopetalos, anomalos, auris ovillæ forma, piſtillum clavi forme ad baſin pluribus embryonibus ſtipatum, qui ſinguli abeunt in ovum ſeu baccam fere globoſam, uno vel altero ſemine fœtam ſubrotundo, inſtructam tuba longa, tenui, filamenti inſtar. Supra hæc ova circumcreſcunt apices ſive ſtamina maſculina, denſe ſtipata, ſuis inſtructa teſticulis, qui farinam flavam fundunt, paulo ſupra apices in ſtyli prope medio ſtaminum aliquot ſeries eandem axin ornat. Stamina & apices à ſe invicem removentur hic, quod ſingulare in omni Plantarum genere Dillen. Cat. Pl. Giſſ. p. 56.

p. 56. Piſtillum in clavam purpuream abit. Jcon elegans in Rivino & Turnefortio Tab. 69. Radices ari recentis in aceto & aqua coctæ ſcabiem curant, ſi calido decocto hoc ſæpius pars affecta lavetur. Arum præparatum eſt deobſtruens primarium in Hydrope, Cachexia, Jctero, febribus intermittentibus, Scorbuto, Malo Hypochondriaco. Radix aceto decocta utilis ad viſcerum obſtructiones antiquas, cruda habet magnam & quaſi urentem acrimoniam, quam tamen amittit, ſi fortius & diutius in aceto vel aqua coquatur, in vino tenui cum melle decocta lotii ſuppreſſionem tollit urinamque ciet. Pulvis hernioſis auxiliatur, in liquore exhibitus, retrahendo procidentias nondum inveteratas, & conſolidando peritoneum, ſi modo per tempus in dorſo decumbant, & ligamento utantur. Ex contuſa & diligenter abluta radice fit fæcula alba, ſive pulvis albus Coſmeticus, abſtergens ad maculas faciei Cherſa dictus, adhibetur cubitum eundo illis prius madefactis, & mane aqua abluitur in qua fruſtulum radicis madefactum fuit; interne hæc fæcula obſtructiones potenter reſerat, calculoſis prodeſt, & menſes movet. Bot. Monſpel. Radix ari ſiccata cum melle vel paſſulis decocta, egregium expectorans pituitam in tuſſi, aſthmate præbet, cum lacte cocta ſicca radix in Phtiſi puris rejectionem promovet. Aqua deſtillata, annotante Rajo, maculas faciei abſtergit, faciem erugat, & illuſtrat. Radix & germina, ſaponi admixta, ad linteamina mundanda in Anglia adhibetur, quod ipſum etiam in quadam Galliæ Provincia (*bas Poictu*) in uſu eſt, etiam caules hujus anni dum floret fruſtulatim diſſecti per tres ſeptimanas in aqua macerantur, aqua ſingulis diebus renovatur priori abjecta, ſedimentum exſiccatur, & in formam ſaponis vel unguenti redigitur, Tournef. Hiſt. Pl. Paris. Aqua in qua radices ari recentes, verno tempore, infuſæ fuerint, inſtar Saponis cutim glabram reddit faciei, linteamina abſtergit & mundat, ſed & cutim delicatiorem exulcerat, pruritum & puſtulas facit, cum oleo tartari per deliquium miſta, poſtquam liquor expreſſus fuerit, mitius & tutius agit hæc aqua Coſmetica Gallorum *Eau de beauté.* Radix & folia ari decocta, & vapor in ſella perforata admiſſus juvat in Hæmorrhoidibus cœcis, in vel oleo cocta ficus ſanat inſeſſionibus calidis, & ani procidentiam curat, vel decoctum calide cum ſpongia vel linteolo applicatur, quod optimum. Paratur ex aro Pulvis Stomachicus Quercetani.

*Arum vulgare, non maculatum folio ſubrotundo H. R. Paris.* Creſcit, ſed rarius in dem Ruprechtsauer Wald. Flores nondum vidi, nec facile reperiuntur.

*Arum maculatum folio ſubrotundo H. R. Paris.* Eſt Arum vulgare fol. ſubrotundo maculatum maculis nigris, ſpica violacea Joncq. Hort. 16. Creſcit in dem Oſtwinckel. Folia ari mox diſcedente hyeme erumpunt.

*Arum maculatum, maculis nigris C. B. Pin.* 195. Perenn. Flor. Aprili, Majo, *Pied de Veau marqué*, **geſleckte Zehrwurtz** / creſcit **in der Ruprechtsau an denen Zäunen und Hecken; gegen dem Maurhoff.**

⊙ *Arum paluſtre, radice arundinacea Herm. H. L. B.* Dracunculus paluſtris ſive radice arundinacea C. B. Pin. 195. Dracunculus aquaticus J. B. 2. 789. Anguina Lob. Jcon. in Eyſt. H. & Dracontium paluſtre Tabern. in Mathiolo. **Waſſer-Aron/ Waſſerſchlangenkraut / Waſſernatterwurtz.** Perenn. flor. Majo ad Jul. **neben einem groſſen Weyer bey Still** / loco humido, gramine veſtito. Semper alias in ſtagnantibus aquis viget, ſed rariſſime apud nos reperitur; differt ab Aro floris petalo, vel potius calyce non convoluto, nec ſurrecto, ſed expanſo. Radix arundinacea maſticata ab initio nullius ſaporis, mox acerrimi, fructus cum calyce ſingulis pediculis inſidet, baccæ ab initio virides, tandem rubræ.

*Arundo vulgaris, ſive φραμίτης Dioſcoridis C. B. Pin.* 17. Arundo vulgaris paluſtris J. B. 2. 485. Arundo paluſtris Canna ſepiaria Tabern. Jcon. 254. Deſcript. accurata in Scheuchzer. Agroſtographia p. 161. Jcon. Tab. III. Fig. 14. D. A. ramuli, ſiſtit portionem tribus locuſtis onuſtam, B. Locuſtam, diductis ab invicem folliculis. C. Folliculum diductis ab invicem glumis. *Canne ou Roſeau*, **Rohr / gemein Ried.** Perenn. Flor. Auguſto, Septembri, **in ſumpfichten Orten vor dem Spithalthor; in der Ill; in denen Stattgräben.** Radix oblique geniculata & fibroſa, culmus inanis, folia rigida & aſpera, in faſtigio culmi juba ſive coma ramoſa purpuraſcens, tandem villoſior caneſcens, mollior à ventis agitata. Locuſtæ ſimplices, ſemina papposa.

* *Aſarum Dod. Pempt.* 358. *J. B.* 3. 548. *Cabaret. Oreille d'homme*, **Haſelwurtz.** Perenn. flor. April. Majo, **bey Blobsheim; in dem Schwingelsheimer Wald gegen Hochfeld und Buchsweiler; bey Münchmühl; in dem Wald hinter Barr** / in Sundgovia vidit C. B. in Muteto, **Münchenſtein in dem Bewald** copioſe quoque creſcit. Semel tantum floret non bis, uti Fuchſius affirmat. Folia nova cum floribus prodeunt. Radix colligenda Auguſto. Radix aſari, non ingrati imò ſuaviſſimi odoris, ſapore acri aromatico amaro prædita, folia amara, ſemen guſtu fervens & mordens in ore. Duo flores, per noctem in vino infuſi vomitum ſatis validum procurant, ſi vinum hauriatur ad uncias duas vel tres. Radix per noctem in vino infuſa per ſuperiora & inferiora purgat, Hydropicis utilis, ut & in febribus intermittentibus, in Diarrhæa, Dyſenteria. Folia tria, per noctem in vino albo infuſa, idem præſtant, ſicut & pulvis cum diacydonio ſimplici in bolos redactus, vinum poteſt edulcorari melle vel decocto prunorum, ad obtundendam acrimoniam. Sunt quæ crude devorata portiuncula hujus plantæ recentis ſibi vomitum procurant ad nefarios ſæpe uſus. Aſarum per ſemihoram in aqua vel vino fortiter decoctum ita ut bulliat per dimidiam horam

vim

vim vomitoriam amittit, & vis ejus purgans in tantum mitigatur, ut fiat deobſtruens efficaciſſimum atque diureticum in obſtructionibus internis, ictero, febribus intermittentibus tardis præcipue magnarum virium, in Aſthmate cum melle edulcorandum Buxbaum enumerat. Plant. Jenens. p. 28. Decoctum battituræ ferri cum rad. aſari eodem modo præparatum, egregium in menſium obſtructione & meſenterii; Doſis Cochl. 4. ad 6. Infuſum radicum menſes quoque valide movet, uſitatum meretricularum remedium, quando ſe gravidas ſentiunt, annotante Rajo. Muſtum radicibus aſari conditum, poſt tertium menſem in uſum tractum Hydropes & ſplenem ſanare J. B. monet. Radices contuſas nodulo incluſæ ſingularem vino gratiam conciliare Cornutus Hiſt. Pl. Canadens. p. 24. docet. Hæ ipſæ radices ſuibus in potu illorum exhibitæ eos pingueſcere faciunt, ſi infuſum bibant ſubinde, quod etiam gallinis pro potu exhibitum in caveis, morbum earum noſtratibus **der Pfipfer** dictum curat. Radices etiam mandentium halitum ſuaviter emendare, inprimis aſari Canadenſis, idem Cornutus contendit; veſtibus laneis admotæ in armario eas à vermibus præſervant. Aſari flos eſt apetalos, ſtamineus, calyx tripartitus, tubæ circumponuntur ſtamina duodecim, inſtructa teſticulis fœcundantibus illam patentem uſque in cava ovarii, quod in ſex loculamenta diviſum, ſeminibus fœtum oblongis. Radix fibroſa, folia fere orbicularia, ſplendentia, fructus angulatus.

* *Aſclepias albo flore C. B. Pin.* 303. Aſclepias, ſive vincetoxicum multis Dod. Pempt. 407. *Dompte-Venin*, **Schwalbenwurtz.** Hirundinaria Officin. Perenn. flor. Jun. Jul. **in allen Wäldern um die Stadt; auf der Hart** copioſe. Radicem in vino maceratam hydropicis mire auxiliari refert Tragus. Decoctum radicis ad libræ dimidium calide hauſtum, urinam & ſudores movet, & per plures dies aſſumptum hydropem & anaſarcam curat. In febribus malignis per ſudorem malignitatem expellit in lecto bene cooperto corpore, qua ratione hydropicorum aquas per pedes expuliſſe experientia docuit, decoctum ſit ſumme calidum, per plures dies continuandum. Flos monopetalus, quinquefidus, expanſus inſtar ſtellæ, intra hunc alius floſculus pentapetalus, longe minor, & brevior, ſtamina quinque arcte amplexa ovarium. Calyx monophyllus, quinquefidus, in quinque ſegmenta longa gracilia fiſſus. Fructus conſtat duabus ſiliquis, per maturitatem dehiſcentibus à baſi ad apicem, fœtis ſemine copioſo pappis inſtructo, atque placentæ ſquamatim affixo. Boerhave.

*Aſparagus ſylveſtris, tenuiſſimo folio C. B. Pin.* 490. Aſparagus ſylveſtris Math. 478. *Aſperge ſauvage.* **Wilde Spargen.** Perenn. flor. Auguſto **bey Jllkirch an den Hecken; auf trockenen Wiesen auf dem** Glacis **vor dem Judenthor / gegen dem Steinſtraſſerthor.** Turiones ejus dulces ſunt. Cre-

Creſcit quoque bey Otterot. Radices inſtar fuſi, flores roſacei, hexapetali, nudi ſtaminibus ſex præditi, referentes campanulam oblongam, fructus bacca rotunda, fœta ſeminibus duris, orbicularibus. Folia tenuiſſima. Boerh.

* *Aſplenium ſive Ceterach. J. B.* 3. 745. Ceterach Officinarum C. B. Pin. 354. Aſplenium Dod. Pempt. 468. Klein Miltzkraut / Steinfarren. Eſt Scolopendria vera Anguillaræ Tabern. Nomen Scolopendriæ huic tantum Plantæ competit, ad æquivocationem evitandam, cum Tragus & alii etiam linguæ cervinæ illud male tribuant, unde & nomen officinale, kleine Hirſchzung originem habet. Eſt Aſplenium vulgare Barrelier. 1044. Creſcit & viret hinter Haßlach in dem Niedecker Thal / an einem rauhen Felſen und in deſſen Ritzen / unterhalb dem alten Römiſchen Bergſchloß Niedeck. Juxta Cordum in montoſis ad Rhenum reperitur, ſed rarius, invenitur alias quoque in vetuſtis parietibus. Folia margine pulchro ſinuato prædita, minus alte inciſa, in ſegmenta brevia & rotundiora diſſecta ſunt, fructus foliis innaſcuntur, & totam averſam pinnæ ſuperficiem occupant, ſemina hæc inſtar flaveſcentis pulveris ſe habent. Figura in Mathiol. Epitome 640. Floſculi exigui armato oculo apparent in averſa foliorum parte ejusque hirſutis protuberantiis. Folia polypodii modo dividuntur ſubflaveſcentia, ſuperne viridia. Infuſum hujus plantæ in aqua ter calida hodie hauriunt nonnulli non ſine ſanitatis emolumento, inprimis in lienoſorum malo hypochondriaco curando multum celebratur.

*Aſter arvenſis cœruleus, acris Inſt. Rei Herb.* Conyza cœrulea acris C. B. Pin. 265. Senecio ſive Erygeron cœruleus, aliis conyza cœrulea J. B. 2. 1043. Erigerum quartum Dod. Pempt. 641. Scharff-ackerſternkraut. Deſcript. in Dillenii Append. ad Cat. Giſſ. p. 142. vocatur quoque kleine blaue Dürrwurtz / Berufkraut. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf denen Matten gegen der Gansau / locis herbidis & incultis; Septembri adhuc auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor. Flos radiatus, ſpecioſus, floſculi quinque partiti, ſemifloſculi in extremitate diviſi, in calyce ſquamoſo, villoſo, caules ramoſi, folia alterna integra, flores non longa ſerie in ramulis, ſemina oblonga, pappis inſtructa, thalamoque affixa ſunt.

*Aſter Atticus cœruleus, vulgaris C. B. Pin.* 267. Aſter Atticus, purpureo flore J. B. 2. 1044. Aſter Atticus Dod. Pempt. 266. blau Bergſternkraut. Perenn. Flor. Aug. Sept. Eſt Aſter Atticus major, flore cœruleo H. Eyſt. Æſt. o. 5. F. 12. Fig. 3. Creſcit bey Dorlisheim; zwiſchen Lingelsheim und Oßwald; auf dem Gebürg beym Sultzbad; in dem Illkircher Wald copioſe. In Muteto C. B. vidit. Flos radiatus, caules ramoſi, calyx ſquamoſus, folia alterna integra.

*Aſter pratenſis autumnalis, conyzæ folio Inſt. Rei Herb.* Conyza media Aſteris flore luteo, vel tertia Dioſcoridis C. B. Pin. 265. Conyza media

dia Mathioli, flore magno, luteo, humidis locis proveniens J. B. 2. 1050. Conyza media Dod. Pempt. Eſt Conyza media Eyſt. Tab. 215. Æſt. o. 5. fig. I. **Gelbe Waſſerſternblum/ Dürrwurtz mit groſſen gelben Blumen.** Flor. Aug. Septembri **an denen Gräben und feuchten tieffen Orten gegen Oswald; an der Jll bey den Pulvermühlen; bey der Spital-Mühle** copioſe. Flos radiatus extremis ramulis inſidet, caules lanugine incana obducti, folia alis caulem amplectuntur villoſa, glutinoſa, calyx ſquamoſus cum anguſtis inciſuris, ſemina pappis inſtructa.

*Aſter paluſtris parvo flore globoſo Inſt. Rei Herb.* Conyza major flore globoſo C. B. Pin. 266. Conyzæ mediæ minor ſpecies, flore vix radiato J. B. 2. 1050. Conyza minima Dod. Pemp. 52. **Klein Dürrwurtz.** Floret Auguſto **an denen Gräben neben der Landſtraß vor dem Spitalthor/ und an tieffen Orten/ wo zuvor Waſſer geſtanden; in der Ruprechtsau an Gräblein.** Radius parum & non niſi lineam ſemis ſupra diſcum eminet, calyx lanuginoſus, hemiſphæricus, folia undulata & criſpa.

*Aſter paluſtris, luteus, folio lanuginoſo, longiori Inſt. Rei Herb.* Conyzis affinis C. B. Pin. 265. Britannica Conyzoides quibusdam, Aſter Pannonicus Cluſ. J. B. 2. 1047. Britannica vera Dalechampii Lugd. 1082. Perenn. Flor. Jul. Aug. Septembri **an dem Rhein bey dem Auemer Wört.**

*Aſter montanus luteus ſalicis glabro folio C. B. Pin. 266.* Conyza media Monſpelienſis quibuſdam, Aſteris Attici genus folio glabro, rigido J. B. 2. 1044. Bubonnicum luteum Tabern. Jcon. 337. **Gelb Berg Sternkraut mit glatten Weydenblättern.** Perenn. flor. Jun. Jul. & Aug. **hinter Barr auf dem Gebürge/ und oberhalb Duſenbach oder Dreykirchen/ hinter Rappolsweiler bey Lampertsloch in dem Untern Elſaß/ wo ein** petroleum **aus der Erd hervor quillt/ und oben auf dem Waſſer einer Pfütze ſchwimmt auch die Erd eines Bergleins/ dabey gantz** imprægniret **iſt/** ibi hunc Aſterem collegit & obſervavit ſolertiſſimus & Rei Herbariæ admodum peritus Dnus. Licentiatus Hoefel. Inter Colmariam & **Bollweiler** eundem vidit J. B. in monte Muteto C. B.

*Aſter montanus luteus, foliis oblongis Inſt. R. Herb.* Conyza montana lutea foliis oblongis. C. B. Pin. 265. Conyza major altera Thal. Tab. **Gelb Bergſternkraut.** Perenn. flor. Auguſt. **auf den Bergwieſen bey Hoch-Andlau.**

* *Aſter omnium maximus, Helenium dictus Inſt. R. Herb.* Helenium vulgare C. B. Pin. 276. Helenium ſive Enula Campana J. B. 3. 108. Helenium Dod. Pempt. 344. Jcon. quoque in H. Eyſt. Aut. o. 2. F. 5. Fig. I. *Aunée*, **Alantwurtz.** Perenn. Flor. Jun. Jul. ad Aug. **bey Biſchweiler/ bey Ringendorff gegen Bußweiler; bey Zabern und von Niederbronn gegen dem Rhein zu** copioſe, **auf dem Felde.** Differre Helenium in multis ab Aſtere Ruppius contendit in Flora Jenenſ. corr. p. 141. non ſolum petalorum apicibus crenatis, ſed florum diſpoſitione, perianthii ſquamis craſſioribus, & totius plantæ magnitudine. Flos duos pollices in diametro

metro æquat, ſemina ſubfuſca, canaliculata, pappis inſtructa. Radix Helenii ſiccata & in taleolas prius ſciſſa, atque decocta cum paſſulis, valide urinam pellit in copia, in Hydrope magni uſus, ſi decoctum calide hauriatur ſingulis mane, purgat etiam vias urinarias. In raucedine cum aliquali tuſſi decoctum Helenii ſicci cum vino & melle calidiſſime potum, multum juvat. Radix hæc ſtomachica eſt, cruditates ventriculi emendat, ingreditur verno tempore potiones maiales, dum infunditur in vino cum rad. caryophyllatæ, foliis pimpinellæ ſanguiſorbæ minoris, fragariæ &c. Radix eſt ſaporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis; eſt quoque ſudorifera & Alexipharmaca in arcendis morbis contagioſis, poteſt etiam ſacharo condiri, ſcatet ſale volatili aromatico.

*Aſtragalus luteus, perennis, procumbens vulgaris, ſ. ſylveſtris Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 107. Glyzirrhiza ſylveſtris floribus luteo palleſcentibus C. B. Pin. Fœnum Græcum ſylveſtre primum Dod. Pempt. 547. **Steinwicken / wild Süßholtz / Lacritzenwick / Waldbocksborn /** folia glycirrhizæ ſaporem imitantur Rupp. Flor. Jen. Perenn. flor. Junio **bey** St. **Gallen an den Hecken; in dem Illkircher Wald; auf dem** Glacis **vor dem Weiſſenthurn Thor / und vor dem Judenthor;** in Sundgovia & in Alſatia ſuperiori prope caſtellum Belfordienſe vidit J. B. in ſylva Michelfelden vidit C. B.

*Aſtragalus luteus perennis ſiliqua gemmella rotunda veſicam referente Mor. Hiſt. Oxon. p.* 2. 107. Cicer ſylveſtre, foliis oblongis, hiſpidis, majus C. B. Pin. 347. Cicer ſylveſtre multifolium J. B. 2. 294. Cicer ſylveſtre primum Dod. Pempt. 525. *Pois chiches ſauvages*, **Wilde Ziſer-Erbſen.** Flor. Jun. **in den Furchen der Ackern bey Ehrſtein; auf Wieſen in der Wanſenau.** Eſt Glaux Rivini. Flores papilionacei, in ſpicam congeſti. Siliquæ gemellæ, duabus cellulis diſtinctæ, in quibus ſemen reniforme, duplex ordo ſeminum in ſiliqua triangulari, inflexa parum, folia bina conjugata extremo impari. In Alſatia quoque provenire hanc plantam Tabernæmontanus annotat.

*Aſtragalus floribus viciæ dilute purpureis aut cœruleis Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 106. Onobrychis floribus viciæ dilute cœruleis C. B. Pin. 351. Onobrychis quibusdam ſubcœruleo flore J. B. 2. 337. Onobrychis II.da Cluſ. Hiſt. ccxxxix. Perennis flor. Majo, Junio, in horto Julio. Hanc Onobrychin rariorem dicit Cluſius. Illam offendit Dnus. Bürckel, ſedulus plantarum inveſtigator, loco herbido **auf der Metzgerau / bey dem alten Schießberg.** Eſt Glaux minor flore cœruleo Buxbaum Plant. Hallenſ. p. 141. Flores tetrapetali, irregulares, papilionacei, in ſpicam collecti, ſemina ſeſamacea, in capſula bipartita, ex duabus quaſi veſicis compoſita, latentia.

*Aſtrantia major, corona floris purpuraſcente Inſt. R. Herb.* Aſtrantia major Mor. Umb. 7. Helleborus niger, ſaniculæ folio, major C. B. p. 186. Sanicula fœmina quibusdam, aliis Helleborus niger J. B. 3. 638. Veratrum nigrum Dio-

Dioſcoridis Dod. Pempt. 387. Jcon. quoque in H. Eyſt. o. 9. F. 12. Fig. 3. Eſt Aſtrantia Rivini, ſchwartze Meiſterwurtz/ ſchwartz Sanickel. Perenn. Flor. Jun. in dunckelen Waldungen des Hochgebürgs bey Hochfeld. Eſt frequens in ſummis Alpibus. Flos roſaceus & umbellatus, petalorum apices plerumque reflexi, florum capitulum cinctum eſt corona foliacea. Singuli flores ſingulis cauliculis in extremitate inſident, inſtructi in medio floſculis maribus ſterilibus, & aliis hermaphroditis, calyx monophyllus, in quinque ſegmenta diviſus, ſemina longa, ſubhirſuta gemella, quæ ſingula calyptra ſtriata, criſpa involvuntur. Folia Imperatoriæ. Radix exterius nigra, intus alba, vim purgantem habet in vino infuſa, ſi hoc aliquoties per diem hauriatur ſufficienti doſi. Folia in vino & aqua decocta ulcera ſordida, antiqua mundificant.

* *Atriplex anguſto, oblongo folio C. B. Pin.* 119. Atriplex ſylveſtris Polygoni aut Helxines foliis Lob. Icon. 257. Atriplex vulgaris anguſtifolia cum folliculis J. B. 2. 973. *Arroche*, wilde ſchmalblätterige Melten. Flor. Auguſto an der Landſtraſſen vor dem Spitalthor / und an den Hecken vor dem Weiſſenthurn. Interdum humifuſa eſt. Flos apetalos, ſtaminibus quinque præditus, aliis monopetalos quinquefidus, calyx pentaphyllus, in centro ſemen orbiculatum, planum; ſunt in quibus flos mas à fructu remotus eſt, tunc ovarium ſubrotundum, tubis ſuis inſtructum, arcte comprehenditur à duobus foliis angulatis, ſeu cordiformibus planis. Emolliens eſt & præcipue in Clyſmatibus uſurpatur.

*Atriplex anguſtiſſimo & longiſſimo folio H. L. Bat.* Flor. Auguſto, zwiſchen dem Cronenburger- und Steinſtraſſer-Thor/ auf dem Glacis und an dem Wege.

*Atriplex folio haſtato ſeu Deltoide Mor. H. R. Bles.* Atriplex ſylveſtris procumbens, rubra, folio triquetro H. R. Par. *Arroche.* Flor. Junio, Milte mit dreyeckichten Blättern. Creſcit bey den Miſtſtätten vor dem Metzgerthor; bey den alten Mauren des Rhein-Ziegeloffens in den Zäunen / und in der Stadt gegen dem Ballhauß / ſpargitur humi in fimetis & in hortis pinguioribus.

# B

*BAllote Math.* 825. Marrubium nigrum fœtidum, Balote Dioſcoridis C. B. Pin. 230. Marrubium nigrum ſ. Ballote J. B. 3. 318. *Marrube puant, Marrube noir, Ballote*, ſchwartzer ſtinckender Andorn. Perenn. Flor. Jun. Jul. bey der Spithalmühl / und an den Gärten/ an den Wegen. Flos purpureus labiatus, galea cava, inferius labium in tres partes diviſum, media ampliori, cordiformi, ſemina quatuor oblonga, in capſula tubulata pentagona & quinque partita. Verticilli cauli adhærentes, in unum plerumque latus vergunt, conſtantque multis in uno

 com-

communi pediculo floribus congeſtis, odor gravis. Decoctum præſtans eſt, dicit Rajus, in paſſione hyſter. hypochondr.

*Ballote flore albo Inſt. R. Herb.* Perenn. flor. Jul. Aug. **in der Ruprechts-Au neben den Zäunen.**

⊙ *Ballote foliis per limbum luteis*, eſt varietas, occurrit **bey der Seg-mühle / und auf dem Wall bey den Thürnen.**

*Balſamina lutea*, *ſive Noli me tangere* C.B. 306. Noli me tangere J.B. 2. 908. Impatiens Herba Dod. Pempt. 659. Eſt impatiens Rivini. Noli me tangere H. Eyſt. Æſt. o. 5. Fig. 5. **Springſamenkraut/** mulierculis Rhizotomis noſtratibus **Wundkraut** vocatur, ob vim, quam illi adſcribunt, balſamicam. Flor. Jun. & Jul. **in den Wörden bey Jllkirch** copioſe, **in dem Oßwald / und auf dem Gebürge bey Rappolsweiler / an feuchten Orten.** Sunt qui corroſivam & deleteriam vim ei tribuunt, vid. Flor. Jenenſ. p. 217. Flos polypetalos anomalos, fructus ſiliquæ æmulus, muſculis elaſticis conſtans, ovarium binis foliolis cinctum in medio floris, ſemina oblonga, axi ceu placentæ affixa, fructus, ſi maturus digitis prematur, dehiſcit, & ſemina excutit. Eſt calcari donatus flos, folia perſicæ.

* *Barba Capræ floribus oblongis C.B. Pin.* 163. Barba Capri J. B. 3. 488. Drymapogon. I. Tabern. Icon. 777. *Barbe de Chevre*, **Waldbart / Geiſe-bart mit langen flockichten Blumen.** Perenn. Flor. Jun. **in den finſtern Wal-dungen oberhalb Haßlach; in einem feuchten Wald bey Otmarſen / an dem Rhein auf der Hart.** In Sundgovia vidit C. B. Eſt Drymapogon Rivini. Flos roſaceus, calyx monophyllus, fructus ex multis veluti vaginulis vel capſulis in capitulum collectis, compoſitus, in quibus ſingulis ſemen unicum oblongum; vim habet adſtringentem & vulnerarium eſt.

*Belladona majoribus foliis & floribus Inſt. R. Herb.* Solanum μελανοκέρασος C.B. p. 166. Solanum maniacum multis ſive Bella Donna J. B. lib. 3. p. 611. Solanum Coſmeticum Hoffmann. Flor. Altorff. Solano congener, flore campanulato, vulgatius latioribus foliis M. H. 3. 532. Solanum ſomniferum & lethale Lob. Icon. 263. Solanum furioſum, lurido purpureo flore calathoide, Melano ceraſo, Pluck. Almag. Bot. 352. **Dollwurtz / Dollkraut / tödliche Waldnachtſchatten / Schlaffbeeren / Teuffelskirſchen** circa Rupisvillam in Alſatia ſuperiore vocant, in qua civitate famoſa eſt hæc planta ob horrenda ſymptomata, & mortem ſubitaneam, quam induxit civi cuidam ejus loci, qui vinum album ſibi forte oblatum, & ſucco Bella Donnæ, ad conciliandum rubrum colorem, imbutum, hauſit ad quantitatem dimidiæ menſuræ, ſive duarum librarum, ſuccedente ilico morte & gangræna univerſali per totum corpus, quod brevi totum nigredine infectum fuit & ita flaccidum redditum, ut cuticula chirurgi manibus adhæſerit, cum illud juſſu Magiſtratus ſectioni ſubjicere, & in cauſam morbi inquirere conabatur. Plura exempla noxæ quam intulit

tulit hæc planta, habet Tabri in Strychnomania. Mentem alienant, & perturbant, lethalia ſymptomata inducunt baccæ nimia copia aſſumptæ. Vinum radicis medicatum, juxta Mathiolum, gulam conſtringit, vis Narcotica hujus Plantæ videtur agere cordis motum intendendo valide, atque preſſionem ſanguinis per carotides verſus corticalem cerebri ſubſtantiam augendo. Perennis flor. Junio, Julio, Baccæ maturæ Auguſto **in denen hohen Gebürgen und ſchattichten Waldungen bey Rappolsweiler / oberhalb Duſenbach** copioſe, **und auf dem Gebürge gegen Lützelſtein;** creſcit etiam abunde **in dem Dambacher Wald / an Orten wo die Bäume ausgehauen.** Flos monopetalos, campaniformis, multifidus, nigricans, fructus globoſus, mollis, ſplendens, in duo loculamenta diviſus, fœtus ſeminibus placentæ affixis. Differt à Solano florendi & baccas producendi modo. Variat foliorum magnitudine. Baccæ hæ viſui admodum gratæ, pueris ideo ſæpius mortem accerſerunt ab illis comeſtæ. Mihi quoque contigit, dum plantas inveſtigarem in altis illis montibus ut ſitiens & viribus exhauſtus vix abſtinere potuerim ab illis. Sapor ſucci ab initio non ingratus eſt, color amœne purpureus, intro aſſumptus vel ſomnum vel furorem inducit & præſentaneum eſt venenum. Remedium eſt vomitus & acetum commune vel Scylliticum aqua dilutum. In delirio & ſopore graviſſimo ab exhibito furtim & malitioſe ſucco hoc, eadem juvant, inprimis ſi acetum ſimul naribus offeratur, vel vapor ejus ex ferro candenti naribus excipiatur. Acetum etiam deglutitionem impeditam ex Bella Donna, mox reſtituit. Juvant porro potus nitratus, acidulatus cum ſpir. ſalis, & aſperſio frigidæ aquæ in faciem, pulvis Tabaci naribus immiſſus, frictio plantarum pedum cum ſetis. Folia Bella Donnæ modice calefacta, & flaccida calide impoſita ſcirrhoſos tumores egregie emolliunt, & ipſos cancros occultos ad ſuppurationem ducere & pus bonum reddere dicuntur.

*Bellis ſylveſtris media caule carens* C. B. Pin. 261. Bellis ſylvatica J. B. 3. 114. Bellis ſylveſtris Dod. Pempt. 265. Eſt Bellis media Cluſ. Hiſt. XLIIII. & Cam. Epit. 654. Bellidaſtrum Alpinum foliis brevioribus hirſutis, caule palmari, flore albo Michel. Nov. Plant. Gen. p. 32. Tab. 29. Icon. *Paquerette*, **wilde Maßlieben / mit kleinen Blätteren.** Caule caret folioſo, ſecus ac Leucanthemum. Perenn. Flor. Majo, Junio, **in den Waldungen und auf den Matten hinter Barr.** Flos radiatus, calyx ſimplex multifidus, profunde diſſectus, ſemina thalamo conico affixa. Caulem nullum promit, ſed pediculos copioſos, quorum ſingulis flos inſidet. Floſculi ſunt hermaphroditi, ſemifloſculi fæminei, ovaria ſuperne nuda, folia integra.

* *Bellis ſylveſtris minor* C. B. Pin. 251. Bellis minor ſylveſtris, ſpontanea J. B. 3. 111. Bellis minor ſylveſtris Tabern. Icon. 328. *Paquerette, Marguerite*, **Maßlieben / Zeitloßen.** Perenn. Flor. Martio, Aprili & per

 totam

totam fere æſtatem, **auff der Metzgerau / und auf den meiſten Wieſen.** Flos omnino albus.

* *Bellis ſylveſtris minor, flore mixto H. Eyſt. Perenn.* Floret Aprili, ibidem. Duæ hæ ſpecies infuſa pectoralia ingrediuntur.

* *Berberis dumetorum C. B. Pin.* 454. Berberis vulgò, quæ & Oxiacantha putata J. B. 1. 52. Spina acida ſ. Oxyacantha Dod. Pempt. 750. *Epinne vinette*, **Saurauch/ Saurdorn.** Flor. Majo, Baccæ matureſcunt Septembri **in der Ruprechtsau in denen Hecken; in dem Jllkircher Wald.** Flos roſaceus, fructus cylindraceus, mollis, ſemen oblongum, calyx hexaphyllus, quem ſuſtinet alius caliculus bifolius, parvus, gracilis. Flores racemoſi, & fructus in ſpicis pendulis. Radix flava & amara eſt, cortex in lixivio maceratus, tingit luteo colore. Succus acidus ex fructu expreſſus, & in ſyrupi vel Roob formam redactus, admodum aptus ad bilis ardorem reſtinguendum, in febribus ardentibus, & in ipſa diarrhœa bilioſa ex obſervatione Proſperi Alpini. de Med. Ægyptiorum.

* *Betonica purpurea C. B. Pin.* 253. Betonica vulgaris purpurea J. B. 3. 301. Betonica Dod. Pempt. 40. *Betoine*, **Betonien/ brauner Betonien/ Wieſen-Betonien/ Bathennig.** Perenn. flor. Jun. & Jul. **auf denen Matten bey Oßwald / und in der Ruprechtsau.** Icon. in Rivino quoque. Flos labiatus, galea erecta, bifida, barba trifida, ſegmento medio bifido, majore, ſemina quatuor oblonga, flores primo in verticillos, deinde ad ſuperiora in ſpicas digeſti. Cephalicum ac pectorale exiſtit, & inter remedia ſternutatoria refertur.

*Betonica alba C. B. Pin.* 255. Betonica flore albo J. B. 3. 302. Betonica albido flore Dod. Pempt. 39. **Weiſſe Betonien.** Perenn. floret ſerius, Auguſto demum, ſed rarius occurrit, creſcit ibidem **und auf dem** Glacis **zwiſchen dem Steinſtraſſer- und Judenthor.**

*Betonica arvenſis, annua, flore ex albo flaveſcente Inſt. Rei Herb.* Sideritis arvenſis, latifolia, glabra C. B. Pin. 233. Sideritis glabra arvenſis J. B. 3. 427. Alyſſum majus Tabern. Icon. 541. Icon quoque in Rivino nomine ſideritis flore albo, barba luteola. **Acker-Betonien / Grosfeld-Alyſſen.** Flor. Jul. Aug. **auff den Ackern gegen Jllkirch; auf der Landſtraſſen zwiſchen Fegersheim und Matzenheim.** Flores monopetali irregulares, verticillati, quorum galea plerumque integra, barba tripartita, ſemina nuda quaterna, oblonga in floris calyce latentia Buxbaum Pl. Hall. Folia crenata, rugoſa.

* *Betula Dod. Pempt.* 839. *J. B.* 1. 148. Deſcript. accurata in Tournef. Hiſt. des Plantes aux environs de Paris. p. 58. & 59. *Boullau*, **Bircken/ Bellen.** Aprili producuntur Julii ſive flores amentacei, mares, ſteriles, ex plurimis foliolis, apicibus fœtis conſtantes, affixi axi capillaceo longo, flaveſcentem ſubtiliſſimam farinam de ſe ſpargentes, alio vero loco fructus cylindracei ſive conuli cum ſeminibus, eodem tempore & in

in iisdem ramis, ſemina alata, compreſſa, ſubſquamis recondita. Rami Betulæ in adultioribus deorſum pendent, qui in junioribus erecti ſunt. Betula virgis erectis Bot. Par. & Betula virgis pendulis Bot. Par. **Hangende Bircken.** Creſcit Betula **in dem Jllkircher Wald; in dem Oßwald; auf der Gansau.** In planitie herbida **des Hochgebürges Hochfeld** pumilæ admodum reperiuntur Betulæ & diſtortæ, vel ob minorem preſſionem aeris, vel ob ventorum impetum. Betula pumila, Thal. Ex Betulæ trunco vulnerato verno tempore effluit liquor copioſus, contra calculum adhiberi ſolitus, pro hoc ſcopo apud nos celebris ob virtutem ſuam aperitivam, ſalia heterogenea per urinas expurgandi & vim ad conſervandum faciei nitorem, ut vulgo loquuntur.

*Bidens foliis tripartito diviſis Cæſalp.* 488. Cannabina aquatica, folio tripartito diviſo C. B. Pin. 321. Verbeſina ſive Cannabina aquatica, folio minus pulchro, elatior, ac magis frequens J. B. 2. 1073. Hepatorium aquatile Dod. 595. **Waſſerdoſten.** Flor. Aug. & Septembri, **bey Oßwald neben dem Waſſer/ an feuchten Orten/ neben der Jll/ oberhalb der groſſen Schleuß** copioſe, **und unterhalb der Stadt.** Datur Bidens flore radiato, & alius fl. non radiato, hic ſemper fere nudus eſt, & ex meris floſculis calyce comprehenſis conſtat.

⊙ *Bidens foliis tripartito diviſis, caule purpuraſcente Bot. Paris.* **Waſſerdoſten.** Creſcit **bey der Rechenbrück in der Stadt; bey der Bruck des Frantzöſiſchen Spitals an dem Weg; an dem neuen Werck hinter dem Fiſcherthor in einem Gräblein.** Semina oblonga depreſſa, in aculeos duos vel tres, veſtium tenaces abeunt.

⊙ *Bidens foliis quinquepartito diviſis.* Chryſanthemum Cannabinum, bidens, folio quinque partito ſive vulgare Mor. Hiſt. 3. 17. Flor Septembri **an den Fruchtackern in der Ruprechtsau/ ſo an die neuen Werck ſtoſſen/ Sternkraut.**

*Bidens folio non diſſecto Cæſalp.* 488. Cannabina aquatica folio non diviſo C. B. Pin. 321. Verbeſina pulchriore flore luteo J. B. 2. 1074. Eupatorium Cannabinum, Chryſanthemum Tabern. Icon. 117. **Waſſer-Hanffkraut/ gelb Fieberkraut/ Waſſerdoſten mit unzerſchnittenen Blättern.** Eſt Ceratocephalus Perſicæ foliis, flore luteo diſcoide. Act. Acad. R. Sc. Anno 1720. p. 422. Flor. Aug. & Septembri **bey der Spitalmühl in Gräblein und ſumpffichten Orten; in der Ruprechtsau an waſſerichten tieffen Gruben und Sumpffen/ an dem Ufer der Jll.** Floribus radiatis variat, in illis ſemifloſculi occurrunt, hi vero penitus nudi ſunt & floſculoſi, ſemina oblonga in aculeos deſinunt.

* *Biſtorta major, radice minus intorta C. B. Pin.* 192. Biſtorta major, rugoſioribus foliis J. B. 3. 538. Biſtorta Dod. Pempt. 333. *Biſtorte*, **Natterwurtz/ rothe Natterwurtz mit krauſen Blättern.** Icon. in Garidel Hiſt. des Plantes de la Provence. Tab. 14. Perenn. flor. Jun. **bey Molßheim auf**

**den**

den Matten; auf feuchten Wieſen in dem Ganſauer und Jllkiſcher Wald. Flos apetalus, ſtamineus, calyx multifidus, monopetalus in ſegmenta profundiſſime ſectus, in aliis flos geminus, unus alteri ſuppoſitus inſtar vaginæ monophyllus, ſemen triquetrum, radix carnoſa, quaſi tuberoſa, in ſe contorta, capillitio donata. Flores & ſemina in denſas longas ſpicas digeruntur; inferior ſpicæ pars quarundam ſpecierum tuberculis ornata, nihil aliud eſt, quam congeries radicum juvenum plantam ſimilem producentium illi à quo geſtantur. Raro floret & ſemen profert; ſequens vero frequentius, propter vim adſtringentem in decoctis contra diarrhœam & dyſenteriam uſurpatur.

*Biſtorta major, radice magis intorta C. B. Pin.* 192. Biſtorta media folio minus rugoſo J. B. 3. 538. Serpentaria mas ſeu Biſtorta Fuchs. *Biſtorte*, Natterwurtz / Schlangenwurtz mit glatten Blättern. Perenn. Flor. Majo, Jun. auf den Matten in dem Gebürge gegen Haßlach; auf der Fläche und Weydgang des Hochgebürgs Hochfeld. Icon. in H. Eyſt. vern. o. 9. F. 2. Fig. 1. Radix carnoſa quaſi tuberoſa.

*Biſtorta Alpina maxima C. B. Pin.* 192. Prodr. 100. J. B. 3. 539. Perenn. flor. Jul. bey Schönburg auf den Matten unten am Hochfeld; bey der Melckerey gegen Hochfeld / bey dem rothen Creutz.

*Biſtorta Alpina minor C. B.* 192. Biſtorta minima J. B. 3. 539. Biſtorta minor Cluſ. Hiſt. XIX. Perenn. flor. Jul. auf Hochfeld copioſe auf den graſichten Wieſen in der Höhe. Semen ejus non triquetrum, ut in reliquis ſpeciebus, ſed rotundum, rufum, & quaſi parvi bulbuli vel ſoboles, propagationi inſervientes, uti in allio, & gramine prolifero. Eſt Biſtorta minima, ſobolifera M. H.

*Blattaria lutea, folio longo, laciniato C. B. Pin.* 240. Blattaria Dod. Pempt. 145. Blattaria lutea J. B. 3. App. 874. Deſcript. in Botan. Paris. Icon. in Hort. Eyſtet. Tab. 265. *Blataire, Herbe aux mites*, Edelgeſteinkraut / Schabenkraut. Flor. Jun. Jul. auf dem Schieß-Rein; bey Oßwald; zwiſchen der Walckmühl und dem Steinſtraſſerthor an denen Gräben copioſe. Flores monopetali, rotati, quinquefidi, in longis ſpicis atque longis pedunculis laxius diſpoſiti, fructus rotundus, ſepto medio diviſus, ſemina plurima exigua.

*Blitum ſylveſtre ſpicatum Inſt. R. Herb.* Blitum rubrum minus Cam. Epit. 235. Icon. optima. Blitum album minus J. B. 2. 967. Deſcriptio accurata in Hiſt. Plant. Paris. p. 399. Weiſſer Meyer. Floret Julio an den Zäunen vor dem Metzgerthor; in denen Wegen der Gärten. Eſt Amarantho ſylveſtri ſimilis, præterquam quod fructus in hoc blito in ſpicam formetur in ſummitate caulium, nec tantum in alis foliorum hæreant. Flos apetalos, tribus ſtaminibus conſtans, calyx tripartitus, ſemen in capſula veſicæ æmula reconditum lentiforme, lucidum, nigricans.

☉ *Blitum rubrum minus C. B.* Pin. 118. Amaranthus ſylveſtris & vulgaris, Hiſt. Plant. Paris. ubi deſcript. Blitum rubrum minus J. B. 2. lib. 23. p. 967. ubi Icon. Eſt Blitum obſcure virenti ocymi medii folio, non ſpicatum, ſed Helxine veluti lappulis infeſtum H. Cathol. 30. **Rother Mayer / Miſtmelten.** Flor. Jul. Aug. **an Gräblein in der Ruprechts-au / an den Straſſen / und bey Miſtſtätten.** Flores tantum in alis foliorum hærent copioſi, ſtaminei, capſula ſeminalis transverſim aperitur, ſemina nigra, ſplendentia, ſpica caret, Caules humifuſi ſunt. Iconem bonam non habemus. Vid. Botan. Paris.

*Boletus eſculentus, rugoſus, albicans, quaſi fuligine infeſtus Inſt. R. Herb.* Fungus poroſus, rugoſus, albicans, quaſi fuligine infeſtus C. B. Pin. 370. Fungus rugoſus vel cavernoſus ſive Merulius ex albo non nihil rubeſcens J. B. 3. 836. Primi generis eſculentorum, fungorum ſpecies I. Cluſ. Hiſt. CCLXIII. Sunt fungi rugoſi Sterb. Theat. Fung. T. 10. A. *Morille*, **Morchlen / Morchelſchwämme** / Aprili & Majo poſt pluvias oriuntur **an denen Zäunen / und in Wäldern / neben den Ackern.** Ex ſparſis corticibus quercinis, in ſcobem redactis Aprili promiſcue anniverſaria fœtura luxuriantes prodire & creſcere boletos in Hort. L.B. teſtatur Boerhave Ind. Pl. Alt. p. 13. Deſcriptionem Boleti exhibet Michelius Nov. Plant. Gen. p. 203. Figuram Tab. 85. Differt Boletus à fungo, quod totus ſit ſcrobiculis excavatus vel feneſtratus. Boletus eſt capitulo infra clauſo, ubi pediculo jungitur.

*Boletus eſculentus, rugoſus, fulvus Inſt. R. Herb.* 561. Fungus poroſus coloris ex rufo fuſci C. B. Pin. 370. Fungus rugoſus vel cavernoſus ſive Merulius fuſcus J. B. 836. Primi generis eſculentorum fungorum ſpecies II. Cluſ. Hiſt. CCLXIII. Aprili poſt pluvias ad ſepes. Eſt Fungus moro ſimilis rotundus Sterb. Th. Fung. T. 10. B.

*Boletus eſculentus in metam faſtigiatus Inſt. R. Herb.* 562. Fungus poroſus, in longitudinem metæ inſtar excreſcens C. B. Pin. 370. Primi generis fungorum eſculentorum ſpecies IIII. Cluſ. Hiſt. CCLXIII. **Spitzmorcheln** Septembri **in denen Wäldern.**

*Boletus phalloides Inſt. R. Herb.* Fungus fœtidus, penis imaginem referens C. B. Pin. 374. XIII. generis pernicioſorum fungorum 5. ſpecies Cluſ. Hiſt. CCLXXXVI. Eſt Phallus vulgaris, totus albus, volva rotunda, pileolo cellulato, ac ſumma parte umbilico pervio ornato Michel. Nov. Pl. Gen. p. 201. ubi deſcript. & fig. nitida, vide etiam Sterb. Th. Fung. 276. ad 288. Barrelier 1258. Eſt planta ſatis frequens **auf Matten und Waldungen bey Lingſweiler.** In Saxonia hunc boletum vocari **Gichtſchwamm** indicat Clariſſ. Buxbaum Plant. Hallens. p. 41. & externe applicari in artuum doloribus atque cruciatibus. Dignoſcitur è longinquo odore fœtido, abominando, quem ſpirat. Incipit è terra erumpere Junio, Julio; viget cum cole ſive ſtylo fere triglande inſtructo

F ab

ab initio Octobris uſque ad Novembr. Decembr. Volva ſive tuberculum illud rotundum membranaceum lento frigidoque ſucco repletum eſt venenatum, Garidel. Hiſt. Plant. ex eo ſcapus emergit, Hollandis vocatur Dæmonis ovum monenteChemnitio Ind. Plant. circa Brunsvicam. Pileolus cellulosus cruſta calloſa obducitur, quæ per maturitatem in fœtidiſſimum liquorem paulatim colliqueſcit, & guttatim fluit, in quo ſemina minutiſſima continentur. Liquor hic in aquam demerſus ſemina in fundo vaſis deponit minutiſſima, Michel. loc. cit. pag. 201. Tab. 83.

*Braſſica campeſtris, perfoliata, flore albo C. B. Pin.* 112. Perfoliata ſiliquoſa J. B. 2. 835. Braſſica campeſtris I. Cluſ. Hiſt. CXXVII. **Feldkôhl / Durchwachs mit Steckrubenblättern.** Floret Aprili ad Junium **auf den Ackern vor dem Cronenburgerthor.** Flos cruciformis, ſiliqua longa teres, cylindrica, ſepto medio diviſa, cui valvæ utrinque imbricatim adhærent, diviſa in duo loculamenta, fœta ſeminibus rotundis, folia pallide viridia.

*Braſſica campeſtris perfoliata, flore purpureo C. B. Pin.* 112. Perfoliata ſiliquoſa, purpurea Cluſ. J. B. 2. 836. Braſſica campeſtris purpureo flore Cluſ. Hiſt. CXXVII. **Wilder Kôhl /** flor. Aprili ad Junium **in den Feldern bey Oßwald.**

*Braſſica Alpina perennis Inſt. R. Herb.* **Bergkôhl.** Flor. Majo ad Jul. **auf dem Gebürg und Waldungen gegen Niedeck / oberhalb Haßlach.** Eſt altior campeſtri & perennis.

* *Brunella major folio non diſſecto C. B. Pin.* 260. Brunella flore minore vulgaris J. B. 3. 428. Brunella Dod. Pempt. 16. Icon. quoque in Rivino. *Brunelle.* **Blaue Brunellen / Gottheyl.** Perenn. flor. Jun. & Jul. **auf denen Wieſen bey Eckboltzheim / und allenthalben auf Matten** uſque ad Aug. & Septembrim. Flos labiatus, labium ſuperius galeatum, barba trifida, ſegmentum medium cavum & productius, flores in ſpicam denſam colliguntur cum foliolis interjectis, calyx bilabiatus, ſemina ſubrotunda, quaterna. Ulcera mundificat, vulnerarium eſt, & in variis gargariſmatibus adhibetur.

*Brunella major, folio non diſſecto, flore purpuraſcente H. R. P.* **rothe Brunellen / in dem Ganſauer Wald an graſichten Orten.**

*Brunella folio laciniato C. B. Pin.* 261. Brunella II flore purpureo Cluſ. Hiſt. XLIII. **Brunellen mit zerſchnittenen Blättern.** Perenn. flor. Jul. Aug. **in der Ruprechtsau.** Icon quoque apud Rivinum.

*Brunella folio laciniato, flore albo H. R. P.* Perenn. flor. Jul. **auf denen Wieſen in der Ruprechtsau / und auf der Oßwalder Nachtweyd** copioſe.

* *Brunella cæruleo magno flore C. B. Pin.* 261. Brunella flore magno, folio non laciniato J. B. 3. 429. Prunella I. Cluſ. Hiſt. XLIII. Icon. quoque in Hort. Eyſtet. Æſt. O. 14. F. 13. F. 3. & apud Rivinum. **Blaue**

**groſſe**

groſſe Brunellen. Perenn. flor. Jul. Aug. auf dem Glacis vor dem Spital-Thor; auf der Oßwalder Nachtweyd locis apricis.

* *Bryonia aſpera ſive alba, baccis rubris C. B. Pin.* 397. Vitis alba, ſive Bryonia J. B. 2. 143. Bryonia alba Dod. Pempt. 400. *Coulevrée ou Vigne blanche.* Zaunrüben mit rothen Beeren/ weiſſe Stickwurtz. Illa Bryonia quæ baccis eſt nigris in Saxonia frequens apud nos non reperitur, è contra hæc noſtra baccis rubris ibidem exulat. Perenn. rad. flor. Majo ad Julium an den Hecken in der Ruprechtsau; in dem Oſtwinckel; bey denen Gärten vor dem Metzgerthor. Fructus maturi Auguſto, Septembri. Ex floribus alii ſteriles ſunt, nulli embryoni adhærentes, alii fœcundi, inſidentes embryoni, qui abit tandem in baccam, ex obſervat. Tournef. Imo adnotante Dillenio Cat. Pl. Giſſ. alia mas eſt, cui flores majores, longioribus pediculis inſidentes, altera femina, cui flores minores, cum brevioribus pediculis. Illi ſtylo & embryone carent, ſtaminibus vero & apicibus gaudent; hi ſtylo tantum & baccis donantur, ſtaminibus autem & apicibus deſtituuntur. Flos monopetalos, campaniformis, patens & multifidus, calyce tenaciſſime comprehenſus, duplicis generis, ſterilis & fœcundus, fructûs bacca rotunda ſeminibus ſubrotundis fœta. Planta hæc claviculis inſtructa eſt. Hujus radices in taleolas ſciſſas & exſiccatas hodie vendunt pro Mechoacanna alba. Externe recens abdomini impoſita alvum movere dicitur ſicut radix cyclaminis; Prima germina radix & ſemen purgant valide, ſicut & decoctum radicis in vino albo, aut in aqua cum cremore tartari, aut ſale vegetabili. Succus ex radice excavata collectus purgat & deobſtruit. Modus illum colligendi exſtat in Hiſt. Pl. Paris. Radix Bryoniæ aſperæ contuſa, & cum oleo lini calide miſta & impoſita celebratur in malo Iſchiadico; Commendatur ad tumores ſcrophuloſos & ganglia.

*Bryonia alba, baccis nigris C. B. Pin.* 297. Bryonia nigra Dod. Pempt. 394. Deſcripta in Bauh. Prod. 135. *Bryone noire,* Schwartze Stickwurtz/ Gichtrübe. Flor. Junio, minus frequens uti altera baccis rubris apud nos. Radix magna, craſſa, caules lignoſi, anguloſi, quibus ſe, licet capreolis careat, crebris circumvolutionibus vicinis fruticibus circumvolvit; folia hederacea Smilacis lævis ſimilia, magis tamen ſinuata, tenuia, ſplendentia, & nervoſa, longiſſimis pediculis donata, flores albi, ad cujuslibet folii exortum, pedicellus brevis ex caule exurgit, qui baccam unicam ceraſo minorem, virentem primum, at per maturitatem nigram ſuſtinet, cui ſemina ſatis magna rotunda nigraque quaterna aut quina includuntur. Provenit in Sundgoviæ ſylvis circa pagum Huningen, arbores ſcandens. Baccæ Septembris fine maturæ ſunt, radix extrinſecus nigra. Semen pulveriſatum ut & radix vehementer purgant.

*Bugloſſum anguſtifolium, majus, flore cæruleo C. B. Pin.* 256. Bugloſſum vulgare, majus J. B. 3. 578. Bugloſſum anguſtifolium Lob. Icon. 576.

*Buglosse*, groſſe wilde Ochſenzunge. flor. Jun. ad Auguſt. auf dem Glacis vor dem Cronenburgerthor; auf dem XV. Wördt; in Alſatia ſuperiore circa Enſishemium vidit J. B. Folia modo anguſtiora, modo latiora ſunt. Flos monopetalos, infundibuliformis, multifidus, calyx ad baſin uſque ſectus, ſemina quaterna, nuda, rugoſa, viperini capitis æmula.

*Bugloſſum anguſtifolium majus, flore albo C. B. Pin.* 276. Bugloſſum Italicum flore albo Eyſt. auf Wieſen in dem Urbisthal.

*Bugloſſum anguſtifolium minus C. B. Pin.* 256. Bugloſum vulgare minus J. B. 3. 578. Echii facie Bugloſſum minimum flore rubente Lob. Icon. 576. Flor. Jun. Jul. auf den Ackern bey der Ruprechtsau.

*Bugloſſum ſylveſtre minus C. B. Pin.* 256. Echium Fuchſii, ſive Borrago ſylveſtris Dod. Pempt. 628. Eſt Echioides flore cœruleo Riv. Irr. Mon. *Buglosse ſauvage*, kleine wilde Ochſenzung / flor. Jun. Jul. auf und neben den Ackern gegen Oßwald; auf dem Spitalwall; in der Ruprechtsau copioſe. Flos eſt infundibuliformis, æqualis in circumferentia, diviſus in quinque rotunda ſegmenta, inferius autem tubulus ejus gibboſus eſt, quo differt inſuper ab Echio, ſemina ut in Echio, folia valde hirſuta. Figura floris in Dillenio Cat. Pl. Giſſ. ſub nomine Echioidis, cujus ſtructura magis regularis eſt.

*Bugloſſum arvenſe annuum, Lithoſpermi folio Inſt. R. Herb.* Lithoſpermum arvenſe, radice rubra C. B. Pin. 258. Lithoſpermum nigrum quibusdam, flore albo, ſemine Echii J. B. 2. 592. Echioides alba Col. Part. 1. 185. *Gremil*, kleine rothe Ochſenzung mit weiſſen Blumen / wilder Meerhirſe / Perlkraut mit rother Wurtzel. Floret Majo & Junio auf denen Ackern bey der Seegmühl; bey Oßwald; in der Ruprechtsau. Eſt Echioides fl. albo Rivini. Flos dividitur in quinque rotunda & æqualia ſegmenta, ſemina rugoſa, Echii figura, inferius tamen tubulus caret gibbo, qui in Rivini Echioide fl. cœrul. adeſt. Dillen. Cat. Pl. Giſſ.

* *Bugula Dod. Pempt.* 135. Conſolida media pratenſis, cœrulea C. B. Pin. 260. Conſolida media, quibuſdam Bugula J. B. 3. 430. Gulden Gunſel mit blauen Blumen/ Zapffenkraut. *Bugle* Icon quoque in Rivino. Perenn. flor. Majo, auf denen Wieſen bey Oßwald/ und hin und wieder an den Zäunen. Flos monopetalus, ſemilabiatus, galea carens, vel galea valde exigua, bifida, barba trifida, cujus media pars bifida, calyx tubuloſus, in profunda ſegmenta ſciſſus, ſemina ſubrotunda quaterna nuda, flores diſponuntur verticillatim in ſpicas craſſas, interpoſitis foliolis. Herba eſt adſtringens & vulneraria.

*Bugula flore cinereo vel albo Inſt. R. Herb.* Conſolida media pratenſis cinerea vel alba C. B. Pin. 260. Perenn. in der Ruprechtsau auf feuchten Matten.

⊙ *Bugula purpurea Dillenii.* Bugula carnei coloris flore Cluſii Hiſt &

& Panon. Conſolida media pratenſis purpurea C. B. Pin. 260. Conſolida media purpurea Fuchſii, Perenn. Flor. Majo **auf dem Wacken.**

*Bugula ſylveſtris, villoſa, flore cœruleo Inſt. R. Herb.* Conſolida media Genevenſis J. B. 3. 432. Conſolida media pratenſis, hirſuta H. R. Par. Perenn. Flor. Aprili, Majo, **auf der Ganſau; gegen Oßwald/ in der Gegend des kleinen Brückleins** Auguſto copioſe.

*Bugula ſylveſtris, villoſa, flore ſuaverubente Inſt. R. Herb.* Conſolida media Genevenſis flore rubello J. B. 3. 432. Bugula carneo flore Cluſ. Hiſt. XLIII. **Gulden Gunſel mit rothen Blumen und haarichten Blätteren.** Perenn. flor. Majo **bey Eckboltzheim an den Hecken; auf Bergwieſen bey Hoch-Andlau.**

*Bugula ſylveſtris, villoſa, flore albo Inſt. R. Herb.* Conſolida media Genevenſis, flore albo J. B. 3. 432. Perenn. flor. Majo, Junio, **bey Barr/ auf denen Bergmatten.**

*Bulbocaſtanum minus Mor. H. 3. 274.* in vineis creſcere minoribus foliis & bulbis, atque in tractu Rhenano frequens eſſe Camerarius in H. annotat p. 31. Tournefortius, Rajus & Vaillantius exiſtimant, Bulbocaſtanum majus folio Apii C. B. Pin. 162. Bulbocaſtanum J. B. 3. P. 2. 30. Bulbocaſtanum Dod. Pempt. 334. ab hoc tantum magnitudine & ætate differre. *Terre-noix*, **Erdcaſtanien /** ſues illas avide expetunt, & inde pingueſcunt. Perenn. floret Junio, ſemina perficit in fine Julii & Auguſto, **auf Bergackern bey Befort /** provenit alias in paſcuis, ſolo arenoſo vel glareoſo. Radix tuberoſa, inæqualiter rotunda dulcis, nigra, intus candida, interdum pyriformis, ab initio ervi, tandem nucis juglandis & caſtaneæ magnitudine, ſuavis cibus & nutriens cum brodio carnium & pipere cocta. Flores pentapetali, umbellati albi, cum foliata baſi. Semina nuda gemella, ſtriata, longiuſcula, ſapore aromatico, parum acri. Caulis ſeſquipedalis, ſtriatus, unicus, tenuis. Folia inſtar Apii hortenſis, ſed ſapore ignaviore.

*Buphthalmum Tanaceti minoris foliis C. B. Pin.* 134. Chamæmelum Chryſanthemum quorundam J. B. 3. 122. Buphthalmum vulgare Chryſanthemo congener Cluſ. Hiſt. 332. **Rindsaug / Goldblum / Streichblumen / Ochſenaug/** dicuntur ob luteam tincturam, quam mulierculis præbent. Flor. Jun. Jul. ad Aug. **bey Otmarſen an dem Rhein an ſteinichten Orten; auf dürren Brachackern im Ried gegen Marckelsheim; auf Rebbergen bey Kayſersberg.** Flos luteus radiatus, ſemina tenuia, & anguloſa, floſculi diſci foliolo imbricato interſtincti, calyx ſquamoſus, hæmiſphæricus, folia in tenuiſſimas lacinias diviſa.

*Buplevrum folio ſubrotundo, ſive vulgatiſſimum C. B. Pin.* 278. Auricula leporis umbella lutea J. B. 3. Part. 2 200. Buplevrum anguſtifolium Tabern. Icon. 872. Figura quoque in Rivino. **Haſenöhrlein.** Perenn. flor. Jul. Aug. **bey Barr auf denen Matten; bey Rappolſtein auf dem Gebürge;**

bürge; gegen Duſenbach / ubi illud quoque vidit J. B. Flores pentapetalium bellati, ſemina nuda gemella, gibba, ſtriata, folia ſimplicia, alterne in caulibus poſita.

* *Buplevrum perfoliatum rotundifolium annuum Inſt. R. H.* Perfoliata vulgatiſſima ſive arvenſis C. B. Pin. 277. Perfoliata ſimpliciter dicta annua vulgaris J. B. 3. Part. 2. 198. Perfoliata Dod. Pempt. 104. *Perce feuille*, Durchwachs / Bruchwurtz. Floret Junio, auf den Ackern unter der Frucht / gegen Haußbergen und Oswald. Folium à caule perforatum, umbellæ corona foliacea ſuccinctæ ſunt. Abſtergit, mundificat, ulceribus ſordidis medetur, & ad hernias ſemen à nonnullis deprædicatur.

*Buplevrum montanum, latifolium Inſt. R. H.* Perfoliata montana, latifolia C. B. Pin. 277. Perfoliata montana Cam. Hort. Icon. XXXVIII. Peren. Flor. Jun. Jul. auf dem Hochgebürge bey Rapolſtein copioſe; zwiſchen den Felſen auf dem Gebürg beym Sultzbad illud invenit D. Bürckel. Flores in calyce conglomerati, folia in caule alternatim collocata minora ſunt quam in vulgari, ſed latiora, rotundiora.

*Burſa paſtoris maior folio non ſinuato C. B. Pin.* 108. Großtäſchelkraut / mit ungekerbten Blättern / in dem XV. Wört am Rhein. Flor. April. & Majo Flos cruciformis, fructus deltoideus planus, ora ſuprema ſciſſus, ſepto intermedio, cui valvæ utrinque adhæreſcunt, in duo loculamenta diviſus, ſeminibus fœtus exiguis.

* *Burſa paſtoris major folio ſinuato C. B. Pin.* 108. Burſa paſtoris J. B. 2. 936. Paſtoria Burſa Dod. Pempt. 103. *Tabouret, Bourſe à Berger*, Großtäſchelkraut mit verkerbten Blättern. Floret Aprili, Majo, ad vias pertotam æſtatem, locis ſiccioribus. Remediis adſtringentibus adnumeratur.

*Burſa paſtoris eleganti folio, inſtar coronopi repentis Cam. Hort,* 32. Flor. April. Majo, am ſteinichten dürren Orten in dem Eckboltzheimer Wald.

*Burſa paſtoris media C. B. Pin.* 108. Burſa paſtoria minor Tabern. Icon. 199. klein Täſchelkraut. Flor. Majo & tota æſtate, an denen Zäunen und an Wegen in der Ruprechtsau.

*Burſa paſtoris montana Globulariæ folio Inſt. R. H.* Thlaſpi Alpinum, Bellidis cœruleæ folio C. B. Pin. 106. Thlaſpi foliis Globulariæ J. B. 2. 926. Thlaſpi montanum, Burſæ paſtoris fructu, primum Col. Part. I. 276. Flor. April. Majo in Sundgoviæ montibus & circa Baſileam illam obſervavit J. B. Ligender Baurenkreſſe. In monte Waſſerfall collegit. C. B.

*Butomus flore roſeo Inſt. R. H.* Hiſt. Paris. Pl. 181. & 404. Butomus Cæſ. 553. Juncus floridus major C. B. Pin. 12. Juncus floridus J. B. 2. 524. Gladiolus aquatilis Dod. Pempt. 501. Deſcript. in Botan. Paris. Jcon. in H. Eyſt. vern. o. 9. F. 4. nomine junci cyperoidis paludoſi. *Ionq fleuri*, Blumenbinſen. Flor. Jul. Aug. in dem Jllfluß und an deſſen Ufer bey Oswald in den Stattgräben. Flos roſaceus hexapetalus, petalis tribus majoribus & minoribus totidem conſtans, fructus membranaceus ſex vaginulis cornutis,

cornutis, ſecundum longitudinem dehiſcentibus, & ſeminibus plurimis oblongis fœtis coaleſcens, & in ſex loculamenta diviſus, caules nudi in ſummo umbellati, calyx nullus, poſſunt tria petala minora pro calyce accipi, folia graminea, triangula.

## C.

*Cacalia tomentoſa C. B. Pin.* 195. *Prodr.* 102. *Pied de Cheval.* **Groſſe Wald-Roßhub.** Perenn. rad. Floret Majo, Jun. **in dem Gebürge hinter Barr/ gegen Hochfeld/ bey dem rothen Kreutz/ und auf der Bergwieſe Hochfeld/** copioſe, **auf dem Hochgebürg hinter Rappolsweyler gegen Duſenbach.** Deſcript. in Moris Hiſt. 3. 94. Folia magna ſubrotunda inſtar Petaſitidis, tandem à vermibus eroſa in feſtucas abeunt, ut ſolent Alpinæ perennes. Flores floſculoſi, purpurei, in quatuor lacinias diviſi, in perianthio integro cujus margo denticulatus eſt, ſemen pappis inſtructum. Caulis ramoſus & foliis præditus, flores in faſciculos collecti in ſummitate confertim cohærentes, Folia ſubtus incana, calix cilindraceus.

*Cacalia foliis craſſis, hirſutis C. B. Pin.* 198. Cacalia quibusdam J. B. 3. 569. Cacalia incano folio Clus. Hiſt. CXV. Perenn. Flor. Majo, Junio, in jugis Vogeſi ejusque celſis montibus; **auf dem Fürſt gegen der weiſen See/ oberhalb Dittelhauſen/** in monte **Waſſerfall des Elſaßiſchen Juragebürgs/** vidit C. B. Eſt Cacalia Alpina petaſitidis foliis ſubtus lanuginoſis Pluck. Cacalia foliis cutaneis acutioribus & glabris C. B. Pin. 198. Alterum Cacaliæ genus J. B. 3. 569. Cacalia glabro folio Cluſ. Hiſt. CXV. Flores valde diluti non confertim & denſe cohærent ut in priori ſpecie, ſed laxe.

* *Calamintha vulgaris vel Officinarum Germaniæ C. B. Pin.* 228. Calamintha flore magno vulgaris. J. B. 3. Part. 2. 228. Calamintha montana Dod. Pempt. 98. Deſcript. in Bot. Paris. Jcon. in H. Eyſtet. in Rivino atque in Garidel. Hiſt. p. 146. Tab. 6. *Calement de Montaigne,* **gemeine Bergmüntze.** Perenn. Floret Junio ad Aug. In montibus Sundgoviæ & circa Baſileam ad ſepes frequentem vidit. C. B. apud nos rara admodum, nec mihi adhucdum viſa in Alſatia. Montes amat & ſaxoſos clivos, atque majores ſylvas; eſt humilis, raro pedis altitudinem excedens, caules quadrangulares, folia ſubrotunda, tenuiſſima lanugine hirſuta, modice incaneſcentia, & ſuaviter odorata, flores per intervalla ex alis foliorum prodeunt, pediculis ramoſis inſidentes, monopetali labiati, quorum labium ſuperius ſurrectum eſt, bifidum, inferius tripartitum, ex cœruleo purpuraſcens, calix longus, tubuloſus, multifidus, ſemina quaterna, in capſula, quæ floris calix fuit, recondita. Planta hæc ingreditur Theriacam, turget ſale volatili oleoſo, aromatico, menſes movet & aperitiva eſt, poteſt in modum herbæ Thee in uſum trahi, ſed exiguæ doſi.

*Calamin-*

*Calamintha pulegii odore, ſive Nepeta J. B. Pin.* 228. Calamintha flore minore, odore pulegii J. B. 3. Part. 2. 229. Pulegium ſylveſtre, ſive Calamintha altera Dod. Pempt. 98. **Poleymüntz**/ Perenn. Flor. Jul. Aug. **bey dem Lazaret/ bey St. Gallen/ auf Brachackern bey Oſwald.** Hanc vulgo vendunt pro calamintha vulgari. Alte conſurgit, folia hirſuta, odore gravi pulegii, flores verticillatim in ſuperiori parte virgarum hærent, pediculis longioribus, ramoſis præditi. Turget ſale volatili acriori ac præcedens. Herba contuſa, monente Clariſſ. Garidel. in Hiſt. Plant. Gallo provinciæ à ruſticis ibi ad dolores Rheumaticos adhibetur, rubefacit partem & veſicas excitat, adhibetur etiam ad Ganglia.

* *Calamintha humilior folio rotundiore Inſt. R. Herb.* Hedera terreſtris vulgaris C. B. 306. Chamæciſſus, ſive Hedera terreſtris J. B. 3. App. 855. Eſt Chamæclema vulgare majus Bot. Paris. Jcon. Tab. VI. Fig. 4. Hed. terreſtr. Dod. Pempt. 394. *Lierre terreſtre, Terrate,* **Gundelreb/ Grundreb/** in Saxonia **Gundermann.** Perenn. Flor. April. **auf dem Schieß-Rein; in der Ruprechtsau an denen Zäunen und Hecken.** Ramuli per terram ſparſi, folia guſtu valde amara, rotunda, inciſa, hirſuta. Hedera terreſtris cum oryza & vitello ovi cocta in Diarrhœa & Dyſenteria admodum juvat obſervante Thalio. Lerius Hiſt. Navigat. in Braſiliam annotat, ſecum ſociis longa inedia confectis, & Diarrhœa ſtomachique ſolutione correptis, ſanatos fuiſſe infundendo hederam terreſtrem in aqua fervida, miſcendo aquam hanc cum oryza probe & lente cocta, atque vitellis ovorum denuo coctis parum, & ſic pulmentum cochleatim ſumendo. Hedera terreſtris cum radice Helenii in aqua mellis cocta laudatur in tuſſi humida, & Aſthmate humido infuſa cum ſaccharo in aqua fervida inſtar Thee pauca quantitate tranſpirationem promovet, & in Dyſenteria ſiſtenda efficax, inprimis ſi pulvis ſubtilis ex herba ſicca præparatus, infundatur ſicut Thee; hoc modo aſſumunt Japones. In phthiſi & puris rejectione, & quibusvis ulceribus curandis, in vulneribus ſanandis magnarum virium eſt, cum vino infuſa vel cocta parum hæc planta, ſudorem, urinam & menſes pellit, pus ulcerum per urinam excernit, vermes necat & pellit, etiam equorum, ſi conciſa cum avena illis exhibeatur. Folia cum pane & butyro aſſumpta utilia deprehenſa in affectibus renum & arenulis debent folia ſemper in umbra ſiccari, ſuccus naribus attractus in cephalalgia commendatur valde à Raio Cat. Plant. Angliæ.

*Calamintha humilior folio rotundiore flore purpureo.* Inſt. R. Herb. Hedera terreſtris vulgaris flore purpureo. H. R. Par. Perenn. Flor. April. **Bey Arbogaſt oder grünen Berg.** Eſt Chamæclema vulgare medium Bot. Paris. Tab. VI. Fig. 6. Hæc tamen in locis opacis major colligitur, & in vitro aqua pleno in majorem ſucceſſu temporis mutatur.

*Calamintha humilior folio rotundiore, minor & elegantior.* Inſt. R. H. Hedera terreſtris vulgaris minor & elegantior. C. B. Pin. 306. Eſt Chamæ-

clema

clema vulgare minus Bot. Paris. Tab. VI. fig. 5. Differentia in eo conſiſtere videtur, quod hæc ſit unius anni, & altera major duorum vel plurium annorum. Hæc minor ſpecies non ad tam inſignem magnitudinem pervenit, etiam in locis opacis, uti major, quamvis ejus folia quodammodo majora fiant, ſucceſſu temporis, ita ut ad Chamæclema medium. Bot. Paris. tunc pertineat hæc varietas, Figura utriusque in Rivino.

*Calceolus Marianus Dod. Pemp.* 180. Helleborine flore rotundo, ſive Calceolus C. B. Pin. 187. Damaſonii ſpecies quibusdam ſive Calceolus D. Mariæ J. B. 3. 518. *Sabot, ou ſoulier de nôtre Dame.* **Frauenſchühlein/ Marienſchühlein/ Mayſchellen. In den Nordiſchen Landen** vocatur **Lappenſchuh/ gegen dem** Polo, teſte **Joh. Gerhard Schellern in ſeiner Beſchreibung vom Lappland und Botnien** Perenn. Fl. Majo **zwiſchen Dorelsheim und Mutzig auf kleinen Berglein** copioſe, Jcon. in H. Eyſt. vern. o. 8. Fig. 1. & in Garidel. Tab. 17. Eſt planta ſpecioſa & elegans, quam pecora non attingunt. Flos hexapetalus, luteus, ovi teſtam referens irregularis, petalum inferius calceum ligneum refert, cui ſuperincumbit aliud bifidum, reliqua quatuor petala rubra vel ferruginea crucis inſtar poſita ſunt, fructus utriculus tribus feneſtris pervius, quibus adhærent valvæ ſeminibus fœtæ minutiſſimis.

*Calceolus flore majore Inſt, R. Herb.* Helleborine flore rotundo, ſive Calceolus flore duplo majore C. B. Pin. 187. Perenn. Flor. Majo **in dem Thal hinter Barr in den Reben/ und bey Heiligenſtein auf dem Gebürge.** Hærent ſæpe plures flores in eodem cauliculo.

*Calceolus marianus flore exalbido.* Hanc varietatem aliquando obſervare licuit **bey Heiligenſtein in denen Reben /** inter plures alios luteos calceolos.

*Campanula vulgatior, foliis Urticæ, vel major & aſperior* C. B. *Pin.* 94. Campanula major & aſperior, folio urticæ J. B. 2. 800. Cervicaria minor Dod. Pempt. 164. *Campanule*, **Großhalßkraut; blaue Waldglocken mit Neſſelblättern.** Jcon. in Garidel. H. Pl. p. 16. Perenn. floret. Jun. Jul. **in dem Jllkircher Wald; in dem Oſtwinckel; in dem Eckboltzheimer Wald; bey dem Canal.** Flos monopetalos campaniformis, multifidus, fundo integro exiſtente, calyx monophyllus, quinquefidus, fructus plerumque trilocularis, uno quoque loculo parte inferna pertuſo, per quod foramen ſemina ſpargi ſolent, pro diverſitate ſpecierum varia. Planta tota lacteſcit.

*Campanula vulgatior, foliis urticæ, vel major & aſperior, flore candido* C. B. Pin. 94. **in dem Hagenauer Forſt in denen Hecken.**

*Campanula hortenſis rapunculi radice* C. B. *Pin.* 94. Campanula repens flore minore cœruleo J. B. 2. 806. Cervicaria major ſylveſtris Eyſt. Perenn. Flor. Jun. Jul. ad Septembr. **auf Wieſen zwiſchen Oswald und Lingelsheim/**

gelsheim/ auf den Ackern in dem Sundgau/ und gegen Michelfelden frequentem vidit C. B. in pago Ran. J. B. Radices ſunt dulces & repunt, ita ut vix eradicari queant ſemel in hortum translatæ.

*Campanula pratenſis flore conglomerato* C. B. *Pin.* 94. Trachelium minus multis J. B. 2. 800. Cervicaria minor Dod. Pempt. 164. Rapunculus ſylveſtris umbellatus 2. Thal. Jcon. VIII. Wieſenglöcklein mit zuſammen getrungenen Blumen. Perenn. Flor. Jun. Jul. bey Lingelsheim zu den 3. Creutzen; auf den Matten bey Oswald; auf den Bergwieſen hinter Barr.

*Campanula pratenſis, floribus ſingularibus, per caulem ſparſis* C. B. Pin. 94. klein Wieſen Halßkraut mit vielen an dem Stengel hin und wieder ſtehenden eintzelen Blumen. Perenn. Flor. Jul. in dem Oſtwinckel; in den trockenen Gräben bey Schiltigheim; auf den Bergen bey Mundoltzheim.

*Campanula Perſicæ folio Cluſ. Hiſt. CLXXI.* Campanula anguſtifolia cœrulea J. B. 2. 803. Ranunculus Perſici folio, magno flore C. B. Pin. 93. Waldglocken Waldglöcklein. Perenn. Flor. Jun. Jul. hinter Barr auf den Berg Matten; auf dem Gebürg bey Waſſenburg. In Alſatia prope Sultz invenit J. B. Radix lacteſcit.

*Campanula Perſicæ folio flore albo Eyſt.* Campanula anguſtifolia, alba J. B. 2. 803. Perenn. ibidem. Und in dem Reichſtätter Wald/ ubi cœrulea quoque abundat.

*Campanula nemoroſa, anguſtifolia, magno flore, major Inſt. R. H.* Rapunculus nemoroſus anguſtifolius, magno flore, major C. B. Pin. 13. Rapunculus nemoroſus ji. Tabern. Jcon. 411. quem VI. Bot. Paris. dicit. Wald-Rapuntzeln mit groſſen Glockenblumen. Perenn. Flor. Jul. Aug. gegen Oswald/ unter den Wachholderſtauden; auf dem Gebürg hinter Mutzig.

*Campanula nemoroſa anguſtifolia, magno flore, minor Inſt. R. H.* Rapunculus nemoroſus, magno flore, minor, C. B. 93. Rapuntium ſive Erinus magno flore Col. Part. 2. 24. Kleine Waldglöcklein. Perenn. Flor. Jun. Jul. Vor dem Ganſauer Wald; auf dem Gebürg hinter Zabern; auf dem Hochgebürg Hochfeld.

* *Campanula radice eſculenta, flore cœruleo H. L. Bat.* Rapunculus eſculentus C. B. Pin. 92. Rapunculus vulgaris campanulatus J. B. 2. 795. Rapunculum Dod. Pempt. 165. *Raiponce*, Rapuntzlein Perenn. Flor. Majo, auf denen Wieſen gegen der Ganſau; in dem Oſtwinckel/ auf dem Glacis vor dem Judenthor; auf den Bergwieſen bey Otterott; inter ſegetes gegen Wangenburg frequens. Colitur in hortis ad acetariorum uſum. Radix culta in medio craſſior eſt, folia modo hirſuta, modo glabra. Flos monopetalos campaniformis, quinquefidus, fructus membranaceus, in loculamenta diviſus, uno quoque loculo parte inferna pertuſo. Caulis lacteſcit. Radix, longa, alba, ſubdulcis, cum parum piperis commeſta actis ubertatem in nutricibus facit, viris ſemen auget.

*Campanula minor rotundifolia vulgaris* C. B. *Pin.* 93. Campanula parva Anguil-

Anguillaræ Cantabrica J. B. 2. 796. Campanula ſylveſtris minima Dod. Pempt. 167. Wieſenglöcklein/ blaue Buſchglöcklein. Perenn. Flor. Jun. Jul. in dem Hanſauer Wald; auff dem Gebürge bey Heiligenſtein an abhangichten Orten; in der Schantz von dem Judenthor. Folia infima rotunda terræ incumbunt, ſuperiora anguſtiſſima lini inſtar, radix repens.

*Campanula minor rotundifolia, vulgaris, floribus candidis* C. B. Kleine weiſe Milchglöcklein/ kleine weiſe Rapüntzlein. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. in dem Illkircher Wald; auf dem Gebürg bey Waſſenburg.

*Campanula arvenſis erecta H. L. Bat.* Onobrychis arvenſis vel Campanula arvenſis erecta C. B. Pin. 215. Pentagonion, Viola Pentagonia Taber. Jcon. 316. Viola arvenſis ejusdem 304. *Doucette*, Frauenſpiegel. Flor. Jun. Jul. neben den Ackern in dem Oſtwinckel; in den Fruchtfeldern gegen Illkirch und gegen Oswald.

*Campanula arvenſis erecta, flore albo Inſt. R. Herb.* Onobrychis arvenſis vel Campanula arvenſis erecta, flore albo H. R. Par. Flor. Auguſto in der Frucht gegen Oberhaußbergen.

*Campanula arvenſis procumbens Inſt. R. H.* Campanula arvenſis minima Dod. Pempt. 168. Avicularia Salvii quibusdam J. B. 2. 800. *Doucette* Frauenſpiegel Flor. Majo, Jun. in den Fruchtfeldern nahe bey Illkirch.

*Campanula Alpina latifolia cærulea* C. B. *Prodr.* 34. & Bot. Monſp. Flor. Jul. auf den Felſen und Steinklippen des hohen Niedecker Gebürges/ in monte Waſſerfall des Elſaſiſchen Jura Gebürges vidit. C. B.

*Campanula linifolia, flore cæruleo J. B.* 2. 797. Perenn. Flor. Jul. Aug. inveni adhuc florentem Septembri auf dem wilden Hochgebürg bey der ſchwartzen See/ oberhalb Paris unter Klippen und an den Felſen/ Deſcript. in C. B. Prodromo, Jcon. in Botan. Monſpel. Flores cœrulei, folia oblonga, anguſtiſſima, confuſo ordine collocata. Creſcit etiam in rupibus rivo vicinis.

*Campanula Alpina rotundifolia, minor* C. B. *Prodr.* 340. Campanula minor, rotundifolia altera C. B. J. B. 2. 797. Campanula minor Alpina, rotundioribus imis foliis Cluſ. Hiſt. CLXIII. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf dem Hochgebürg Hochfeld gegen Schönburg auf den Felſen. In monte Waſſerfall vidit C. B. Habet folia prope terram ſubrotunda, quæ cauleſcente planta marceſcunt, reliqua folia lini.

*Caprifolium Germanicum Dod. Pempt.* 411. Periclymenum non perfoliatum Germanicum C. B. Pin. 302. Periclymenum non perfoliatum J. B. 2. 104. *Chevrefeuille*, Hanenfüßlen / Waldwind / Zaunlilien. Eſt Periclymenum Germanicum Rivini. Perenn. flor. Majo, Jun. Baccæ rubent Septembri, Octobri, in dem Eckboltzheimer Wald; in dem Hanſauer Wald / in Alſatia copioſe occurrere etiam J. B. monet. Flos in ſummis ramulis in orbem poſitus, tubuloſus inferius, ſuperius bilabiatus, ſuperiori labio multifido, inferiori linguæ formi, ovarium tuba longa

 dona-

donatum ſit bacca mollis aut fructus unicapſularis monoſpermos, ſemen compreſſum, ſubrotundum, unicum. Folia per hyemem decidunt, flores ex albo flaveſcunt; in ſummitate folium à pedunculo perforatur.

⊙ *Caprifolium non perfoliatum flore interius albo rubro externe.* Boerhave Ind. Plant. Alt. Specklilgen. Perenn. flor. Junio bey Barr auf dem Gebürg; auf dem St. Ottilien Berg; in dem Eckbolßheimer Wald gegen dem Ziegeloffen. Flores præ altero communi magis ſuavem odorem ſpirant, magis amœno rubore ſpecioſi ſunt, & ſerius prodeunt, tandem cum diu hæſerunt, ex luteo pallent.

*Caprifolium non perfoliatum foliis ſinuoſis Inſt. R. H.* Perenn. flor. Majo ibidem und in dem Hanſauer Wald.

*Caprifolium non perfoliatum foliis ſinuoſis, variegatis Inſt. R. H.* an Periclymenum foliis ſinuatis variegatis Raji Hiſt. Perennis flor Majo, Jun. in dem Illkircher Wald. Planta hæc ante viginti, & quod excurrit annos in Hortum translata, conſtanter folia ſervavit variegata, & ſinuata, in inferiori tamen parte illa plana reddita fuerunt, & tantum viridia. Flores intus albidi, externe rubri ſicut in præcedente, caules rubent. Cum flores jamdiu hæſerunt ex luteo quoque pallent. Folia bina in ſummitate pediculi, quaſi à caule perforata videntur, reliqua ex geniculis ad intervalla bina ſibi invicem oppoſita ſunt.

*Cardamine pratenſis, magno flore purpuraſcente Inſt. R. Herb.* Naſturtium pratenſe magno flore C. B. Pin. 104. Iberis Fuchſii, ſive Naſturtium pratenſe, ſylveſtre J. B. 2. 889. Flos cuculi Dod. Pempt. 592. *Creſſon des prez*, Wieſenkreſſe mit groſſen leibfarben Blumen. Perenn. flor. Majo auf Matten bey der grünen Wart / und hin und wieder auf feuchten Wieſen. Flores tetrapetali, cruciformes, fructus ſiliqua tenuis, ſepto intermedio in duo loculamenta diviſa, cujus valvæ per maturitatem inferne ſurſum circumvolvuntur, & ſemina orbiculata cum impetu ejiciunt, folia pinnatim diviſa. Folia ima & caules inferiores demum poſt flores aridos erumpunt, habent ſaporem acriorem adhuc quam Naſturtium aquaticum ſive Siſymbrium. Laciniatis petalis invenit Dnus. Bürckel.

*Cardamine pratenſis magno flore albo Inſt. R. Herb.* Naſturtium pratenſe magno flore, prorſus albo C. B. Pin. 94. Perenn. flor. in fine April. & Majo auf ſumpfichten Wieſen hinter dem Spitalgarten / ſed rarius; vor dem Weiſſenthurn lincker Hand der Wieſe; neben dem Rheingieſſen.

*Cardamine pratenſis magno flore pleno Inſt. R. Herb.* Naſturtium pratenſe flore pleno C. B. Pin. 104. Iberis Fuchſii, ſive Naſturtium pratenſe, flore pleno J. B. 2. 889. Cardamine altera pleno flore, Cluſ. Hiſt. cxxix. Gefüllter weiſſer Wieſenkreß. Floret circa finem April. & Majo, vor dem Fiſcherthor gegen der Citadell auf dem Glacis und zwiſchen den Retouden copioſe auf dem Schlutenfeld; an dem Rhein-Ziegeloffen / und

und in dem Oſwalder Wald. Infima folia itidem poſtquam flores exaruerunt, demum prodeunt Junio, ſecus ac in aliis plantis fieri conſuevit. Flores ab initio purpurei ſunt, tandem ob ardorem ſolis prorſus albi fiunt.

*Cardamine pratenſis parvo flore Inſt. R. H.* Naſturtium pratenſe, parvo flore C. B. Pin. 104. Prodr. 44. Perenn. flor. auf ſumpfichten Wieſen bey Oſwald.

⊙ *Cardamine pratenſis flore minore albo Bot. Paris.* Hæc creſcit ibidem una cum aliis permiſta, ſed rarius.

*Cardamine annua, exiguo flore Inſt. R. Herb.* Siſymbrii Cardamine ſpecies quædam inſipida J. B. 2. 886. Sium minimum P. Alpin. Exot. 331. Petala ſunt exigua & fugacia. Flor. Majo, Jun. in dem ſchattigten Gebürg und Waldung oberhalb Haßlach gegen Riedeck.

*Cardamine flore majore elatior Inſt. R. Herb.* Siſymbrium Cardamine, ſive Naſturtium Aquaticum flore majore elatius J. B. 2. 885. Naſturtium aquaticum majus & amarum C. B. Pin. 104. Naſturtium aquaticum erectum, folio longiore ejusdem. *Creſſon d'eau*, bitter Brunnkreß. Peren. Flor. Majo, Junio in Waſſergräblein bey dem XV. Wört. Inter Masmünſter & Raupœck vidit J. B. & prope Befordiam ad ripam fluminis. Planta hæc maſticata ſaporem quoque magis acrem habet quam ſiſymbrium aquaticum Math. ſine tamen inſigni amaritie.

*Cardamine IV. Dalechampii Lugd.* 659. Naſturtium aquaticum minus C. B. Pin. 104. Siſymbrium Cardamine hirſutum minus flore, albo J. B. 2. 888. Perenn. flor. April. Hanc reperit J. B. prope Maßmünſter loco umbroſo juxta aquam, & in monte Kosberg virentem Octobri, inveni illam luxuriantem inter ſaxa & ſcopulos bey der ſchwartzen See in dem Bach/ Septembri.

* *Cardiaca J. B.* 3. Dod. Pempt. 94. Lob. Icon. 516. Marrubium Cardiaca dictum, forte Theophraſti C B. Pin. 230. *Agripaume*, Hertzgeſpann. Perenn. flor. Jun. Jul. an den Aeckern vor dem Spithalthor; in der Ruprechtsau neben den Zäunen Icon quoque in Rivino. Flores verticillatim denſe poſiti ſunt ad caulium nodos, monopetali, labiati, labium ſuperius imbricatum, & multo longius eſt inferiori tripartito, ſemina angulata capſulam brevem occupant. Urinam & menſes pellit, & ingreditur ſic dictum Ungt. Cardiac. Schrœderi.

*Cardiaca flore albo Inſt. R. Herb.* Hanc obſervavimus in dem Gebürg hinter Rappolsweiler oberhalb Duſenbach.

*Carduus lanceatus latifolius* C. B. *Pin.* 385. Carduus lanceatus ſive ſylveſtris Dodon. J. B. 3. 58. Carduus lanceolatus Tabern. Icon. 699. Speerdiſtel. Flor. Jul. Aug. an der Landſtraſſen gegen der Hohen Wart; bey Oſwald an dem Wege. Flores floſculoſi, multifidi, calyce ſquamato

 aculea-

aculeatoque comprehenſi, ſemina pappis criſtata, griſea, ſplendentia. Folia ſpinoſa, alterna caules alati.

⊙ *Carduus lanceatus latifolius, validiſſimis aculeis munitus, latiſſimo & monſtroſo caule.* Flor. Auguſto, obſervavi hanc varietatem **vor dem Wick-häuſel an der Werbe** / eſt luſus Naturæ luxuriantis, eſt vitium potius cardui hujus quam diſtincta ſpecies.

*Carduus caule criſpo J. B.* 3. 59. Carduus ſpinoſiſſimus, anguſtifolius vulgaris C. B. Pin. 385. **Kleine Wegdiſtel mit ſchmahlen Blättern und krauſen Stenglen.** Perenn. flor. Jun. ad Aug. **bey Oßwald an den Hecken / an dem Weg vor dem Weiſſenthurn - Thor.**

*Carduus nutans J. B.* 3. 56. Eſt Carduus moſchatus Mem. de l'Acad. R. des Sc. 1718. Flos ſuavi & fragranti ſuo odore accedit ad illum quem Cyanus Turcicus moſchatus ſpirat. **Wegdiſtel mit hangenden Köpffen.** Flor. Jun. ad Aug. **neben der Landſtraſſen nach der Hohenwart zu; an den Wegen / und auf Fruchtfeldern.** Flos corona caret, ſquamæ calycis ſunt integræ, ſemen læve, papposum.

*Carduus nutans flore albo J. B.* 3. 56. **Vor dem Metzgerthor in den Steinhauſſen; bey Lingelsheim an dem Weg.**

⊙ *Carduus paluſtris* C. B. *Pin.* 377. 5. in Prodr. p. 156. Carduus polyacanthos III. Ger. Carduus ſpinoſiſſimus, erectus, anguſtifolius, paluſtris M. H. 3. 153. Flor. Jul. in Sundgovia locis herboſis, paluſtribus, ubi illum obſervavit C. B.

*Carduus Acanthoides J. B.* 3. 56. Mem. Acad. Reg. Sc. 1718. Flor. Jun. & Jul. **bey Niederhaußbergen.** Flores in capitula minora congeſti ſunt, caules alati, latiores, incani, ſemen lævigatum, pappo inſtructum, calycis ſquamæ minus aculeatæ. Eſt polyacantha Tabern. Icon. 701.

* *Carduus albis maculis notatus, vulgaris* C. B. *Pin.* 381. Carduus Marianus, ſive lacteis maculis notatus J. B. 3. 52. Carduus levcographus Dod. Pempt. 722. *Chardon argenté, Chardon Notre-Dame*, **Mariendiſtel / Frauendiſtel.** Eſt Sillybum albis maculis notatum, flore purpureo Act. Ac. R. Sc. 1718. Floret Junio ad Aug. **neben den Ackern bey Jllkirch /** in fimetis **vor dem Metzgerthor; vor dem Weiſſenthurn /** in quibus locis ex projecto olim ſemine cum hortorum quiſquiliis, quaſi ſpontaneus factus eſt. Folia lata, laciniata ſplendentia & glabra, venis lacteis conſperſa. Semen in Emulſionibus uſurpatum pleuriticos juvat, inflammationibus aliis quoque reſiſtit, & imprimis in fluore albo laudatur.

* *Carduus ſtellatus, ſive Calcitrapa J. B.* 3. 89. Carduus ſtellatus, foliis papaveris erratici C. B. Pin. 387. Spinatella Tabern. Icon. 701. Hippophæſtum Col. Phytob. 107. *Chardon étoilé, Chauſſetrape*, **Sterndiſtel.** Flor. Jun. Jul. Aug. **auf dem Schieß-Rein** copioſe. Eſt Jacea ramoſiſſima, capite longis aculeis, & ſtellatim naſcentibus, armato H. Oxon.

Oxon. Folia non ſunt ſpinoſa, ſic differt à carduis reliquis, uti & tota facie, & radio ſive corona, qua carduus deſtituitur, inſuper ſemen non eſt papposum, ſed nudum, griſeum, ſplendens, ſpinæ perianthii ſtellatæ rigidæ, una longiori præ cæteris. Infuſio vel decoctio radicis vel corticis pulveriſatæ in colica Nephritica laudatur à Tournefortio Hiſt. Plant. Paris. p. 13. Seminis pulveriſati drachma una, in vini hauſtu infuſa, obſtructiones ureterum à muco liberat, vel ſi in brodio infundatur, etiam ad urinæ difficultatem commendatur. Radix debet colligi circa finem Septembris, ejuſque cortex in umbra ſiccari, & in pulverem redigi. Notante Clariſſ. Tournefortio nondum extat figura accurata hujus Plantæ.

*Carduus ſtellatus, ſive Calcitrapa flore albo H. R. P.* Spinatella alba Tabern. Icon. 702. ibidem.

*Carduus tomentoſus Acanthi folio, vulgaris* C. B. Pin. 302. Spina alba ſylveſtris Fuchſii J. B. 3. 54. Acanthium vulgare flore purpureo Tabern. Icon. 686. Deſcript. in Bot. Paris. Eſt Onopordon vulgare flore purpureo Act. Acad. R. Sc. 1718. *Chardon commun, chardon ſauvage*, **breite Wegdiſtel mit rothen Blumen.** Flor. Jun. ad Auguſt, **an denen Wegen und dürren Orten vor dem Metzgerthor; auf dem** Glacis **vor dem Fiſcherthor.** Semine maturo brevi marceſcit.

*Carduus tomentoſus Acanthi folio, vulgaris, flore albo Inſt. Rei Herbar.* Acanthium vulgare flore albo Tabern. Icon. 685. **Breite Wegdiſtel mit weiſſen Blumen.** Floret Julio **an den Zäunen vor dem Steinſtraſſerthor.**

*Carduus capite rotundo tomentoſo C. B. Pin.* 382. Carduus capite tomentoſo J. B. 3. 57. Carduus eriocephalus Dod. Pempt. 723. Eſt corona fratrum Raji. **Bergdiſtel mit wollichten Köpffen.** Flor. Jul. Aug. **bey Niederhaußbergen / neben einer Höhe / nahe an dem Dorff.** Flos corona caret, ſquamæ integræ, absque aculeis, florem ambit faſciculus foliorum, caulis non alatus, ſemina ſpadicea, ſplendentia papposa.

⊙ Carex Graminis Cyperoidis genus novum à Tournefortio omiſſum, à Ruppio in Flora Jenenſi inſtitutum, à Dillenio longius deſcriptum in Supplem. Append. I. ad Flor. Giſſenſ. alio fere modo explicat Michel. in Nov. Pl. Gen. p. 66. & figuras exhibet accuratas Tab. 33. Carex in omnibus convenit cum cyperoide, præterquam quod flores & fructus in capitula potius quam in ſpicas ſint diſpoſiti, quod capſularum forma differant, & quod Carex flores & embryones in eodem capitulo comprehenſos & permiſtos habeat, in cyperoide vero flores ſuperiorem ſpicæ partem, ſemina inferiorem occupent, & in contrarium, illique ſic in eadem planta à fructu remoti ſint. Cæterum carex æque ac cyperoides eſt flore apetalo, ſtamina ex alis ſquamarum prodeunt, ſemen in capſula comprehenſum.

⊙ *Carex major ſpica compacta Flor. Jenenſ. 306. & Dillenii Supplem.*

ad

*ad Append. Flor. Giſſ.* 166. ubi nota Characteriſtica. Gramen cyperoides paluſtre, majus, ſpica compacta C. B. Pin. 6. Gramen paluſtre cyperoides, triquetrum. Spica integra J. B. 2. 497. Eſt carex paluſtris, major, radice fibroſa, caule exquiſite triangulari, ſpica brevi, habiliori, ſive compacta Michel. Nov. Pl. Gen. p. 69. Tab. 33. ubi figura elegans. Eſt Scirpoides Bot. Paris. ubi deſcript. **Waſſer-Cypergraß.** Perenn. flor. Majo ad Jul. **an der Breuſch bey der grünen Wart; neben der Jll; auf dem Wacken.**

⊙ *Carex major, ſpica minus compactâ Flor. Jen.* Gramen cyperoides ſpicis minoribus, minusque compactis C. B. Pin. Prodr. 13. 2. 497. Deſcript. in Scheuchz. Acroſt. p. 488. Icon. apud Michel. Nov. Plant. Gen. Tab. 33. fig. 9. **In dem Ganſauer Wald bey der Mühlen/** & iisdem locis cum præcedenti permixtus.

⊙ *Carex paluſtris major, radice fibroſa, caule exquiſite triangulari, ſpica longâ, divulſa, ſeu interrupta Michel. Nov. Plant. Gen. p.* 69. Icon. Tab. 33. fig. 13. Gramen cyperoides paluſtre, ſpica diviſa C. B. Flor. Majo, **bey Gravenſtaden in einem feuchten Wäldlein über dem Waſſer.**

⊙ *Carex minor ſpica divulſa ſeu interrupta Flor. Jen.* Carex nemoroſa, fibroſa radice, caule exquiſite triangulari, ſpica longa divulſa ſeu interruptâ, capitulis ſolitariis, præterquam ultimo Michel. Nov. Plant. Gen. 69. Tab. 34. fig. 10. Gramen Cyperoides ſpicatum minus, ſpica longa, divulſa ſeu interruptâ Raji Hiſt. 297. Flor. Majo **in dem Oſtwalder Wald.**

⊙ *Carex nemoroſus ſpicis parvis aſperis Flor. Jen. & Dillen. Append. ad Flor. Giſſ.* Gramen nemoroſum ſpicis parvis, aſperis C. B. Pin. Gramen ſylvaticum III. Tabern. Deſcript. in Scheuchz. Acroſt. p. 454. Gramen cyperoides ſpicatum minus ſpica divulſa ſeu interrupta Raji Synopſ. **Klein Waldgraß.** Flor. Majo **an feuchten Orten in der Ruprechtsau bey des Jägers Hoff; bey Mittelberckheim an den Hecken.**

⊙ *Carex polyſtachios Flor. Jenens.* Gramen Cyperoides ex monte Ballon, ſpica divulſa J. B. 2. 497. Eſt Carex radice fibroſa, caule triquetro, ſpica ſpadicea brevi, capſulis marginatis Michel. Nov. Pl. Gen. pag. 97. Carex polyſtachia ſpicis brevioribus mollibus Dillen. Suppl. ad Append. Flor. Giſſ. & Cat. p. 71. Eſt Scirpoides Bot. Paris. 178. ubi deſcript. & apud Scheuchz. Acroſt. p. 456. **Klein Waſſer-Cypergraß.** Floret Junio **in dem Ganſauer Wald.** In monte Ballon obſervavit J. B. inter Gerarmegni & Lotharingiam.

⊙ *Carex ſylvaticus, ſpicis parvis ſeſſilibus in foliorum alis Flor. Jen. Edit. correct. p.* 259. Gramen cyperoides anguſtifolium ſpicis parvis ſeſſilibus in foliorum alis Raji Hiſt. 1295. In Bot. Paris. dicitur verum cyperoides. Flor. Majo **in dem Jllkircher Wald an feuchten Orten.**

⊙ *Carex*

⊛ *Carex paluſtris, elatior, radice repente, caule trilatero, ſpicâ ſpadicea, capſulis craſſioribus, marginatis Michel. Nov. Plant. Gen. p. 67. Icon. Tab. 33. fig.* 3. Carex polyſtachia ſpadicea Dill. ſuppl. ad app. Flor. Giſſ. 166. Gramen nemoroſum panicula rufeſcente molli C. B. Gramen ſylvaticum, parvum, tenuifolium rigidiuſculum J. B. 2. 509. Gramen Cyperoides ex monte Ballon ſimile, ſpica totali è pluribus ſpicis compoſitâ Raji Hiſt. 1297. Gramen ſylvaticum ſive nemoroſum 1. Taber. Jcon. 226. **Waldgraß / Buſchgraß.** Flor. Majo **in dem Oſtwinckel; in dem Wald bey Eſchau; auf Wieſen gegen Oßwald / bey dem Steg.** Panicula modo viret, modo rubet.

*Carlina ſylveſtris vulgaris Cluſ. Hiſt.* CLVI. Cnicus ſylveſtris ſpinoſior. C. B. Pin. 378. Carlina ſylveſtris quibuſdam, aliis Attractylis J. B. 3. 81. Eſt ſæpius polycephalos. *Carline,* **Kleine wilde Eberwurtz / Drey-diſtel / Sooddiſtel.** Floret Jul. Aug. **auf dürren Wieſen bey der Ganſau / gegen dem Krümmerich; auf Wieſen gegen Oßwald unter denen Wachholderſtauden.** Flores radiati, in diſco ex floſculis regularibus compoſiti, in corona ex irregularibus planis, nulli embryoni affixis, calyx ſpinoſus & amplus, folia imbricata, inter ſe diſtincta, ſemina nuda papposa Septembri, Octobri matura.

*Carlina acaulos, magno flore albo C. B. Pin.* 380. Carlina acaulos J. B. 3. 64. Carlina altera Dod. Pempt. 2. 727. *Carline,* **Niedere Eberwurtz.** Perenn. flor. Jul. Aug. in monte **Waſſerfall.** / ubi illam obſervavit C. B. Alias creſcit in montoſis, apricis, deſertis & ſiccioribus locis.

*Carlina cauleſcens, magno flore rubente C. B. Pin.* 380. **Hohe Eberwurtz.** Perenn. flor. Jul. Aug. **auf dem höchſten Fürſt eines wilden Gebürges hinter Kayſersberg / nicht weit von dem Urbisthal /** locis lapidoſis. Quæ caulem fert, frequentior eſt altera.

*Carpinus Dod. Pempt.* 841. Oſtrya ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis C. B. Pin. 427. Fagus ſepium, vulgò Oſtrys Theophraſti J. B. 1. 146. *Charme,* **Hagenbuchen / Weißbuchen / Haynbuchen / Hambuchen** noſtratibus. Fagus vocatur iisdem **roth oder braun Buchen.** Floret Majo nucamento plurimis foliolis conſtante, quibus ſubſunt organa maſculina ſive ſtamina, fructus alio loco in eadem arbore matureſcunt Julio, ſunt oſſei, compreſſi, umbilicati, ſtriati, in ſpicis foliaceis reconditi, fœti nucleo è rotundo acuminato, ovarium tubis binis inſtructum, creſcit carpinus **in dem Illkircher Wald; in dem Ganſauer Wald.**

* *Carvi Cæſalp.* 291. Cuminum pratenſe, Carvi Officin. C. B. Pin. 158. Caros J. B. 3. Part. 2. 69. Carum Dod. Pempt. 299. **Feldkümmel / Mattkümmel / Wieſenkümmel.** Eſt carum Rivini. Flor. Majo, Junio, **auf denen Matten bey Oßwald; auf einer Wieſen bey dem Rheinzoll** copioſe. Flos roſaceus & umbellatus, petalis conſtans cordiformibus & inæqualibus, fructus ex duobus ſeminibus ſtriatis, gracilibus oblongis,

H hinc

hinc gibbis inde planis conſtans, folia tenuiter laciniata, coſtæ per conjugationes innata. Vis ejus in ſale volatili oleoſo, ſapor acris, aromaticus. Oleum ejus efficax in tinnitu aurium, in Hyſterica paſſione, & Hypochondriaca, illitum.

⊙ *Carvifolia J. B.* 3. *lib.* 17. *p.* 171. Cyminum equinum & ſylveſtre Tragi, qui illud in pratis Alſatiæ reperit. Jconem elegantiſſimam exhibet Bot. Paris. Tab. V. fig. 2. Deſcript. Dillenius Cat. Plant. Giſſ. p. 137. **Roßkümmel / Roßfenchel.** Perenn. flor. Jul. Aug. **auf der Lingelsheimer Nachtweyd; in dem Jllkircher Wald hin und wieder.** In Sundgovia circa **Münchenſtein** illam C. B. obſervavit. Eſt Cuminum pratenſe Parck. Flores pentapetali umbellati, albi, ſemina gemella oblonga, ſtriata, in parte gibba, ex altera parte plana, caules profunde ſtriati, folia conjugata, per intervalla denſe adnata coſtæ. Radix geniculata, acris.

* *Caryophyllata vulgaris C. B. Pin.* 321. Caryophyllata vulgaris, flore parvo luteo J. B. 2. 398. Vulgaris Caryophyllata Lob. Icon. 693. Sanamunda vulgo. *Benoite*, *Galliot*, *Recise*, **Benedictenwurtzel.** Perenn. flor. Majo ad Jul. **an denen Zäunen bey Jllkirch / bey Oßwald / und in denen Wäldern daſelbſten.** Flos pentapetalos, roſaceus, calyx monophyllus & pelviformis, fructus fere globoſus, ſemina multa longa, caudata, vel plumula ornata in eorum tuba, folia pinnata, radix grati odoris, aromatici præcipue recens, quaſi caryophyllum redolet, in vino infuſa tempore vernali ſanguinem purificat, obſtructiones reſerat, & virtutem cordialem habet. Radix hæc infuſa cum liquiritia in modum herbæ Thée, in vulneribus & ulceribus internis utilis, ſed ſiccata adhibenda. Recens decocta vel infuſa, decoctum minus ſpiſſum reddit & viſcidum; Vinum cui radix infuſa ſtomachicum eſt, inprimis ſi majali tempore addantur rad. Helen. folia fragariæ, pimpinellæ ſanguiſorbæ, & matriſylvæ cum floribus, vinum tanto gratius & efficacius redditur. Radix ſicca cum radice Bardanæ leviter cocta ſudorem pellit, in lateris doloribus efficax, Eſſentia etiam caryophyllatæ pro ſcopo diaphoretico guttulatim Thée brodio cum fructu adhibetur.

*Caryophyllata vulgaris, majore flore C. B. Pin.* 321. Caryophyllata ſylveſtris Fuchſii Hiſt. 385. Perenn. flor. Jun. **bey Andlau auf den Matten.**

*Caryophyllata foliis Hederæ terreſtris C. B. Pin.* 321. Caryophyllata IV. Tabern. Hiſt. 334. Hanc abundare vidit Tabernæmontanus **in St. Peters Wald zwiſchen St. Remig und Lauterburg.**

*Caryophyllata Alpina, lutea, C. B. Pin.* 322. Caryophyllata montana, flore luteo magno J. B. 2. 398. Caryophyllata montana Dod. Pempt. 137. Perenn. flor. Jun. **auf Bergwieſen hinter Rappolsweiler / und auf dem Hochgebürg des Oberen Elſaß bey Dreykirch.** Tabernæmontanus etiam

in

in Vogeſi jugis, auf dem Vogelberg/ illam provenire locis herbidis annotat, in dem Elſaßiſchen Waßgau gegen Auffgang.

*Caryophyllata aquatica, nutante flore C. B. Pin.* 321. Caryophyllata aquatica, flore rubro, ſtriato J.B. 2. 398. Septentrionalium rotundifolia, papposo flore, Caryophyllata Lob. Icon. 694. Wild Benedicten-Wurtzel/ Waſſer-Benedicten-Wurtzel. Perenn. flor. Majo locis udis, auf feuchten Wieſen des kleinen Hochfelds gegen Lothringen copioſe, ubi illam obſervavit Rei Herbariæ peritiſſimus Dn. Bürckel, & mecum communicavit. Eſt Caryophyllata I. Alpina Cluſ. Hiſt. CIII. Caryophyllata aquatica nutante flore purpureo, calathi effigie M. H. 2. 431. Interdum florem unum alteri innaſci obſervavit Ruppius Flor. Jen. Calyx monophyllus, ſemina caudulis inſtructa veſtium tenacia ſunt in tubam congeſta, quæ longa plumula ornatur.

*Caryophyllus ſylveſtris vulgaris, latifolius* C. B. *Pin.* 209. Betonica coronaria, ſive caryophyllus ſylveſtris vulgatiſſimus J. B. 3. 334. Caryophyllus montanus I. Tabern. Jcon. 287. *Oeillet rouge ſauvage*, Rothe Feld-Nägelein/ Donner-Nägelein / wilde Graßblumleim. Perenn. flor. Junio, auf denen Wieſen bey dem Canal gegen Eckboltzheim; auf dem Glacis vor dem Spital-Thor gegen der Jll. Flores caryophyllæi, petala plurima ex imo calyce tanquam é tubulo quodam emergentia, calyx cylindraceus, membranaceus, ad exortum ſquamoſus, fructus cylindraceus, a pice dehiſcens, ipſo calyce involutus, ſemina plana, quaſi foliacea. Ejus varietas eſt.

● *Caryophyllus ſylveſtris, qui ſtaminibus apicibusque ferrugineis præditus eſt, & conſimilem pulverem fundit, floreſque fœdat Dillen. Append. Cat. p.* 61. auf Wieſen bey Eckboltzheim; auf Bergwieſen bey Barr. Flores leviter odorati.

*Caryophyllus ſylveſtris vulgaris, anguſtifolius* C. B. *Pin.* 209. Caryophyllus montanus, albus Tabern. Jcon. 288. weiſſe wilde Stein-Nägelein. Perenn. flor. Jun. Jul. auf Hügeln bey Mutzig/ ſed rarius.

*Caryophyllus ſylveſtris, humilis, flore unico C. B. Pin.* 209. Betonica coronaria ſive caryophyllæa repens, rubra & alba J. B. 3. 328. Caryophyllus ſylveſtris 1. Cluſ. Hiſt. 282. Perenn. flor. Jun. Jul. auf dürren ſandichten Orten auf der Gansau vor dem Wald.

*Caryophyllus ſylveſtris, floribus lanuginoſis, hirſutis, candidis* C. B. *Pin.* 210. Betonica coronaria, minus ramoſa, flore tenuiter fimbriato, plane albo, ſine corniculis J. B. 3. 332. Perenn. flor. Jun. Jul. zu Michelfeld in dem Sundgau C. B. auf Brachackern bey Ebrſtein.

*Caryophyllus ſylveſtris, prolifer C. B. Pin.* 209. Betonica coronaria ſquamoſa, ſylveſtris J. B. 3. 335. Armeria prolifera Lob. Icon. 449. Kleine wilde Nägelein / flor. Jul. auf denen Wieſen bey der grünen Wart; auf Brachackern und dürren Graßboden darneben gegen Jllkirch.

*Caryophyllus flore tenuiſſime diſſecto* C. B. *Pin.* 209. Betonica coronaria ſive Caryophyllæa ſuperba, elatior, vulgaris J. B. 3. 330. ſuperba alba, medio coralla purpuro-violaceâ obſoleta cincta Lob. Jcon. 450. *Mignardiſe*, **Muthwillen / Feldnägelein / wild Federnägelein / wilde Muthwillen.** Perenn. flor. Jun. Jul. **auf Wieſen / wo die Breuſch in die Jll fällt; in dem Gansauer Wald / an feuchten graſichten Orten; auff der Hart** & in pratis paludoſis circa **Michelfelden** in Sundgovia vidit C. B.

*Caryophyllus barbatus ſylveſtris* C. B. *Pin.* 209. Viola barbata anguſtifolia Dalechampii J. B. 3. 335. Armeria ſylveſtris, altera, calyculo foliis faſtigiatis cincto Lob. Icon. 488. Flor. Jun. Jul. **auf Matten bey Oßwald.** In monte Rosberg prope **Maßmünſter /** Octobri adhuc florentem vidit J. B.

*Caſſida paluſtris vulgatior, flore cœruleo Inſt. R. H.* Lyſimachia cœrulea, galericulata vel Gratiola cœrulea C. B. Pin. 246. Tertianaria aliis, Lyſimachia galericulata J. B. 3. 435. Lyſimachia galericulata Lob. Icon. 344. *La Toque*, **Fieberkraut.** Perenn. Flor. Jul. Aug. **bey der grünen Wart an dem Waſſer; bey Brüſcheck / und dem Schnackenloch** copioſe; **an den Hecken bey Augenum / und auf feuchten Wieſen in der Ruprechtsau gegen dem Rhein; bey St. Gallen**; in paluſtribus Michelfeldæ vidit C. B. Flos monopetalos labiatus, cujus labium ſuperius galeam cum duabus auriculis refert, inferius plerumque bifidum eſt, calycis ſuperior pars criſtata eſt, inferior galeæ clauſæ inferiorem partem exhibet, ſemina oblonga. Hæc planta amara in aqua fervida infuſa ſicut Thée, in febribus intermittentibus admodum utilis eſt, in vino infuſa intermittentes curat præmiſſo vomitu.

*Caſſida paluſtris flore albo Inſt. R. H.* **Fieberkraut mit weiſſen Blumen. Jn dem Rheinwört gegen Augenum.**

*Caſtanea ſylveſtris, quæ peculiariter Caſtanea* C. B. *Pin.* 419. Caſtanea Dod. Pempt. 814. *Chateigner.* **Wilder Keſtenbaum / Caſtanienbaum.** Flores amentacei propendentes Junio apparent, à quibus fructus, ex ovario nati, in eadem arbore remoti ſunt, circa finem Septembris echinati calyces rumpuntur & hiant. Nuclei dulces eſui apti ſunt, ſive elixentur ſive aſſentur, ſive frigantur, ſive crudæ devorentur, quæ omnium peſſimæ, ſtomachis tantum robuſtioribus conveniunt. In Italia & Galliæ quibuſdam locis panem exinde conficiunt, qui tamen difficilis digeſtionis flatus generant & obſtructiones, alvum conſtipant. Pulvis corticis eſt adſtringens. Flos amentaceus mas alio loco quam ovarium, ex calyce pentaphyllo valde ſtaminoſus axi affixus eſt, alii flores hermaphroditi, hactenus neglecti à Botanicis, conſtantes calyce ſtaminibus atque ovariis, fructus echinatus quadrifariam dehiſcit. **Unten an dem Fuß des Gebürges bey Otterot iſt ein gantzer Wald davon / und hin und wieder in dem oberen und unteren Elſaß; bey Cronweiſſenburg und**

und in der Mündart bey Ruffach / integræ ſylvæ occurrunt. Dantur plures ſpecies caſtaneæ ſylveſtris ex obſervatione celeberrimi Garidel Hiſt. Plant. & Franciſci Cupani in Horto Catholico. Ex ſylveſtri caſtanea ſativa, per inſitionem ſuper caſtaneam equinam, quoque fit. Sativa à ſylveſtri per inſitionem differt, eſt major, quamvis utraque fructu decidente ſponte prodeat, utraque corticoſa & coriaceo putamine cum glande convenit, echinato calyce ab eadem differt Raji H. 1382. Crato emulſionem fecit ex caſtanea cum ſemine papaveris albi & decocto liquiritiæ ad demulcendum ardorem urinæ. Garidel. H. Pl.

* *Cataria major vulgaris Inſt. R. H.* Mentha Cataria vulgaris & major. C. B. Pin. 228. Mentha Cataria J. B. 3. Part. 2. 225. Cataria herba Dod. Pempt. 99. *Herbe aux Chats*, Katzenmüntz / Katzenept / quia cati vel feles amant ſe volutare ſuper illam. Perenn. flor. Jun. Jul. Aug. bey Rheinau an dem Waſſer; locis humidis quibuſdam in Alſatia provenire eam J.B. annotat. Invenimus Septembri adhuc florentem gegen dem Wickhäuſel an den Zäunen. Eſt Nepeta major purpuraſcens Rivini. Odor ejus gravis & aromaticus menſes & lochia movet, decoctum ejus in affectione hyſterica multum laudatur. Flos monopetalos, labiatus, labium ſuperius bifidum, barba tripartita, ſegmento medio excavato, amplo, ſemine ſubrotundo, folia caneſcentia ſunt odore acri, aromatico. Flores ſingulari ſtructura à congeneribus differre, barba eorum media marginem habente denticulatum, cui duæ laciniæ inſtar auricularum adhærent. Clariſſ. Buxbaum annotat Enum. Plant. Hallenſ. acc. 233.

*Caucalis arvenſis, echinata, magno flore* C. B. *Pin.* 152. Lappula canaria, flore pulchro, magno, albo J. B. 3. Part. 2. 79. Echinophora πυκνόκαρπος, an Dioſcoridis Gingidium Col. Part. 1. 91. Caucalis Dod. Pempt. 700. Klettenkörfel / Ackerkletten mit groſſen Blumen. Eſt Echinophora magno flore Rivini. Flor. Jun. & Jul. auf denen Ackern bey Oberhaußbergen; in denen Fruchtfeldern bey Illkirch und Oßwald copioſe. Flos roſaceus umbellatus, petala inæqualia, fructus ex duobus ſeminibus oblongis, ſemina habent alas denticulatas quaſi aculeatas, aculei denſius congeſti ſunt.

*Caucalis arvenſis, echinata, parvo flore & fructu* C. B. *Pin.* 152. Lappula canaria flore minore, ſive tenuifolia J. B. 3. Part. 2. 80. Echinophora tertia λεπτόφυλλος purpurea Col. Part. 1. 79. Eſt Echinophora Rivini. Klettenkörfel mit kleinen Blumen. Flor. Junio vor dem Fiſcherthor gegen der Citadell; auf denen Ackern gegen Oßwald; in den Reben bey Barr.

* *Centaurium minus* C. B. *Pin.* 278. Dod. Pempt. 336. Centaurium minus, flore purpureo J. B. 3. 353. Deſcript. quoque in Bot. Paris.

*Petite centaurée*, **Tauſendguldenkraut / Erdgalle / Fieberkraut.** Flor. Julio **auf dürren Wieſen gegen dem Ganſauer Wald; in dem Oſtwinckel** copioſe; **auf denen Matten hinter St. Gallen**; in pratis Michelfeldæ in Sundgovia vidit C. B. Flos monopetalus, infundibuliformis & multifidus, fructus conicus dehiſcens in duas partes, & in duo loculamenta diſtincta. Flores ſplendidi, purpurei, in ſummis caulibus umbellam mentiuntur, ſemina exigua, amaror inſignis. Centaurium minus unicapſulare & bivalve eſſe non vero bicapſulare contendit Ruppius Flor. Jenenſ. p. 17. Centaurium minus eſt febrifugum in vino infuſum, cum melle coctum, in ictero admodum utile, ſi ſingulis diebus cochlear unum ſumatur, excitat appetitum, efficax alias in expellendis lumbricis.

*Centaurium purpureum minimum Mor. H. R. Bleſ.* & Hiſt. Oxon. Part. 2. 566. Flor. Jul. copioſe **gegen der Schiffmatt; in der Tieffe bey den** Redouten **gegen der Citadell; auf feuchten Wieſen bey Oßwald; auf dem** Glacis **vor dem Fiſcherthor an dem Weg.** Eſt centaurium minus paluſtre, ramoſiſſimum flore purpureo Bot. Paris. Tab. 6. ubi figura. Floret Aug. Septembri. Rami ſtatim à radice prodeunt, caules anguloſi & quaſi alati, planta minor priori, quamvis in locis aquoſis proveniat, flos intenſe rubet.

*Centaurium minus flore albo* C. B. *Pin.* 278. Centaurium minus album Tabern. Icon. 780. **Tauſendguldenkraut mit weiſſen Blumen.** Floret Julio **bey Oßwald** / ſed rarius occurrit.

*Centaurium luteum perfoliatum* C. B. *Pin.* 278. Perfoliatum centaurium luteum J. B. 3. 353. Centaurium luteum Cam. Epit. 427. **gelb Tauſendguldenkraut** flor. Aug. Septembr. **bey dem Engelländiſchen Hoff; auf denen Wieſen gegen der Ganſau; gegen Oßwald.** Circa Argentinam provenire etiam Tabern. annotat; in pratis Sundgoviæ vidit C. B.

*Cepa bicornis, tenuifolia, flore obſoleto Inſt. R. Herb.* Allium bicorne proliferum, flore intus albeſcente, cum ſtria purpuraſcente externe J. B. 2. 560. Allium ſylveſtrum bicorne, flore obſoleto C. B. Pin. 74. Eſt Allium Ampeloprasum Camerar. ubi figura bona. Perenn. flor. Jun. **in denen Reben bey Kayſersberg; auf Aeckern bey Ebersheim.** Flores habet bulbulis intermixtos, quibus propagationem ſui videtur peragere Clariſſ. Dillenio, uti in cepa juncifolia minori purpuraſcente Tournef. an Allium ſeu Moly montanum 11. Cluſ. Hiſt.? caulis in folliculos duos deſinit, in corniculatum mucronem deſinentes, palmam circiter longos, inter bulbillos exeunt floſculi longis pediculis innixi & ſemina.

*Cepa Juncifolia minor, purpuraſcens Inſt. R. Herb.* Allium campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens, majus C. B. Pin. 74. Allium ſylveſtre tenuifolium Lob. Icon. 156. *Poirau ſauvage*, **Zauberknoblauch.** Eſt Cepaſtrum Sam. Dale Pharmacologiæ ſupplem. p. 219. Cepa ſylveſtris

veſtris juncifolia, prolifera Hiſt. Plant. Paris. 413. Cepa ſylveſtris tenuifolia, prolifera Hiſt. Plant. Paris. 413. Cepa ſylveſtris tenuifolia prolifera & florifera Boerhave Ind. Pl. Alt. p. 144. Allium corvinum Raji Method. Plant. p. 22. Perenn, loco floris Junio plurimos nucleos in ſummitate caulium, ſive bulbillos denſe ſtipatos producit ſeminum loco, initio virides, maturitate rubentes, Lobel. l. c. Bulbilli iſti non ſunt ſemina, ſed radices juvenes ſimilem plantam producentes Raji Method. Plant. p. 22. Hiſce cepa hæc propagationem peragere videtur Dillen. Cat. Plant. Giſſ. 155. Radix ex pluribus bulbulis conſtat tunica comprehenſis, & valde prolifera eſt, adeoque planta hæc amphicarpos. Caules altiores quam in ſativo porro & fiſtuloſi. Foliis fiſtuloſis, graveolentibus cum cepa convenit, radicibus proliferis & caulibus non ventricoſis ab ea differt. Creſcit in agris requietis, auf den Brachäckern bey Jllkirch / und auf den Bergwieſen bey Barr und Mittelberckheim / atque in vineis ibidem, in quibus ita copioſe luxuriat, ut ſingulis annis eradicetur, ne vitibus alimentum ſubtrahat. Inſignem ibi acquirit magnitudinem, menſuram cubiti longe ſuperantem, quæ in locis ſiccioribus palmaris eſt. Ad ripam Rheni vidit illam C.B. Odore fortiori & magis fœtido prædita hæc cepa quam allium ſativum, & ſapore magis acri. Niſi ſponte ſe nimium propagaret, poſſet ſeri capitulis ſive nucleis, & radice. Viribus cum allio & cepa convenit; in vino calido & colato urinam potenter pellit, ſuccus quoque expreſſus, in vino calido aſſumptus magni uſus eſt in ſuppreſſione urinæ. Abundat hæc cepa, ſicut omnes aliæ ſale volatili acri. Uſus cepæ vulgaris crebrior eſt ſylveſtri, uſitatior & mitior; qui temperamenti ſunt bilioſi & ſiccioris, iis minus convenit, motum ſanguinis nimis intendendo. Cepam contuſam cum pauco ſale conſperſam, calide impoſitam ambuſtis recentibus, inſigne præbere remedium poſt Fernelium, Paræum, docet Garidel, qui hoc ulterius confirmat propria experientia H. Plant. In ſuppreſſione urinæ oleum in quo cepæ hujus radices, vel etiam cepæ rubræ vulgaris, in vino ad ignem maceratæ, expreſſum cum oleo ceræ calide regioni renum & pubis illitum non contemnendum uſum præbet, ſi lintea calida deſuper imponantur, vel ſi ſacculus cum radicibus cepæ ſylveſtris diſſectis & expreſſis calide applicetur. Folia ejus contuſa & cuti denudatæ impoſita, illam rubefaciunt & arrodunt, ruſtici nihilominus aliquibus in locis radices aſſumunt in cibis.

*Ceraſus fructu albo dulci Inſt. R. Herb.* Ceraſa alba dulcia C. B. Pin. 450. Ceraſa dulcia Trag. 1028. weiſſe ſüſſe Kirſchen. Flor. April. Majo, ibidem und auf dem Gebürge hinter Barr abundantiſſime.

*Ceraſus fructu parvo, rubro, amaricante.* Ceraſus ſylveſtris, fructu rubro J. B. 220. Wilde rothe Waldkirſchen. Flor. April. hinter Hoch-Andlau gegen dem rothen Kreutz copioſe, und in dem Ganſauer Wald.

* *Cera-*

* *Ceraſus major ac ſylveſtris, fructu ſubdulci, nigro colore inficiente* C. B. *Pin.* 450. Ceraſus ſylveſtris, fructu nigro J. B. 1. 220. Ceraſa nigra Tabern. Icon. 986. *Meriſier*, ſchwartze ſüſſe wilde Kirſchen. Flor. April. Majo in dem Illkircher Wald; in der Ruprechtsau. Flos roſaceus, pentapetalus, fructus carnoſus, ſubrotundus, fœtus teſta oſſea rotunda, condente nucleum ſimilem, pediculus valde longus. Humectant & refrigerant; Aqua deſtillata habetur cordialis, cephalica, præcipue etiam paralyſi linguæ conducit.

⊙ *Ceraſus pumila* C.B. *Pin. J.B. T.* 1. *l.* 2. 222. Chamæceraſus fructu rubro Cord. Icon. in Tabern. p. 1401. Kleine wilde Kirſchen/ Erdweixel/ *Ceriſier nain.* Flor. April. auf dem Hochgebürg Hochfeld/ ob loci ſaxoſi ſterilitatem, & tot radicum, quæ nutrimentum illi ſubtrahunt, abundantiam videtur oriri hæc varietas uti & ſequens.

⊙ *Ceraſus pumila, folio variegato*, ibidem Flor. April.

* *Ceraſus fructu acido, ſerotino, ſucci ſanguinei Inſt. R. Herb.* Ceraſa acidiſſima ſanguineo ſucco C. B. Pin, 450. Ceraſa acida, nigricantia, ſolidiora, tardius matureſcentia J. B. 1. 221. Ceraſorum primum genus Trag. 1027. Noſtratibus Amarellen. Ceraſi genus omnino exoticum, ſed in Inſula Rupertina jam dudum ſponte ſe propagans copioſiſſime, inprimis per ſtolones, & civitate quaſi donatum, forſan etiam ex omni tempore planta fuit indigena. Flor. Junio, fructus maturi Jul. Aug. ſi decoquantur hæc ceraſa exſiccata prius, fit potus gratus ſiticuloſis febricitantibus, vel etiam ſaccharo condita, vel coquitur manipulus unus ceraſorum horum in Aqu. ſimpl. menſura una cum ſemiſſe, addendo in fine cinamomi confracti drachmam unam, ſacch. parum. Ex contuſis hiſce ceraſis cum ipſis nucleis, & cum vino mixtis, fit vinum quod noſtratibus tempore caniculæ in deliciis eſt Kirſchenwein dictum, infunduntur una aromata, cinamonum & caryophylli ſacculo incluſa.

*Ceraſus ſylveſtris amara, Mahaleb, putata J. B.* 1. 217. Ceraſo affinis C. B. Pin. 451. Macaleb Geſneri & Mathioli Lob. Icon. 133. *Crenoillier.* Steinkirſchen / Steinweixeln / Dintenbeeren / ſchwartze Vogelkirſchen / baccæ liguſtri etiam vocantur Dintenbeeren / & revera inſerviunt pro conficiendo atramento. Flor. Martio, Aprili, fructus maturi Jul. Aug. nigri an dem Rheinſtrohm bey Rheinau; in Alſatia ſuperiori prope Tann reperiri J. B. refert, in monte Rang, & locis vicinis; creſcit quoque hinter dem geſchleifften Bergſchloß Faramont, Framont oder Francken-berg / Franckenburg / gegen dem Wilerthal / sechs Stund vom Ottilienberg/ wo man noch vor einiger Zeit zerfallene ſteinerne Bilder zu Boden liegen geſehen vom Mercurio, Jove, Hercule, Diana, Venere, unter deren Schutz und Schirm die Römer dazumahl ihre neu-conqueſtirte Ort befohlen haben. Baccæ hæ tinctoriæ nigræ lintea & manus florida purpura tingunt, non fugaci.

*Ceraſus*

*Ceraſus racemoſa, ſylveſtris, fructu non eduli* C. B. *Pin.* 451. Ceraſus racemoſa quibusdam, aliis Padus J. B. 1. 228. *Bois de Sainte Lucie*, **Eltzenbaum/Vogelkirſchen.** Eſt Ceraſus racemoſa ſylveſtris Eyſt. Flor. Aprili, Majo **vor dem Wickhäuſel in den Hecken; bey der hohen Wart gegen Oßwald.** Differt à ceraſo floribus & baccis racematim diſpoſitis, flores candidi ſunt, ſuaveolentes.

⊙ *Ceratophyllum aſperum, aquis immerſum Bot. Paris.* Hydroceratophyllum folio aſpero, quatuor cornibus armato Act. Ac. R. Sc. Par. Ann. 1719. p. 20. & p. 62. ubi deſcript. & Icon. Tab. 2. Millefolium aquaticum cornutum ſecundum Raji Hiſt. 191. Equiſetum ſub aqua repens, foliis bifurcis Flor. Pruſſ. 67. Icon ſine flore & fructu. Eſt Dichotophyllum Dillen. Cat. Plant. Giſſenſ. p. 149. & Append. p. 91. ubi deſcript. figura vero florum & ſeminum T. III. Eſt Equiſetum paluſtre ramoſum, aquis immerſum, ſeu Millefolium aquaticum equiſetifolium in aquis pigrioribus Raji Cat. Cant. Millefolium aquaticum cornutum Panc. Jc. 1086. Aquaticum cornutum J. B. quoad deſcriptionem tantum, & ſi excipias flores atque ſemina. Eſt Cornuta Ruppii notante Buxbaum Enum. Pl. Hallenſ. acc. Perenn. floret ſub aquis ſtagnantibus Jun. Jul. **in einem Graben gegen der** Bergerie **vor dem Spithalthor; in der Jll bey Oßwald zwiſchen den Fiſcher-Stacketen** copioſe; **unterhalb der Stadt gegen dem Creutz.** *Hydre cornu*, **gehörntes Waſſergarbenkraut /** quia folia inferiora cornuum cervi inſtar diviſa fere ſunt, imò omnia reliqua, ſi per lentem vitream intueantur; noſtratibus vocatur **Jgellock.** Floret ſub aquis, quod ipſi peculiare cum Lenticula quadrifolia paluſtri C. B. Zanichellia Michelii, Fuco fluviatili aculeato & undulato Tournefortii commune. Juxta celeberrimum Dillenium l. c. flos eſt apetalos, mere apicoſus, citra ullum ſtaminum veſtigium, ex apicibus tantum conſtans, ſemina notante eodem, Append. ad Cat. Pl. Giſſ. p. 91. utrimque nuda ſunt & ab invicem remota in eadem planta, ſemina enim ſolitaria, utrinque videlicet unum, infra flores locantur, flores vero plures invicem aggregantur, & tam ſemina quam flores multis laciniis ad baſin cinguntur. Secundum Acta Acad. R. Sc. Paris. Ceratophyllum habet flores maſculos, qui continent plures apices ſive teſticulos, & flores femineos, unico ſaltem ovario præditos, quod abit in capſulam ſolidam & monoſpermam. Folia ſunt ramoſa, radiatim per intervalla diſpoſita, & caulem ambiunt. Apices ſi premantur ſimilem ut in ceratophyllo materiam mollem ac pulpoſam fundere idem laudatiſſimus vir annotat, & hac mediante ſemina impraegnari vicina, ideo infra flores locata, novum præterea genus conſtituere flores hos plantarum mere apicoſarum una cum Juncagine Tournefortii & Zanichellia Michelii, quod ipſum etiam eodem modo ſe habere in Lenticula paluſtri quadrifolia C. B. à nobis armato oculo obſervatum.

⊙ *Ceratophyllum læve, aquis immerſum Bot. Paris.* Hydroceratophyllum folio lævi, octo cornibus armato Act. Ac. R. Sc. Paris. Ann. 1719. p. 2. deſcript. Icon. Tab. 2. p. 62. Secundum Botanicum Paris. 105. ubi quoque deſcript. folia ejus ſunt lævia, magis mollia & multo magis diviſa, flos ibi dicitur hermaphroditus, ſive mas & femina ſeparatim in eadem planta. Perenn. flor. ſub aquis ſtagnantibus Jun. Jul. **bey Jllkirch zwiſchen den Wörten** cum priori permiſtum, capſulæ ſunt ſine ſpinis longis, ibid.

*Chærophyllum ſylveſtre, perenne, cicutæ folio Inſt. R. Herb.* Myrrhis ſylveſtris, ſeminibus lævibus C. B. Pin. 160. Myrrhis Fuchſii Hiſt. 525. *Cicutaire*, **Wildekörfel / Tollkörfel / Kälberkropff.** Perenn. Flor. Majo, Junio, **an denen Zäunen in der Ruprechtsau; in denen Baumgärten zu Niederhaußbergen; bey der Aubruck.** Radix venenata eſt, ut & tota planta. Eſt Cerefolium ſylveſtre Riv. Jrr. Pent. Flores pentapetali umbellati, petala inæqualia, ſemina nuda gemella, longa, gracilia & nigra, non ſtriata, lævia, pulli coloris.

*Chærophyllum ſylveſtre, ſeminibus brevibus, hirſutis Inſt. R. Herb.* Myrrhis ſylveſtris, ſeminibus aſperis C. B. Pin. 160. Myrrhis ſylveſtris nova Æquicolorum Col. Part. I. 112. *Perſil d'Asne*, **Eſelkörfel / Eſelspeterlein /** quod nomen Germanicum ipſi commune ſecundum Tabern. cum Myrrhide annua ſemine ſtriato lævi Mor. Umb. ſive cum Oneoſelino. Flor. Jun. Jul. interdum Septembri iterum, **an dem Graben bey der** Bergerie copioſe; **an dem Weg auf Jllkirch neben den Hecken.** C. B. vidit Belfordiæ juxta muros arcis. Eſt Caucalis foliis Chærefolii. Rivini Jrr. Pent. Flores modo rubelli modo albidi, etiam in eadem ſtirpe, ſubrubentes autem ſæpiſſime. Flores pentapetali, umbellati, petala inæqualia, ſemina roſtri avium æmula, gemella, echinata ſive aſpera, non ſtriata, qua ratione differt à præcedente, & ſemine lævi.

*Chamæceraſus Alpina, fructu gemino, rubro, duobus punctis notato.* C. B. Pin. 451. Chamæceraſus Geſneri vel Chamæpericlymenon quoddam Alpinum J. B. 2. 107. Chamæceraſus Alpigena Lob. Icon. 173. **Bergkrieſen.** Flor. Jun. fructus maturi Septembri, **in dem Gebürg hinter Hoch-Andlau gegen Hochfeld**; in Sundgovia in monte Aquæcida vulgò **Waſſerfall.** J. B. monet illam provenire. Flos eſt monopetalos, inferius tubulatus, in duo labia dehiſcens, ſuperius multifidum, inferius linguiforme, geminus, eidem pediculo inſidens, Baccæ gemellæ molles, ſemen compreſſum, ſubrotundum.

*Chamæceraſus Dumetorum, fructu gemino, rubro* C. B. Pin. 451. Periclymenum rectum, fructu rubro J. B. 2. 106. Xyloſteum Dod. Pempt. 412. **Zäunling / Frauenholtz / Hundskirſchen.** Eſt Xyloſteum floribus albis H. Eyſt. F. 9. Fig. 2. o. I. Xyloſteum Rivini. Flor. Aprili, Majo, fructus Julio,

Julio, Aug. maturi, in Dumetis Alſatiæ frequens eſt, **In dem Oßwald und in dem Illkircher Wald; an denen Hecken in dem Oſtwinckel.**

*Chamædrys major, repens C. B. Pin.* 248. Dod. Pempt. 43. Chamædrys vulgo vera exiſtimata J. B. 3. 288. *Germandrée, Petit Chene*, **groß Gamanderlein / Battengel / Erdeyche /** Icon quoque in Rivino. Perenn. flor. Jul. **auf ſandichten rauhen Orten in der Ruprechtsau; auf dem Paßberg bey Buchsweiler.** Stamina locum ſuperioris labii occupant, galea caret, inferius in quinque partes diviſum, media ampliori excavata, ſemina ſubrotunda, flores in foliorum alis naſcuntur, calyx tubulatus.

* *Chamædrys minor, repens C. B. Pin.* 248. Chamædrys repens, minor Dod. Pempt. 43. *Petite Chene*, **gemeine Gamanderlein / klein Battengel.** Perenn. flor. Jul. **bey Oßwald; gegen Gravenſtaden / auf rauhen ungebauten Gegenden** copioſe; **an ſteinichten Orten hin und wieder um die Stadt.** Eſt planta amara, & aromatica, magni uſus in febribus intermittentibus, & jam diu ad hunc ſcopum in uſum tracta, aperitiva, deobſtruens, in Cachexia, Hydrope utilis præmiſſo vomitorio, in ſanguine viſcido acido, emendando. Turget ſale volatili, urinam & ſudores movet. Pulvis ejus ſingulis diebus in brodio aſſumptus febres quartanas & tertianas curavit, præmiſſo purgante, Ettmuller.

* *Chamædrys minor, repens, flore niveo C. B. Pin.* 248. Chamædrys minor, albo flore Clus. Hiſt. 351. **Gamanderlein mit weiſſen Blumen.** Perenn. flor. Jul. **auf der Metzgerau bey dem Gartnerfeld unter den andern /** ſed rarius. Infuſio frigida Manipuli unius, in vino albo cum ſalis vegetabilis drachma dimidia infuſi, laudatur in chloroſi, infuſio autem in aqua calida ſicut Thée, ad morbum Iſchiadicum & Podagram, eſt amara. Pulvis foliorum chamædryos cum pulvere Chamæpityos & Ariſtolochiæ rotundæ in brodio ſingulis diebus ſumptus commendatur in Hiſt. Pl. Paris. in Iſchiade, Hydrope, febribus intermittentibus.

* *Chamædrys paluſtris, caneſcens, ſeu Scordium Officinarum Inſt. R. H.* Scordium C. B. Pin. 247. Dod. Pempt. 126. J. B. 3. 292. *Chamarat, Germandrée d'eau*, **Waſſerknoblauch / Waſſerbathenig / Lachenknoblauch /** figura in H. Eyſt. Vern. ord. 8. F. 9. Fig. 2. & in Rivino ſatis nitida. Eſt planta alexipharmaca, magni uſus in Medicina, in febribus peſtilentialibus, eſt ſudorifera, expectorationem adjuvat, diuretica, anthelmintica, vulneraria & in omni corruptione partium & ipſa in gangræna efficax, abundat ſale volatili oleoſo, odoris fortioris & penetrantis allii. In Officinis Diaſcordium Fracaſtorii exinde præparatur, quod in febribus malignis ſudores elicit, ſpiritus turbatos ſedat, quietem conciliat, vomitum, diarrhæam, dyſenteriam ſiſtit, externe forma emplaſtri pulſibus & umbilico applicatur. Flor. Jul. Auguſt. **auf waſſerichten Wieſen bey Oßwald** copioſe; **und bey dem Canal / gegen dem Eckboltzheimer Wald;** in pratorum foſſis. Eſt modo majus & magis luxurians, modo minus.

*Chamædrys laciniatis foliis Lob. Icon.* 385. Botrys Chamædryoides C. B. Pin. 138. Botrys verticillata J. B. 3. 298. *Germandrée femelle*, Iven-kraut / Gamanderlein mit geſpaltenen Blätteren. Flor. in fine Aug. uſque ad Octobrim, auf denen Brachackern bey Illkirch copioſe; bey Oßwald nach der Erndte.

* *Chamædrys fruticoſa, ſylveſtris, Meliſſæ folio Inſt. R. H.* Scordium alterum, ſive Salvia ſylveſtris C. B. Pin. 247. Scordotis ſive Scordium folio Salviæ J. B. 3. 293. Salvia agreſtis ſive Sphacelus Dod. Pempt. 291. *Sauge ſauvage*, Waldſalbey / wilde Salbey / Alpenkraut. Jcon quoque in Rivino. Perenn. flor. Jul. auf dem Wasgauiſchen Gebürg und Waldung bey Oberbrunn / gegen Waſſenburg / ubi abundat; auf dem Hochgebürg bey Rappolſtein; und oberhalb Duſenbach copioſe florebat menſe Auguſto circa finem. Folia ejus ſunt amara, aromatici ſaporis, ad allium parum accedentis, ſunt aperitiva & reſolutiva, cum fructu adhibetur infuſio ejus in vino, cujus hauſtus ſingulis quatuor horis exhibetur Hiſt. Plant. Paris. ſtomachum roborat, vermes pellit, urinam ciet, utilis in Jctero & febribus intermittentibus juxta Tragum.

*. *Chamæmelum vulgare Leucanthemum Dioſcoridis C. B. Pin.* 135. Chamæmelum vulgare, amarum J. B. 3. 116. Chamæmelum vulgare Dod. Pempt. 257. *Camomille*, Camillen / Apothecker Camillen / edle Camillen. Flor. Maj. Jun. Jul. & Octobri iterum haud raro, auf den Ackern bey der Carthauß / und vor dem Steineſtraß- und Cronenburgerthor. Flos radiatus, petala alba, diſcus luteus, floſculi hermaphroditi; ſemifloſculi feminei aut nullius generis, ovarium nudæ inſidet placentæ, caules & rami foliis laciniatis inſtructi, calyx ſquamoſus, folia tenuiter diſſecta. odor gravis aromaticus, ſapor amarus, nauſeoſus. Abundat ſale volat. oleoſo. Vulgari chamæmelo nil uſitatius in balneis, cataplaſmatibus, clyſteribus; emollit, dolores lenit, in colica nephritica, in ſpaſmis, in doloribus poſt partum, maturat, menſes & urinam movet. Pulvis florum Chamæmeli æque feliciter febrim intermittentem curat ac China Chinæ, ſed eſt magis ingrati ſaporis, convenit ubi ſumptibus parcendum eſt, in Scotia atque Hybernia multum in uſum trahitur, jam olim à Dioſcoride fuit adhibitus in hoc caſu, Hiſt. Plant. Paris. quando miſcetur cum ſale armoniaco pulveriſato, & inter duo ſegmenta tenuia panis madefacti ex cocheari aſſumitur, fit remedium magnarum virium ad quasvis intermittentes febres, uti me experientia docuit, inprimis ſi Chamæmelum nobile, odoratius in uſum trahatur, quod tantum in Hortis creſcit. Decoctum ejus valde ſalſum. Sim. Pauli.

*Chamæmelum inodorum. C. B. Pin.* 135. Chamæmelum inodorum, ſive cotula non fœtida J. B. 3. 120. Cotula Tabern. Jcon. 21. Rindsaug / Camillen ohne Geruch. Flor. Majo, Junio, & Octobri iterum in locis minus aridis & ſiccis, auf dem Glacis bey dem Cronenburg; auf den Ackern

bey

bey Oſswald ; zwiſchen Lingelsheim und Enſisheim. Non eſt expers omnis odoris, infuſum in aqua calida utile ad leniendos dolores hæmorrhoidum, Bot. Monſp.

*Chamæmelum foetidum C. B. Pin.* 135. Chamæmelum fœtidum ſive Cotula fœtida J. B. 3. 120. Cotula alba Dod. Pempt. 258. Eſt Anthemis arvenſis, annua, erecta, Chamæmeli Officinarum facie, Abrotani odore, ſapore amaro & acri, flore minore Michel. Nov. Pl. Gen. p. 33. Tab. 30. *Marroute*, *Camomille puante*, ſtinckende Camillen / Krottendill / Hundscamillen. Flor. Jun. auf denen Feldern und Fruchtackern bey Jllkirch. Deſcript. quoque in Bot. Paris. Diſcus eſt luteus, ſemifloſculi albi, exiguis interſtitiis ſeparati, ſemina fulva, canaliculata, diſcus ex floſculis hermaphroditis conſtat, quos circumdant floſculi feminei, calyx ſimplex, in plures lobos ſciſſus.

*Chamænerion latifolium, vulgare, Inſt. R. Herb.* Lyſimachia Chamænerion dicta, latifolia, C. B. Pin. 245. Lyſimachia ſpecioſa quibuſdam, Onagra dicta ſiliquoſa J. B. 2. 2. 906. Onagra Lugd. 865. Eſt Chamænerion Eyſt. Weiderich / breitblätteriger Schottenweiderich / groſſe Weiderichröslein. Flor. Jun. Jul. & Auguſt. an der Jlle gegen Oſswald ; in dem Stattgraben bey dem Cronenburger und Fiſcherthor / ubi altiſſimum & ſpecioſum ſatis provenit, humanam altitudinem ſuperans ; in dem Gebürge hinter Barr ; in monte Ballon vidit J. B. Flos roſaceus ex quatuor petalis conſtans, calyx cylindriformis, fructus in quatuor loculamenta diviſus, quadrifariam dehiſcens, ſemina pappis inſtructa.

*Chamænerion villoſum, magno flore purpureo Inſt. R. Herb.* Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, magno flore purpureo C. B. Pin. 245. Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, majore flore purpureo J. B. 905. *Lyſimachie rouge*, haarichter Weyderich mit groſſen Blumen. Perenn. flor. Jun. Jul. in dem Oſtwinckel.

*Chamænerion villoſum, majus, parvo flore Inſt. R. H.* Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta major, parvo flore C. B. Pin. 245. Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, flore minore J. B. 2. 906. Lyſimachia ſiliquoſa ij. Tabern. Icon. 855. Perenn. flor. Jun. Jul. in dem XV. Wört an dem Rhein.

*Chamænerion villoſum, minus, parvo flore Inſt. R. Herb.* Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta minor, parvo flore C. B. Pin. 245. Perenn. flor. Jul. hinter Barr wächßt der kleine haarichte Weiderich mit kleinen Blumen.

*Chamænerion glabrum, majus Inſt. R. Herb.* Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, major C. B. Pin. 245. Pſeudo-lyſimachium purpureum 1. Dod. Pempt. 85. Groſſer glatter Weyderich. Perenn flor. Jun. Jul. an Waſſergräben in der Ruprechtsau ; an denen Hecken gegen dem Waſſerzoll über. Eſt Filius ante Patrem Geſn. vocatur ita, quia ſiliquæ prius veniunt quam flores.

*Chamænerion glabrum, majus, flore albo Inſt. R. Herb.* Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, major, flore albo C. B. Pin. 245. Eſt Lyſimachia ſiliquoſa Lob. flore albo Tab. In aquoſis vidit C. B.

*Chamænerion glabrum, minus Inſt. R. Herbar.* Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, minor C. B. Pin. 245. Lyſimachia minor Tabern. Icon. 854. **Klein Weiderich.** Perenn. Flor. Jul. **an feuchten Orten in dem Oßwald;** ad rivulos paſſim.

* *Chamæpitys lutea, vulgaris, ſive folio trifido* C. *B. Pin.* 249. Chamæpitys vulgaris, odorata, flore luteo J. B. 3. 295. Ajuga, ſive Chamæpitys mas Dioſcoridis Lob. Icon. 282. *Ivette*, **Erdpin / Hertzkraut / Feldcypreß / Schlagkräutlein /** flor. Jul. **auf den Ackern bey Oßwald; auf ſandigten Orten in der Ruprechtsau.** Icon quoque in Rivino. Flos monopetalos, unilabiatus, galeæ loco denticuli, barba trifida, ſegmento medio bifido, ſemina oblonga. folia anguſta, trifida. Flores ſparſim in alis foliorum naſcuntur, non verticillatim, odor plantæ reſinoſus ſicut pini. Abundat ſale volatili oleoſo aromatico, hinc efficax in affectibus frigidis, ejus infuſio in vino vel aqua calida debita doſi, in impedito ſpirituum & lymphæ motu in cerebro, eſt etiam diuretica & menſes movet.

* *Chelidonium majus vulgare* C. *B. Pin.* 144. Chelidonia J. B. 3. 482. Chelidonium majus Dod. Pempt. 48, *Chelidoine, ou grande Eclaire*, **Schöllkraut / Schwalbenkraut / Schöllwurtz.** Flor. Majo uſque ad Jul. **an denen Zäunen in der Ruprechtsau.** Flos cruciformis, caducus, ſiliqua unicapſularis, ſemina rotunda, calyx bifolius, radix croceo ſucco turgida, tota planta vulnerata emittit ſuccum luteum acrem ſola inter omnes alias. Radicis recentis fruſtulum in Spiritu vini infuſum valide purgat, ſi cochlear unum ter de die ſumatur, mane à meridie & veſperi per plures dies. Succus ex foliis conciſis cum vino miſtus exigua quantitate nimis violenter agit. Applicatur hæc radix contuſa clavis pedum, poſtquam in aqua calida bene emolliti fuerunt, vel ſuccus bis vel ter de die illitur, dum interea ſponte ſiccatur. Folia Chelidonii contuſiones equorum & excoriationes ſanant illorum. Infuſio radicis debita doſi exhibita militibus, bajulis, ruſticis febrim curat, & copioſam urinam expellit. Succus ſaporem & odorem habet nauſeabundum, amarum.

*Chenopodium, Pes Anſerinus I. Tabern. Icon.* 427. Atriplex dicta Pes Anſerinus J. B. 2. 975. Atriplex ſylveſtris, latifolia C. B. Pin. 119. *Pate d'Oye*, **wilde Melden / Gänßfuß / Schweinstod / Sauplag.** Eſt Atriplex lethalis Fabri ſtrychnomonon p. 31. n. 22. Suibus præſentiſſimum venenum. Floret Jun. Jul. **an tieffen Wegen um Schiltigheim; an denen Zäunen in der Ruprechtsau; an denen Wänden der Gärten und an Miſtſtätten.** Calyx multifidus, capſula ſeminis quaſi ſtelliformis, ſemen orbiculatum planum, folia ſinuata, flos apetalos, ſtamineus.

Cheno-

*Chenopodium, Pes Anſerinus II. Tabern. Icon.* 428. Atriplex ſylveſtris latifolia, acutiore folio C. B. Pin. 119. Atriplex dictus Pes Anſerinus alter, ſive ramoſior J. B. 2. 976. Breite Waldmelde / Gänſsfuß / Schweintodt. Flor. Jul. ibidem in fimetis, an den Mauren.

☉ *Chenopodium ſylveſtre, folio ſinuato, ſaturate virente, ſpica rubra Moris H.* Melte mit ſattgrünen außgeſchweifften Blättern. Flor. Jul. an einem ſumpfichten Ort neben Schiltigheim gegen dem Waſſer. Eſt Atriplex ſylv. Dod.

☉ *Chenopodium Stramonii folio Bot. Paris. Tab. VII. fig.* 2. ubi Icon elegans. Flor. Jul. zu Jllkirch im engen Weg gegen dem Waſſer / auf einem abhängigten Ort an dem Wall bey den Thürnen. Eſt Blitum ſ. Atriplex pes Anſerinus dicta, Stramonii acutiore folio, racemoſum Plucken. Mantiſſ. 32. Folia in longiſſimum mucronem procurrunt. Rajus.

*Chenopodium folio ſinuato candicante Inſt. R. Herb.* Atriplex ſylveſtris folio ſinuato candicante C. B. Pin. 119. Atriplex ſylveſtris J. B. 2. 972. Tabern. Icon. 426. Wilde Melde mit weißglänzenden Blättern. Flor. Jun. ad Aug. in denen Gräben neben der Landſtraß vor dem Weißenthurn / an den Miſtſtätten. Hujus varietas eſt.

⊛ *Chenopodium folio oblongo integro Dillen. Cat. Pl. Giſſ. p.* 154. & Append. p. 62. Flor. Jul. Aug. unter der Frucht gegen Oßwald; in den Gärten auf dem Schießrein.

*Chenopodium fœtidum Inſt. R. Herb.* Atriplex fœtida C. B. Pin. 119. J. B. 2. 974. Vulvaria Tabern. Icon. 428. Stinckende Melde / Schamkraut. Flor. Jun. an den ſalpetrichten Mauren in der Statt / in dem Bruch / bey Claus in undis; Vor dem Metzgerthor bey den Ställen; gegen dem Grünenberg über oder alten Arbogaſt copioſe. Folia polline argenteo aſperſa. Puſilla planta hæc tetro ſuo odore ſe facile ab aliis diſtinguit, Exhalat opaca mephitim. Stimulat canes ad urinandum & ad venerem, iidem canes urina commaculant veſtes illorum, quibus hæc plantula affricatur, & odore ſuo allicit omnes alios in vicinia. Clariſſ. Tournef. tincturam cum ſpiritu Vini præparatam exhibet in ſuffocatione hyſterica utilem. Vocatur quoque Majorana Veneta. Eſt Garoſmos Dod. Tragi Canina, Italis Connina, eſt Herbariorum ludus.

☉ *Chenopodium latifolium, minus ramoſum, florum petiolis longiſſimis, ex foliorum alis confertim enaſcentibus Buxbaum Enumerat. Plant. Hallens. cum figura, pag.* 69. *Flor. Aug.* in trockenen Gräblen in Schiltigheim. Eſt Atriplex vulgaris ſinuata, ſpicata Plot. apud Rajum in Hiſt. 198.

*Chenopodium anguſtifolium, laciniatum, minus Inſt. R. Herb.* Atriplex anguſtifolia, laciniata minor J. B. 2. 972. Miſtmelde / Flor. Jul. & Aug. an den Miſtſtätten bey dem Metzgerthor / und an den Wegen.

*Chenopodium folio triangulo Inſt. R. Herb.* Lapathum unctuoſum folio triangulo C. B. Pin. 115. Bonus Henricus J. B. 2. 965. Tota bona Dod. Pempt.

Pempt. 651. *Bon Henri*, *Epinat ſauvage*, guter Henrich / wilder Feldſpinat. Eſt Lapathum unctuoſum Munting. Hiſt. ubi figura elegans p. 690. Fig. 292. Perenn. Flor. Jun. Julio ad Auguſtum, an denen Gärten und Zäunen in der Ruprechtsau; auf dem Schleßrein copioſe.

*Chenopodium folio laciniato, coma vireſcente Inſt. R. Herb. Arroche ſauvage*, Wilde Melde. Flor. Jul. Aug. ad ſcrobes; an Gräblein in Niederhausbergen; in ruderatis.

*Chenopodium Betæ folio Inſt. R. H.* Blitum polyſpermon à ſeminis copia. C. B. Pin. 118. Blitum erectius, ſive III. Tragi J. B. 2. 967. Blitum ſylveſtre Cam. Epit. 237. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 187. Fiſch-Melden / wild Mayer. Flor. Jun. Jul. ad Aug. in agris cultis Vor dem Spitalthor an der Landſtraſſen; vor dem Metzgerthor bey den Miſtſtätten. Caulis ramoſus, & foliis denſe ſtipatus ſtatim ubi è terra prodit, pedem cum dimidio altus, ſtriatus, ex alis foliorum ſecundum totum caulem flores emergunt, calyx viridis, quinquefidus, ſtamina albida, apices lutei.

*Chondrilla Juncea, viſcoſa, arvenſis, quæ prima Dioſcoridis C. B. Pin.* 130. Chondrilla juncea, viſcoſa, arvenſis Tabern. Icon. 178. Chondrilla viminea J. B. 2. 1021. Deſcript. in Bot. Paris. *Chondrille*, Condrillenkraut / klebrichte Ackerchondrillen. Perenn. Flor. Jun. Jul. bey Marckelsheim auf den Brachfeldern; an denen Ackern in dem XV. Wört gegen dem Rhein; in agris circa Hünningen & ad ripam Rheni in còpia obſervavit C. B. Eſt Chondrilla Cichoroides Dillen. Eph. Nat. Cur. Cent. V. & VI. App. 61. Tab. IX. Eſt Chondrilla prima Dioſcoridis Col. Phytob. 9. 10. 11. Flos ex undecim ſemifloſculis ſuperne luteis, calyx cylindraceus, ſtriatus, uſque ad baſin diviſus in octo partes, ſemina oblonga, ſtriata, quinque radiis tenuibus inſtar coronæ inſtructa, in cujus medio inſidet criſta pappoſa; folia inferiora Hedypnoidis, flores ſecundum vimeneos caules, non tantum in extremis ramulis.

*Chondrilla Sonchifolio, flore purpuraſcente major Inſt. R. H.* Lactuca montana, purpureo-cœrulea, major C. B. Pin. 123. Lactuca ſylvatica, purpurea J. B. 2. 1005. Sonchus montanus purpureus τετραπέταλον Col. Part. 1. 244. Waldlattich / wild Sonchenkraut. Perenn. flor. Aug. Sept. in denen ſchattichten Gebürgen gegen Hochfeld / hinter Barr; in dunckelen Wäldern bey Rappolſtein; und oberhalb Duſenbach hinter Rappolswiher occurrit; circa Masmünſter & Rotenburg abundare vidit illam J. B. in monte Waſſerfall C. B.

*Chondrilla Sonchi folio, flore purpuraſcente, minor Inſt. R. Herb.* Lactuca montana purpureo-cœrulea, minor C. B. Pin. 123. Sonchus lævior, Pannonicus, IV. purpureo flore Cluſ. Hiſt. CXLVII. blaue Condrillen. Perenn. Flor. Aug. Sept. in feuchten Steinklüfften zwiſchen Heiligenſtein und St. Ottilien. Flos ſemifloſculoſus, caule tubulato ac cylindriformi comprehenſus, ſemen pappis inſtructum, oblongum.

*Chon-*

*Chondrilla Sonchifolio, flore luteo pallecescente Inſt. R. Herb.* Sonchus lævis, laciniatus, muralis, parvis floribus C. B. Pin. 124. Lactuca ſylveſtris murorum, flore luteo J. B. 2. 1004. Sonchus ſylvaticus iiij. Tabern. Icon. 194. **Gelbe Chondrillen / Waldſonchenkraut.** Perenn. Flor. Jul. Auguſt. Septembri **in dem Jllkircher Wald; in dem Gebürg hinter Heiligenſtein in dunckelen Waldungen; zu Niederbrunn an dem Bach auß denen Mauren.** In muris vix ad duarum ſpithamarum altitudinem accedit, in ſylvis umbroſis & montoſis inſignem magnitudinem acquirit, imo tot ulnarum, **auf dem Hochgebürg Niedeck bey dem alten Schloß; in den Reben bey Barr / und oberhalb Duſenbach/ im dunckeln Wald des Rappolſteiner Gebürges**; in ſylva circa Hünningen reperit C. B.

*Chriſtophoriana vulgaris, noſtras, racemoſa & ramoſa Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 5. 8. Aconitum racemoſum an Actæa Plinio C. B. Pin. 183. Chriſtophoriana Dod. Pempt. 402. St. **Chriſtoffelskraut / ſchwartze Nießwurtz** noſtratibus. Perenn. Flor. Majo, Jun. fructus maturi Aug. **zu oberſt auf dem Ungersberg in der Waldung** copioſe; **und in dem Wald bey Otmarſen auf der Hart.** In pluribus ad Rhenum locis provenire hanc plantam J. B. annotat; in ſylvis ad Rhenum ſitis Tabernæm. In Muteto C. B. Eſt venenata Chriſtophoriana, ſaporis & odoris viroſi, quam nonnullæ mulierculæ rhizotomæ peſſime pro radicibus hellebori nigri vendunt. Flores roſacei, fugaciſſimi, petalis eleganter crenatis ornati, & calice pariter colorato cincti, ſtaminibus copioſis referti, fructus mollis, bacca ovata, ex altero latere ſulco exarata, ſemina duriuſcula, depreſſa, gemino ordine ſibi ſuper incumbunt. Flor. Jenenſ. corr. p. 74. & 75.

*Chryſanthemum folio minus ſecto, glauco J. B.* 3. 105. Bellis lutea, foliis profunde inciſis, major C. B. Pin. 262. Chryſanthemum ſegetum Lob. Icon. 552. **Ackergoldblumen.** Eſt Chryſanthemum Tab. Flor. Jul. & Aug. **auf denen Ackern unter der Frucht bey Oßwald; bey Jllkirch auf gebauten Feldern.** Flos radiatus, calyce ſemiſphærico & ſquamoſo comprehenſus, folia Chamæmeli diſſecta.

*Chryſoſplenium foliis amplioribus auriculatis Inſt. R. H.* Saxifraga rotundifolia aurea C. B. Pin. 309. Saxifraga aurea C. B. Pin. 309. Saxifraga aurea Dodonæi J. B. 3. 707. Saxifraga aurea Dod. Pempt. 316. **Gulden Miltzkraut / gulden Steinbrech / rauch Mondkraut.** Eſt Saxifraga aurea H. Eyſt. F. 6. Fig. 5. Perenn. Flpr. April. Majo **auf dem Gebürge hinter Otterot / bey der Seegmühl; auf dem Gebürge gegen Hochfeld** copioſe **an feuchten Orten wo Bächlein abrinnen.** Folia ſpecioſa aurea illa non decidunt, ſed tandem viridia fiunt: & ad plantulæ marcorem uſque ſuperſunt; unde illa Clariſſ. Dillenius potius pro calice colorato habet, & florem dicit apetalum, quem Tournefortius monopetalum facit. Flos igitur monopetalus eſt rotatus multifidus, & calycis expers, quem alii

dicunt apetalum octo ſtamina habentem, & calycem quadripartitum; fructus eſt capſula membranacea, bicornis, bivalvis, ſemina exigua. Hæc planta pro venenata habetur, ob acrimoniam qua pollet. Flor. Jen.

*Chryſoſplenium foliis pediculis oblongis inſidentibus Inſt. R. Herb.* Saxifraga aurea, foliis pediculis oblongis inſidentibus Raji Hiſt. 20. 7. Floret ibidem Majo, **und an ſchattichten Orten bey Quellen hinter Haßlach / gegen Niedeck.** In locis opacis luxuriat; ſolis radiis expoſitum, in totum marceſcit.

*Chryſoſplenium foliis minoribus, ſubrotundis Inſt. R. H.* Saxifraga rotundifolia aurea minor montis aurei H. R. Paris. Flor. April. Majo **bey dem** St. **Otilienbrunnen; bey der ſchwartzen See / oberhalb** Peris **an dem Bach** copioſe.

* *Cichorium ſylveſtre ſive officinarum C. B. Pin.* 125. Cichorium ſylveſtre. Picris Dod. Pempt. 635. Cichorum ſylveſtre J. B. 2. 1007. *Chicorée ſauvage*, **wild Wegwart / Sonnewend.** Perenn. flor. Jul. Aug. **neben der Landſtraß vor dem Spithalthor / und neben den Ackern gegen Jllkirch.** Eſt planta ſoliſequia etiam turbido cœlo, oriente ſole ſe aperit, occidente claudit. Cichorium ſativum C. B. tantum cultura differre Vaillantius confirmat in Bot. Paris. Flos ſemifloſculoſus, calyce comprehenſus, qui velut in capſulam abit, ſeminibus fœtam angulatis, umbilicatis, & in ſummitate crenatis. Maxima foliorum pars quaſi immediate adhæret cauli ſecundum longitudinem ejus. Radix eſt aperitiva, in variis præprimis hepatis obſtructionibus mire prædicatur. In Officinis proſtat Syrupus Cichorii ſimplex & compoſitus.

*Cichorium ſylveſtre flore roſeo C. B. Pin.* 126. **Vor dem Weiſſenthurn an der Straß; zwiſchen Obernäh und Schlettſtatt** vidit Tabern.

*Cichorium ſylveſtre flore albo C. B.* Perenn. Flor. Jul. Aug. **bey der Lohmühl oberhalb der Stadt.** Rarius occurrit.

⊙ *Cichorium ſylveſtre platicaulon Botan. Paris. & C. B.* Cichorium monſtroſum, caule lato Th. Bart. in A. M. D. Vol. 2. obſ. 130. Inveni aliquando hanc varietatem **bey Gemar** unius palmæ latitudinem ſuperantem.

* *Cicuta major C. B. Pin,* 160. Cicuta Dod. Pempt. 461. J. B. 3. Part. 2. 175. *Cique*, **Schierling / groſſer Wüterich / Dollkörfel / Dollkraut.** Floret Julio **an denen Ackern vor dem Spithalthor / an den Hecken gegen Eckbolßheim.** Eſt Cicuta Rivini, planta frequentiſſima, caule maculoſo cavo, narcotica & venenata atque diuretica ex fortiſſimis. Flores roſacei umbellati, petala bifida, cordiformia, inæqualia, fructus fere globoſus, ſemen breve ex rotundo acuminatum, ſtriatum admodum & aſperum, dum viret, folia minutim multumque diviſa, qualitas deleteria. Remedium hominibus vomitus, vinum generoſum, lac. Pulverem radicis Cicutæ in febribus malignis & quartana ad ſcrupulum

pulum unum, ante paroxyſmum exhibitum omnibus diaphoreticis antecellere Boyle contendit, ſed experimentum periculoſum. Cicuta ſanguinem diſſolvit, & vehementer irritat fibras ſtomachi atque inteſtinorum, excitat ante mortem ſyncopen, deliria, convulſiones, bruta etiam animalia in ſtuporem & ſomnum profundiſſimum conjicit, ſi illam forte incautius cum aliis devoraverint, anſeres exinde in furorem abripi Mathiolus teſtatur. Feminam primariam, quæ forte inter paſtinacas radicem cicutæ comederat, in tantam mentis alienationem & Oeſtrum venereum abreptam fuiſſe, ut adſtantes omnes ad coitum invitaret, Boccone affirmat. Folia externe applicata tumores ſcirrhoſos reſolvunt, contuſa & calide applicata. In officinis proſtat Emplaſtrum de Cicuta. Folia cum lacte cocta, hæmorrhoidibus applicantur feliciter.

⊙ *Cicuta major, caule non maculato, ſeminibus cinereis Raji.* Hiſt. 3. 257. Vor dem Judenthor in einer Redoute; auf dem Hochgebürg Hochfeld copioſe. Semen hujus Cicutæ, in priori loco repertum, digitis tritum, odore ſemen fœniculi ſpirat, eumque per plures annos aſſervatum exacte refert, an in omnibus hujus ſpeciei individuis hoc ipſum quoque obtineat, ulterius obſervandum. Semen hujus cicutæ ad ſemen aniſi accedere annotat Tabern.

*Cicuta minor Petroſelino ſimilis* C. B. Pin. 160. Cicutaria Apii folio J. B. 3. Part. 2. 179. Cicutaria fatua Lob. Icon. 280. Peterſilgenſchierling/ Hundspeterlein/ Gleißpeterlein/ Krottenpeterlein/ klein Schierling. Flor. Jul. Aug. Interdum in dumetis inſignem magnitudinem acquirit, dodrantalis hæc planta, diſtinguitur caule rubro à Petroſelino, & eſt venenata. Eſt Cynapium Rivini. Flos pentapetalus, umbellatus, petala cordata, ſemina ſtriata.

*Cicutaria latifolia fœtida* C. *B. Pin.* 161. Seſeli Peloponenſe Mathioli, ſive Cicutaria quorundam J. B. 3. Part. 2. 184. Cicutaria latifolia, fœtidiſſima, perperam ſeſili Peloponenſe quorundam Lob. Jcon. 733. & obſerv. 423. Stinckender Schierling. Floret Jun. Jul. vor dem Metzgerthor/ an dem Gatter zu dem Chemin couvert; und bey Jllkirch/ wie man in den Wald hinein gehet rechter Hand; in der Ruprechtsau in einem feuchten Ort neben einem Gräbel; in fimetis Sundgoviæ illam obſervavit C. B. Rarius alias occurrit. Eſt Cicuta latifolia, fœtidiſſima Moris. Umbell. 18. Hiſt. 3. 291. Flores roſacei umbellati, albi, ſemina craſſa, longa, quaſi lunata ſunt & valde ſtriata, caulis craſſus, cavus, geniculatus, folia Myrrhidis Cicutæ majora, nigra, pinnata, valde diviſa, radix admodum craſſa, longa. Tota planta vel tantillum contrectata, virus exhalat, vix eluendum.

*Circæa Lutetiana Lob. Icon.* 266. Solanifolia Circæa dicta major C. B. Pin. 168. Ocimaſtrum verrucarium J. B. 2. 977. Deſcript. quoque in Botanico Paris. Perenn. flor. Jul. in den Hecken gegen Oßwald bey der Brü-



cken;

cken; in den Gräben gegen Eckboltzheim. Flos eſt dipetalos, uniformis, petala bifida, flos ſtaminibus binis præditus, in ſpicam digeſtus, unicus quoad characterem in hac Provincia Alſatiæ, Fructus pyriformis hirſutus, aſper, in duo loculamenta diviſus, in ſingulis ſemen unicum, oblongum, lappaceum, calyx bifolius, caducus, folia integra, alterna Solani. Eſt Circæa H. Eyſt. Æſt. o. 3. T. 7. fig. 1.

*Circæa minima Col. Part.* 2. 80. Solanifolia Circæa Alpina C. B. Pin. 168. Mor. H. 2. 617. Perenn. flor. Auguſto in den Waldungen gegen Hochfeld auf umgefallenen Bäumen. Radix eſt valde repens.

*Cirſium acaulon flore purpureo Inſt. R. H.* Carlina acaulos minore purpureo flore C. B. Pin. 380. Chamæleon exiguus Tragi J. B. 3. 62. Carlina minor purpureo flore Cluſ. Hiſt. CLVI. Perenn. flor. Aug. Septembri in der Ruprechtsau unter den Lindenbäumen; gegen der Gansau; vor dem Wickhäuſel gegen dem Gartner Feld. Flos floſculoſus, multifidus, calyce ſquamato comprehenſus, ſemen pappis inſtructum, folia aculeis mollioribus & brevibus munita.

*Cirſium arvenſe, Sonchifolio, radice repente, flore purpurpuraſcente Inſt. R. H.* Carduus vinearum repens, ſonchifolio C. B. Pin. 377. Ceanthos Theophraſti Col. Part. I. *Chardon aux Anes*, Haberdiſtel / Ackerdiſtel. Perenn. flor. Jul. Aug. an denen Gräben und Landſtraſſen vor dem Weiſſenthurn; gegen Oßwald an den Ackern / paſſim juxta vias & in ſatis importune repit. Flores hujus Cirſii odore & fragrantia ferè æquant flores Cyani Turcici moſchati.

*Cirſium arvenſe, Sonchifolio, radice repente, flore albo Inſt. R. H.* Perenn. flor. Jul. Aug. Vor dem Spithalthor an der erſten Brücken; an der Landſtraſſen gegen dem Wickhäuſel copioſe, gegen Oßwald bey der letzten Brücken. Haberdiſtel mit weiſſen Blumen.

*Cirſium arvenſe, Sonchifolio, radice repente, caule tuberoſo Inſt. R. Herb.* Carduus vinearum repens, ſonchifolio, floribus albis, caule tuberoſo, qui Hæmorrhoidalis Pariſienſum H.R. Par. Haberdiſtel mit Knollen an dem dem Stengel. Perenn. flor. Jul. Aug. in dem XV. Wört copioſe; in dem Gansauer Wald auf einer Inſul/hinter des Förſters Hof copioſe. Eſt varietas præcedentium, nec ſpecie differt ab illis. Tubercula hæc à punctura inſecti cujuſdam, & hinc ſucco nutritio, ex læſis fibris exſudante, proveniunt. Tuberculum unicum, veſtibus inditum, hæmorrhoidum fluxum cohibere, doloreſque mitigare, ſunt qui ſibi perſuadent.

*Cirſium pratenſe, Aſphodeli radice, foliis tenuiter inciſis Inſt. R. Herb.* Carduus pratenſis Aſphodeli radice, foliis profunde & tenuiter laciniatis C. B. Pin. 377. Jacea aculeata ſeu Tuberoſa Tabern. Jcon. 154. Stachelkraut / ſtechend Flockenkraut / Steichguntzel. Perenn. flor. Jun. in der Ruprechtsau neben den Hecken; in dem Riet zwiſchen der Jll und dem Rhein/ bey Schönau.

*Cirſium*

*Cirſium pratenſe, polycephalon, vulgare Inſt. R. Herb.* Carduus paluſtris C. B. Pin. 377. Prodr. 156. Perenn. flor. Jul. Auguſto locis herboſis & paluſtribus **bey dem Rhein-Ziegeloffen; auff feuchten Matten bey dem Maurhoff/ gegen Oſwald.** In pratis Michelfeldenſibus C. B. obſervavit. Flos corona caret, ſquamæ integræ, ſemina albida, lævia, & papposa.

*Cirſium anguſtifolium* C. B. *Pin.* 377. *Prodr.* 155. Caulis cubito altior, ramoſus, pediculi nudi, oblongi, capitulum in ſingulis unicum, flos rubens, ſemina papposa. Ad radicem folia anguſta, in ambitu raris aculeis prædita, in caule non nihil laciniata, aculeis magis exaſperata, in monte **Waſſerfall** legit C. B.

*Cirſium ſingularibus capitulis parvis* C. B. 377. Cirſium foliis non laciniatis, virore Braſſicæ & Macrocaulon J. B. 3. 45. Cirſium tertium montanum Cluſ. Hiſt. CXLIX. Perenn. flor. Jun. & Jul. in fruticetis montis **Waſſerfall** collegit C. B.

*Clematitis ſylveſtris, latifolia, foliis non inciſis Inſt. R. Herb.* Clematitis latifolia integra J. B. 2. 125. Perenn. flor. Jul. **in dem Illkircher Wald.** Flos nudus, tetrapetalos, ut plurimum calycis expers, ſtamina multa villoſa, denſe congeſta in fructu, in quo colliguntur ova ſive ſemina, in tenue capillamentum, quaſi plumatum, deſinentia, folia conjugata. Folia interdum in una ſtirpe inciſa & non inciſa.

*Clematitis ſylveſtris latifolia* C. B. *Pin.* 300. Clematitis latifolia dentata J. B. 2. 125. Vitalba Dod. Pempt. 404. *Liene, Herbe aux Gueux*, **Waldreben mit zerkerfften Blättern/ Lienen/ Gänſemord.** Perenn. flor. Jul. **an denen Hecken im Oſtwinckel/** inter vepres & ſentes frequens, adhæret prætereuntium veſtibus; **an denen Bäumen an welchen es ſich hinauff windet in dem Illkircher Wald.** Eſt Viorna vulgi Lobelii H. Eyſt. Æſt. o. 6. F. 5. Fig. 3. Planta animalibus lethalis, inprimis pennatis, vim urendi habet flore, ſemine, cortice, radice. Aqua exinde deſtillata, ſumme fervida eſt, equi mucoſi, [*morveux*] ſolo odore ad ſternutationem moventur, quando illorum naribus hæc planta offertur, dum ſaccus hac planta repletus collo aut capiti illorum alligatur, ea ratione curantur. Garidel.

*Clinopodium Origano ſimile elatius, majore folio* C. B. *Pin* 225. Clinopodium quorundam Origani facie J. B. 3. Part. 2. 250. Acinos Lob. Jcon. 504. **Groſſe Wirbeldoſt.** Jcon quoque in Rivino. Perenn. flor. Junio **an den Hecken bey der Carthauß.** Flos monopetalos, labiatus, labium ſuperius ſurrectum eſt, ſubrotundum, bifidum, inferius vero tripartitum. Calyx longus, tubuloſus, hirſutus quinquefidus. Flores verticillatim diſpoſiti, ſemina quatuor oblonga.

*Clinopodium arvenſe Ocymi facie* C. B. *Pin.* 225. Acinos multis J. B. 3. Part. 2. 259. Ocymum ſylveſte, Acinos Dod. Pempt. 280. **Steinpoley/ Ackerwirbeldoſten.** Flores ſecundum caules ex alis foliorum exeunt, labii

inferioris ſegmentum integrum, calyx ventricoſus, ſtriatus, collo anguſto, venter turgidior, ſemina parva ſubrotunda. Dillen. Jcon. in Rivino. Flor. Jul. auf den Ackern bey Oßwald; in ſatorum marginibus in der Ruprechtsau. Verticilli in hoc non ſunt adeo denſi, ut in priori Clinopodio & calyx magis ventricoſus, unde peculiare genus exinde quidam conſtituunt.

*Clymenum Pariſienſe flore cæruleo Inſt. R. Herb.* Cicercula ſylveſtris Tabern. Jcon. 500. Lathyrus Viciæformis, ſeu Vicia Lathyroides noſtras Raji Hiſt. 899. Pluck. Phytog. Tab. 71. fig. 2. Flor. Jun. auff feuchten graſichten Orten auff der Krafft oberhalb Blobsheim. Eſt Lathyrus paluſtris, flore Orobi nemorenſis, verni, nondum deſcriptus Ruppii Flor. Jen. ubi deſcript. & Jcon. Flores, fructus, caules ut in Lathyro, folia multiplici conjugatione coſtæ innaſcentia, in claviculam abeunt. Flores antequam exſiccentur, quaſi violacei apparent, folia pinnata, ſemen maculatum.

*Cnicus pratenſis, Acanthi folio, flore flaveſcente Inſt. R. Herbar.* Carduus pratenſis latifolius C. B. Pin. 376. Carduus pratenſis Tragi Lob. Jcon. 11. J. B. 3. 42. Wieſendiſtel / Perenn. flor. Jun. Jul. vor dem Weiſſenthurn an der Breuſch / auff feuchten Wieſen bey Oßwald. Eſt Cirſium Acanthoides flore Ochroleuco Act. Ac. R. Sc. 1718. Flos floſculoſus, multifidus, calyx ſquamoſus, capitulo ſuccincto corona ex foliis plurimis complicatis conſtructi. Semen pappoſum.

*Cnicus pratenſis, Acanthi folio, flore purpureo Inſt. R. Herb.* Flor. Jul. auff feuchten Matten in dem Oſtwinckel. Eſt cirſium Acanthoides pratenſe, flore purpureo Act. Ac. R. Sc. 1718.

*Colchicum commune* C. B. *Pin.* 67. Colchicum J. B. 2. 649. Colchicum Dod. Pempt. 460. *Colchique, mort aux chiens*, Herbſtblumen / Wieſenzeitloſen / Mattenſaffran / noſtratibus Kühdutten. Semina matura fiunt poſt medium Junium anni ſequentis. Perenn. flor. Sept. ultimo autumno, auff feuchten Wieſen bey der grünen Wart; bey Lingelsheim. Flos Liliaceus tenui tubo in terram uſque deſcendit, ubi latet embryo, qui ſequenti vere emergit cum foliis. Gesnerus & Cluſius annotarunt colchici communis flores interdum, prægreſſa hyeme tepidiori, verno tempore offendi. Semina ſubrugoſa vocantur Bettlerläuſe. Flor. Jun. Flos nudus, monopetalus, hexapetaloides, tubi tenuiſſimi forma ex ipſa radice ortus, ovarium fit in ima tubi parte, fructus trigonus, oblongus, trilocularis, fœtus ſeminibus rotundis. Radix gemina, tuberoſa, altera carnoſa, altera fibroſa, eodem involucro obducta. Radix una exterior marceſcens elapſi anni ſterilis, altera plantam fert. Incaute ſumpta radix fungorum more ſtrangulat, & veneni ſumptomata producit. Dioſcorid. etiam flores in vino infuſi hoc præſtant. Remedium præſentaneum eidem dicitur lac.

*Colchi-*

*Colchicum album cum purpuraſcentibus lineis J. B.* 2. 651. Perenn. flor. Septembri auf der Lingelsheimer Nachtweyd.

*Colchicum montanum, anguſtifolium* C. B. *Pin.* 68. Colchicum montanum flore purpureo J. B. 2. 656. Flor. Septembri auf denen Bergmatten hinter Barr. Perenn.

*Convolvulus major, albus* C. B. *Pin.* 294. Convolvulus major J. B. 2. 154. Smilax lævis major Dod. Pempt. 342. *Grand Liſeron*, groſſe weiſſe Winde / weiſſe Zaunglocken / teutſche Scamonie. Perenn. flor. Jun. ad Aug. Septembr. an denen Hecken vor dem Spithalthor; in der Ruprechtsau; in dem Oſtwinckel / plantas omnes amplectitur. Flos albus pentagonus, calyx quinquefidus, duobus aliis foliolis inſtructus, ſemina nigra & anguloſa, aliquando rufeſcentia, flos porro monopetalos campaniformis, ora repanda, fructus membranaceus rotundus in loculos ternos diviſus aut quaternos. Folia alterna, caules ſcandentes, ſuccus lacteus abundans. Eſt convolvulus major, flore albo H. Eyſt. Æſt. o. 13. F. 9. Fig. j. Vim habet catharticam, etiam ipſum ſemen, ſi in aqua decoquatur.

*Convolvulus minor, arvenſis, flore roſeo* C. B. *Pin.* 294. Helxine Ciſſampelos multis, ſive convolvulus minor J. B. 2. 157. Smilax lævis minor Dod. Pempt. 393. *Petit Liſeron*, kleine Kornwinde. Perenn. Flor. Julio auf den Ackeren bey Oßwald / inter ſegetes circa urbem. Aliquando folia auriculata & ſagittæ æmula, oblonga ſunt, tunc eſt ſequens. Flos monopetalos, campaniformis, ora plerumque repanda, fructus ſubrotundo membranaceus, calyce involutus, modo unicapſulari, modo tricapſulari ſæpius. Folia alterna, ſuccus plerumque lacteus, radix repens.

*Convolvulus anguſtiſſimo folio noſtras cum auriculis Pluck. Phytog. Tab.* 24. *Fig.* 3. creſcit an dürren trockenen Orten in dem Oſtwinckel; in dem Urbisthal. Flor. Jul. Perennis.

*Convolvulus minor, arvenſis, flore purpureo, radiis albis picto* C. B. *Pin.* 295. Flor. Jul. auf dem Glacis bey dem Steinſtraſſerthor mit weiſſen Striffen.

*Convolvulus minor, arvenſis flore candido* C. B. *Pin.* 294. Flor. Jul. in arvis bey Illkirch. Radix hujus & præcedentium longe lateque repit ſub terra. Weiſſe Kornwind / & eſt perennis.

*Convolvulus minor, arvenſis, flore albo, cum purpureo umbilico* C. B. *Pin.* 295. Weiſſe Kornwind mit rothem Boden. Perenn. flor. Jul. auf den Ackern bey Oberhaußbergen.

*Coniza major vulgaris* C. B. *Pin.* 265. Conyza major Mathioli, Bacharis quibuſdam J. B. 2. 1051. Deſcript. in Bot. Paris. quoque, *Coniſe, Chaſſe puce, Herbe à punaiſe*, groß Dürrwurtz. Perenn. flor. Jul. Aug. in dem Oſtwinckel; an der Mauren bey dem Spithalthor. Locis alias aſperis & campeſtribus provenit. Flos floſculoſus & multifidus, calyx ſquamoſus, cylindraceus, ſemina pappoſa. Conyza menſes movet, & pulices

ces pellit ex Dioſcor. gravem habet odorem. Hanc plantam bene deſcriptam & bene depictam eſſe apud Columnam monet Clariſſ. Tournefortius ſub nomine Aſteris altera ſpecies Apula, an Bacharis Part. I. 251.

*Conyza Linariæ folio Inſt. R. Herb.* Linaria folioſo capitulo luteo, major C. B. Pin. 213. Helichryſos Tragi, ſive Linaria tertia J. B. 3. 151. Part. I. Lynoſyris nuperorum Lob. Icon. 409. Eſt Chryſocome Dioſcoridis & Plin. Col. I. 81. Eſt Linaria aurea Eyſt. Æſt. o. I. f. I. gulden Leinkraut. Perenn. flor. Jul. ad Septembr. bey Gemar auf dürren / ſandichten Orten. Inter Baſileam & Colmariam vidit J. B locis ſiccis minorem, inter frutices, in ſylvis majorem. Floſculi in quinque partes in ſummo diviſi, apices eorum retroflexi inhorreſcunt quaſi, virides, anguſti, ſemina papposa. Eſt Linaria aurea major & minor Tabernæm. Icon. 825. Coma eſt aurea, caules ſingulares, folia lini modo, alternatim poſita, hæc & anguſta, caulis quaſi in umbellam in ſummo diſponitur, floſculi ſtellati, corymbi lutei bifoliis viri, dantibus obvallati.

*Corallina fœniculi folio breviore Inſt. R. Herb.* Bucca ferrea maritima foliis acutiſſimis Michelii p. 72. Fucus folliculaceus fœniculi folio longiore C. B. Pin. 365. Fucus ferulaceus Lob. Icon. 255. Gramen maritimum fluitans, cornutum C. B. Prodr. 7. Gramen aquæ innatans cum utriculis ſ. Fœniculacea marina J. B. 3. p. 784. Creſcit in dem Rheingieſſen in aquis. Flos apetalus ſingularis, conſtat apice reniformi, & bivalvi, ſed ſterili, & nullo pediculo fulto, in ſpicatum & diſtichum agmen veluti diſpoſito; embryo autem ab ipſo nonnullorum exortu florum exit, deinde abit in fructum ex pluribus capſulis compoſitum, pediculis longis inſidentibus, ac caput aviculæ æmulantibus, quibus continetur unicum tantum ſemen, & ſubrotundum. Icon. in Michel. libro citato Tab. 35. Nov. Plant. Gen. Habeo quoque hanc plantam ex communicatione D. Bürckel.

*Coralloides corniculis candidiſſimis Inſt. R. H.* Muſcus coralloides ſive cornutus montanus C. B. Pin. 361. Muſcus corallinus, ſive corallina montana Tabern. Icon. 810. Erdcorallenmooß / wild Corallenmooß Deſcript. in Michel. Nov. Pl. Gen. p. 209. Figura Tab. 88. Eſt ibi coralloides plantæ genus carnoſum, ramoſum inſtar coralli & læve, in ſuperficie ſeminibus minutis infectum; forma ad corallorum fere naturam accedit, ramoſum, apiculatum; apiculis ſupremorum ramulorum accreſcunt tubercula fungoſa, per maturitatem aperienda, caduca, fœta ſemine tenuiſſimo Boerhave Ind. Pl. Alt. p. 18. Creſcit locis apricis, aridis auf dem St. Otilien Gebürg an denen Felſen Octobri, Novembri. Eſt Lichenoides tubuloſum ramoſiſſimum, fruticuli ſpecie candicans Dillen. Plant. Giſſ. p. 202. Muſcum coralloidem ex muſco viridi terreſtri, ſenſim vi ſolis & lapidum exſiccato ortum trahere veritati conſentaneum

taneum videtur, cum plures reperiantur in monte St. Otiliæ coralloides, quæ de utroque participant, & ex una parte viridi colore ex altera parte candidiſſimo appareant, quales adhucdum aſſervo.

*Coralloides corniculis rufeſcentibus Inſt. R. Herb.* Muſcus terreſtris Coralloides erectus corniculis rufeſcentibus C. B. Pin. 361. Prodr. 151. Viget **hinter Otterot bey der Segmühl an ſteinichten feuchten Orten**; creſcit quoque inter muſcum vulgarem. Eſt Lichenoides tubuloſum ramoſiſſimum, fruticuli ſpecie candicans, corniculis rufeſcentibus Dillen. Cat. Pl. Giſſ. p. 203.

*Coralloides albida Inſt. R. Herb.* Fungus ramoſus albidus J. B. 3. 837. Eſt fungus ramoſus Imperati C. B. Pin. 371. Fungi eſculenti decimum nonum genus Cluſ. Hiſt. Fung. Viget Septembri **in ſchattichten Waldungen gegen Niedeck**. In ſuperficie ſemina minutiſſima hærere celeberrimus Michelius obſervavit. Vocatur Germanice **Geiſſenbart/ Händlenſchwamm /** ingreditur culinas notante **Buxbaum** Plant. Hallenſ.

⊙ *Coralloides apicibus coccineis.* An Muſcus coralloides apicibus coccineis Raji Cat. Pl. Angliæ? quem ad radices arborum dejectarum ſe reperiſſe dicit in uliginoſis locis. Hanc elegantem coralloidem quoque collegimus **in der Ruprechtsau / auff faulen Bäumen ſo zu Boden lagen.**

*Coralloides Cornua Cervi referens, corniculis brevioribus Inſt. R. Herb.* Muſcus coralloides, ſaxatilis, cervi cornua referens C. B. Pin. 361. Lithobryon Coralloides Col. Part. 2. 83. Viget **in den Waldungen gegen Hochfeld auf faulen Bäumen / ſo umgefallen.** Novembri.

*Coralloides Abietina, nivea, procerior Inſt. R. Herb.* Fungus ramoſus, Abietinus, niveus, villoſus, Coralloides Barr. Icon. Fungus ramoſus, Abietinus, niveus Bocc. Muſ. Part. 1. Tab. 304. fig. 2. Fungi ramoſi argentei J. B. 3. 838. Fungus ramoſus, candidus C. B. Pin. 374. **wild Hirſchlinge / Ziegenbart.** Creſcit ibidem **in dem Vogeſiſchen Hochgebürg** Novembri. Eſt fungus noxius.

*Cornus ſylveſtris mas* C. B. Pin. 447. Cornus mas, pumilio Cluſ. Hiſt. 13. *Cornier ſauvage, Cornuillier, Cornouiller,* **wilder Welſchkirſchenbaum.** Floret in fine Februar. & Martio **in dem Jllkircher Wald /** ubi ſatis proceræ etiam arbores reperiuntur in magna copia, quæ à domeſticis ſola cultura differunt. Flores in extremis ramorum ſurculis roſacei multi, lutei, ex centro calycis enati, calyx florem mentiens tetraphyllus, rigidus, expanſus, communis alteri quadrifolio exiguo, acuto ſuppoſitus, baccæ ovatæ, oblongæ, oſſiculo duro fœtæ, carnoſæ, molles, in duo loculamenta diviſæ, nucleis repletæ.

*Cornus fæmina C. B. Pin.* 447. Lob. Icon. 169. Cornus fæmina, putata virga ſanguinea J. B. j. 314. *Sanguin,* **Hartrigel / Cornelſtrauch.** Floret circa finem Maji & Junio **in dem Oſtwinckel; in dem Jllkircher**



**Wald**

Wald. Differt cornus fæmina à corno mare, floribus umbellatim diſpoſitis, & baccis rotundis cortice rubro. Virgis olim ad ſupplicia utebantur ad ſanguinis effuſionem uſque. Baccæ bene maturæ, contuſæ, in aqua coctæ, & torculari impoſitæ, oleum præbent ad lucernas, quod aquæ ſupernatat, dum exprimitur Mathiol. Folia non decidunt. Eſt Oſſea Rivini.

*Coronilla herbacea, flore vario Inſt. R. Herb.* Securidaca dumetorum major, flore vario, ſiliquis articulatis C. B. Pin. 349. Melilotus quinta Tragi J.B. 2. 349. Peltſchen/ Vogelwick. Flos modo purpureus, modo dilute purpureus. Perenn. flor. Jun. Jul. vor dem Cronenburgerthor auf den Ackern; auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor gegen der Citadell. Eſt coronilla flore vario Rivini. Icon quoque in Garidel Hiſt. Tab 25. Flos papilionaceus, fructus ſiliqua ex multis partibus, quaſi articulatione conjunctis compoſita, quarum ſingulæ ſemine turgeſcunt oblongo.

*Coronopus Neapolitanus, tenuifolius Col. Part. j.* 258. Coronopus laciniatus ejuſd. P. 2. 7. Eſt coronopus ſpontaneus J. B. 3. 509. Coronopus ſylveſtris hirſutior C.B.Pin. 190. Cornu cervinum, *Corne de cerf ſauvage, Pied de corneille*, wilder kriechender Krähenfuß. In Hortum translatus ab Hortenſi non differt. Flor. Jul. Rarius occurrit apud nos. Tragus illum reperit inter ſegetes Alſatiæ, in arvis. Figura prima p. 36. averſa parte extat ibidem. Sit Coronopus ſylveſtris, ſive Serpentina Dod. L. 5. C. 47. p. 669. Flos & Fructus & Spica ut in Plantagine, folia anguſtiſſima profunde ſecta. Creſcit alias in Gallia Narbonenſi in celſis montium jugis, & locis aſperis, in Italia.

*Corylus ſylveſtris C. B. Pin.* 418. Lob. Icon. 192. *Noiſetier ſauvage, Noiſetier de bois, Coudrier.* Waldhaſelſtaud / Haſelſtrauch / Haſelhecke/ Häßlen. Florum marium amentaceorum, plurimis foliolis conſtantium, quibus multi ſubſunt apices, initia protrudit brevi, poſtquam fructus ceciderunt, menſe Septembri, Octobri in denen Wälden und Hecken um die Stadt; in dem Oſtwinckel copioſe, quo nempe tempore in conſpectum veniunt Juli, die Häßlenzapffen / hyeme augentur, circa finem Februarii & Martio matureſcunt, flaveſcunt, dehiſcunt, & erumpentibus foliis à ventis & pluviis in auras abripitur eorum pulvis, pallide luteus. Cum Juli incipiunt flaveſcere eodem menſe Februario, & duobus prope menſibus ante folia, prodeunt gemmæ, ſive flores fæminei, primi inter omnes arborum flores, aliis in locis à julis remotis, in eodem frutice, & iiſdem ramis, cum cirrhis coccineis, ſive filamentis ſuave rubentibus, ſtylis aut tubis ſcilicet tenellis embryonibus, fructusque futuri rudimentis. Hiſce ſtylis à pulvere vel halitu fœcundante Julorum ſatis impprægnatis, & tandem evaneſcentibus, mox tenelli fructus erumpunt. Ex horum embryonum numero, & hac ſpe futuri fructus præſagium deſumi poteſt, de parciore vel copioſiore nucum pro-

proventu. Dillen. Fructus albus, rotundus, minor, maturus eſt teſta oſſea, ſubrotunda, nucleum condens carnoſum, arcte obducta calyce foliaceo. Nuclei avellanarum toſti ſalubriores non toſtis. Paratur ex non toſtis avellanis emulſio ad lubricandas vias urinarias, & expellendas arenulas calculoſorum efficax.

⊙ *Corylus ſylvatica, latiore folio, virgis rectioribus, & minus ramoſis Dillen. Cat. Pl. Giſſens. Append.* Haſelſtaud mit breiten Blättern Creſcit in dem Oſtwinckel / viget menſe Febr. Martio. Intelligitur autem hæc Corylus ſibi relicta, cum vulgaris in ſepibus à frequenti tonſura, & caprarum morſu, humilior, magis ramoſa, & tortuoſa ſit. Noſtrates diſtinguunt inter weiß Häßlen Holtz und roth Häßlen Holtz. Prioris cortex, cinereus, albicans, poſterioris rubet; differunt tantum ratione ætatis, nam lignum cujuſvis coryli ſylveſtris eſt rubrum, adulti vero & ætate grandioris album.

*Cratægus folio ſubrotundo, ſerrato, ſubtus incano. Inſt. R. Herb.* Alni effigie lanato folio, major C. B. Pin. 452. Sorbus Alpina J. B. 1. 65. Aria Lugd. 202. *Alizier*, wilder Sperberbaum / Vogelbeer / Mehlbeer. Flor. Majo auf dem Gebürg und Waldungen bey Beſort; bey Lützelburg oberhalb Otterot in Rupium fiſſuris, bey Niedeck; es ſtehet allhier ein Baum davon auf dem St. Johannis Wall in der Statt unter den Lindenbäumen. Fructum perficit Septembri, Octobri ſatis gratum, fere inſtar Jujubarum, quo maturo homines veſcuntur, cum è contra baccæ rubræ ſorbi Aucupariæ, etiam Vogelbeer appellatæ, à ſolis avibus in cibum expetantur. Lignum ejus durum admodum eſt, unde etiam nonnulli hanc arborem cum Fraxino humiliori Steinäſchen / confundunt. Flos roſaceus, pentapetalus, fructus umbilicatus, in loculis membranoſis ſemina calloſa continens, folia ſolitaria, non pinnata. Fructus aſſervati non aliter quam jujubæ tuſſes leniunt Bot. Monſpel.

*Cratægus folio laciniato Inſt. R. Herb.* Meſpilus Apii folio, ſylveſtris, non ſpinoſa, ſive ſorbus torminalis C. B. Pin. 454. Sorbus torminalis & Cratægus Theophraſti J. B. j. 63. Sorbus torminalis Dod. Pempt. 803. *Alizier*, Wilde Eſchrößlen / Vogelbeeren / Elſenbeeren noſtratibus, quibuſdam Darmbeer / Arößlen / Arelsbeeren. Deſcript. quoque in Bot. Paris. flor. Majo, Junio bey Blinsweiler nahe an dem Dorff / und in denen Waldungen dabey copioſe; bey Jugweiler in dem Wald / eine Stund von Buchsweiler. Fructus maturi Septembri, Octobri, baccæ racematim diſpoſitæ, molles, ſatis ſuaves, ſemina nigra calloſa, flos pentapetalos, fructus in tot loculamenta diſtribuitur, quot ſunt cornua ovarii, in uno quoque loculo ſemina duo aut tria, lignum duriſſimum, ac cariei minime obnoxium, à Molitoribus & Tornatoribus expeti ſolet.

*Cruciata hirſuta C. B. Pin.* 335. Cruciata Dod. Pempt. 357. Gallium latifolium, Cruciata quibuſdam flore luteo J. B. 3. 717. *Croiſette*, gelb Creutzkraut / Kruſette. Flores in faſciculos collecti, verticillatim caulem ambiunt, in ſummitate caulium, campaniformes, patentes, multifidi; fructus ex gemellis ſeminibus conſtat. Perenn. flor. Majo ad Auguſt. vor dem Spitalthor / an den Gräben der Landſtraſſen; in graſichten Orten in dem Oſtwinckel. Folia 4. decuſſatim ad caulium nodos poſita.

*Cruciata floribus paniculatim naſcentibus Inſt. R. Herb.* Rubia ſemine duplici hiſpido, latis & hirſutis foliis Bocc. Rarior. Plant. 10. flor. Jul. Aug. auf ſumpfichten Wieſen gegen Oßwald. Hanc ſemel tantum ſe reperiſſe in monte Roſsberg prope Maßmünſter J. B. refert. 3. 718. Nos copioſiſſime florentem obſervavimus oberhalb Duſenbach, auf dem Hochgebürg hinter Rappolswihr. Illa prope Oßwald collecta folia habet magis glabra quam hirſuta, vel parum admodum piloſa & aſpera, eſt potius *Cruciata Luſitanica, latifolia glabra, flore albo Inſt. Rei Herbar.* Cruciata minor glabra, flore molluginis albo Bar. Icon. 323. Obſerv. 101. Rubia quadrifolia rotunda lævis C. B. Prodr. p. 145. Aſperula Alpina quadrifolia Flor. Jen. Semina ſubaſpera ſunt, rotunda, folia læviora.

*Cruciata paluſtris alba Inſt. H. R.* Gallium paluſtre album C. B. Pin. 335. Gallium album Tabern. Icon. 151. Weiß ſumpfiсht Waldſtroh. Flor. Majo, Junio in denen Gräben gegen dem Lazareth; in ſumpfichten Orten gegen Oßwald.

*Cruciata minima Inſt. R. Herb.* Flor. Majo, Junio, in einem Graben des XV. Wörts.

*Cucubalus Plinii Lugd.* 1429. Alſine ſcandens baccifera C. B. Pin. 250. Cucubalum quibuſdam, vel Alſine baccifera J. B. 2. 175. Hecken- oder Buſchhünerdarm. Perenn. flor. Jun. Jul. Baccæ molles autumno matureſcunt. Creſcit neben den Ackern gegen Lingelsheim in den Hecken; auf dem Gebürg zwiſchen St. Otilien und Steinthal copioſe. Flos caryophyllæus, petala crenata, calyx membranaceus, fructus mollis ſeu bacca ovata, ſemina reniformia.

* *Cuſcuta major C. B. Pin.* 219. Caſſuta ſive Cuſcuta J. B. 3. 266. Caſſitha Tabern. Jcon. 951. *Cuſcute*, Seidenkraut / groß Filskraut. Deſcript. in Bot. Paris. flor. Jun. Jul. Aug. an denen Hecken bey der Lohmühl oberhalb der Statt; bey Oßwald. Succum nutritium, quem ab initio ex terra, mediante radice recipit, hac brevi pereunte ex plantis vicinis urtica, lupulo, rubo, anonide, quas arcto nexu amplectitur, trahit Tournefort. Hiſt. Plant. Paris. p. 426. unde Planta paraſitica audit. Flos monopetalus, multifidus, fructus membranaceus, ſubrotundus, angulatus, calyx quinquefidus, monophyllus, ſemina minutiſſima. Planta hæc ſemper alias amplectitur. Flores glomerati in capitula rotunda

tunda alba collecti, decem vel plura, quadrifidi, monopetali, calyx fructus unilocularis, ſemina plura, flores non decidunt, lobis radiatis inſtructi. Hujus varietas eſt ſequens, quæ tantum loco natali differre videtur, & ratione Plantarum, quibus adhæret. Aperit, abſtergit & in affectionibus Hypochondriacis præprimis laudatur.

*Cuſcuta minor Inſt. R. Herb.* Epithymum ſive Cuſcuta minor C. B. Pin. 219. Epithymum Tabern. Icon. 357. *Epithim*, **Flachsſeide.** Deſcript. in Botanico Paris. 426. Flor Jun. ad Aug. & Septembrim **auf dem** Glacis **vor dem Steinſtraſſerthor; auf den Ackern an dem Flachs / an der Frucht / an dem Graß /** circa varias plantas ſe volvit, easque tandem ſtrangulat, hinc Epierica, Epigeniſta, Epiurtica dici poſſet. Icon & Deſcriptio accurata ex Moriſono in P. Boccone Plant. rarioribus contenta. Cuſcuta habet ſemen perfectum, quo mediante ſe multiplicat, & ex eodem quotannis ſe renovat.

*Cyanus montanus, latifolius, vel verbaſculum Cyanoides C. B. Pin.* 273. Cyanus Alpinus radice perpetua J. B. 3. 23. Cyanus major Dod. Pempt. 251. **Waldkornblumen.** Perenn. flor. Jun. Jul. **auf dem Wasgauiſchen Gebürg bey Waſſenburg;** Auguſto adhuc florentem vidimus locis herbidis declivibus **auf dem Hochgebürg hinter Rappolswihr / gegen Dusenbach.** Flores floſculoſi, diſſimiles, minores in medio, majores in ambitu, & velut bilabiati, calyx ſquamoſus, non aculeatus, ſemina nuda oblonga, papposa. Flores ſunt cœruleo-purpurei.

* *Cyanus ſegetum flore cæruleo C. B. Pin.* 273. Cyanus hortenſis flore ſimplici ejuſdem. Cyanus flos Dod. Pempt. 251. Cyanus J. B. 3. 21. *Bluet*, **blaue Kornblumen.** Flor. Majo, Junio, **in denen Feldern unter der Frucht.** In collyriis uſurpari ſolet aqua ejus deſtillata.

*Cyanus ſegetum flore albo C. B. Pin.* 273. Cyanus albus Tabern. Icon. 147. **Weiſſe Kornblum mit weiſſem Krantz.** Flor. **auf den Ackern bey Unterhaußbergen.**

*Cyanus ſegetum diſco cœruleo, cum corona candida Inſt. R. Herb.* Cyanus albo flore, umbilico cœruleo H. R. Par. inter ſegetes **gegen Oßwald.**

* *Cynogloſſum majus vulgare C. B. Pin.* 257. Cynogloſſum vulgare J. B. 3. 598. *Langue de chien*, **Hundszung.** Flor. Majo Jun. **bey der Bleich neben dem Waſſerzoll** copioſe **und in der Ruprechtsau.** Eſt planta narcotica. Tragi unguentum ex ſucco cynogloſſi cum melle & Terebinthina paratum, mariſcas & ulcera antiqua, maligna & fiſtuloſa ſanat, uti experientia docuit repetita. Ex hac planta pilulæ de Cynogloſſa ſamoſæ veniunt. Cynogloſſi flores monopetali infundibuliformes & multifidi, fructus ex quatuor capſulis aſperis, veſtium tenacibus, ſemina nuda quaterna, plana, depreſſa. Qamvis hæc planta primo anno ſine caule appareat, annua tamen eſt, quia ſemine perfecto tota perit.

*Cynogloſſum majus, vulgare, flore albo* C. B. *Pin.* 257. Flor. Majo circa finem, eſt vulgo ſatis rara hæc planta, frequentem tamen eam obſervavit Dominus Bürckel, diligens Plantarum indagator, **in der Ruprechtsau bey dem Garten der Herren Jeſuiten /** creſcit quoque **bey Hochfeld** in Alſatia inferiore, ad agri cujuſdam marginem.

*Cyperoides latifolium ſpica rufa ſive caule triangulo Inſt. R. Herb.* Gramen cyperoides latifolium, ſpica rufa, ſive caule triangulo C. B. Pin. 6. Gramen cyperoides cum paniculis nigris J. B. 2. 494. Gramen cyperoides Lob. Icon II. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 458. & in Michel. Nov. Plant. Gen. p. 57. Icon. Tab. 32. fig. 7. Deſcriptionem, diſtinctionem & figuras reliquarum cyperoidum exhibet idem l. c. & Scheuchz. **Groß breit blätterich Cypergraß.** Flor. Majo ad Julium **an Gräben hinter dem Spitalgarten / und an dem Ufer der Jll und der Breuſch.** Cyperoides eſt plantæ genus flore apetalo, plurimis ſtaminibus ex alis ſquamarum, in ſpicam diſpoſitarum, prodeuntibus conſtans, ſpicæ floriferæ & ſteriles ſuperiorem, embryones inferiorem partem occupant, triangularia, in capſula recondita.

*Cyperoides latifolium ſpica ſpadiceo viridi, majus Inſt. R. Herb.* Gramen Cyperoides latifolium ſpica ſpadiceo viridi, majus C. B. Pin. 6. Prodr. 13. J. B. 2. 495. Perenn. flor. Majo, Jun. **an dem Rheingieſſen; an ſumpfichten Pfützen in der Ruprechtsau** Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. 464.

*Cyperoides ſpica pendula, breviore Inſt. R. Herb.* Gramen Cyperoides ſpica pendula, breviore C. B. Pin. 6. Pſeudo cyperus Dod. Pempt. 339. Graminis cyperoidis genus, Pſeudocyperus Lobelio, ſpicis vel paniculis pendentibus ex longis pediculis J. B. 2. 496. **Cypergraß mit hangender Blüthe.** Perenn. flor. Majo, Junio **in dem Ruprechtsauer Wört an dem Rhein; an dem Rheingieſſen** copioſe.

*Cyperoides ſpica pendula longiore & anguſtiore Inſt. R. Herb.* Gramen cyperoides, ſpica pendula longiore & anguſtiore C. B. Pin. 6. Prodr. 13. Perenn. flor. Majo, Jun. **in dem zweyten Stattgraben vor dem Fiſcherthor.**

*Cyperoides paluſtre, aculeatum, capitulo breviore Inſt. R. Herb.* Gramen paluſtre, aculeatum, Germanicum vel minus C. B. Pin. 7. Gramen paluſtre echinatum Lob. Icon. 15. J. B. 2. 497. **Waſſergraß mit ſtachlichten Aehren.** Deſcript. in Scheuchz. p. 426. Perenn. flor. Majo Jun. **auf feuchten Wieſen gegen Oßwald; wo ſich die Breuſch in die Jll ergeuſt.**

⊙ *Cyperoides capitulis Ranunculi Rupp. Flor. Jen. p.* 258. an Cyperoides non aculeatum capitulo breviore Tournef. **an dem Eingang des Jllkircher Walds /** reperit Dn. Bürckel, floret Majo **an feuchten Orten.**

*Cyperoides polyſtachyon, ſpicis teretibus, erectis Inſt R. Herb.* Gramen cyperoides polyſtachyon majus, ſpicis teretibus, erectis Raji Synops.

nops. 265. Gramen cyperoides anguſtifolium, ſpicis longis, erectis C. B. Pin. 6. Gramen paluſtre majus Lob. Icon. II. Perenn. flor. Majo auf feuchten Matten an dem Canal.

*Cyperoides polyſtachyon, lanuginoſum Inſt. R. Herb.* Gramen cyperoides, polyſtachyon lanuginoſum Raji Synops. 265. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 262. Perenn flor. Majo, Jun. auf feuchten Matten zwiſchen Oſtwald und Gravenſtaden / & in agrorum terminis in der Ruprechtsau. Semen Julio maturum.

*Cyperoides veſicarium, glabrum, ſpica pendula longiore Inſt. R. Herb.* Perenn. flor. Jun. Jul. an ſumpfichten Orten bey Illkirch. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 263.

*Cyperoides veſicarium humile, locuſtis rarioribus Inſt. R. Herb.* Perenn. flor. Jun. unter dem Graß an ſumpfichten Orten in der Ruprechtsau. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 264.

*Cyperoides nigro luteum, vernum majus Inſt. R. H.* Graminis nigro lutei verni varietas major J. B. 2. 494. Perenn. flor. April. Majo auf feuchten Wieſen in der Ruprechtsau.

*Cyperoides nigro luteum, vernum, minus Inſt. R. Herb.* Graminis nigro lutei verni varietas minor. J. B. 2. 494. Gramen Cyperoides, ſpicis caryophyllæis, vulgatiſſimum Raji Hiſt. 1293. Perenn. fl. April. Majo, auf trockenen Wieſen gegen Oſtwald.

*Cyperoides polyſtachyon flavicans, ſpicis brevibus prope ſummitatem caulis Inſt. R. Herb.* Gramen Gyperoides, polyſtachion, flavicans, ſpicis brevibus, prope ſummitatem caulis Raji Hiſt. 1294. Perenn. flor. Junio bey dem Maurhoff.

*Cyperoides ſpicis parvis, longe diſtantibus Inſt. R. Herb.* Gramen cyperoides, ſpicis parvis, longiſſime diſtantibus Raji Hiſt. 1295. Perenn. flor. Majo, Junio auf feuchten Matten bey der grünen Wart.

*Cyperoides ſylvarum, tenuius ſpicatum Inſt. R. Herb.* Gramen cyperoides ſylvarum tenuius ſpicatum Parck. Theat. 1171. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. 418. In Sylvis frequens. Perenn. flor. Majo & Junio an dem Canal / und gegen die Oſtwalder Reben.

*Cyperoides minus, ſpicis denſioribus Inſt. R. H.* Gramen caryophyllatæ foliis, ſpica divulſa C. B. Pin. 3. Gramen Caryophyllæum Tabern. Icon. 210. Nägeleingraß / ſüſſes Cyperaraß mit Nägelenblätteren. Perenn. flor. Majo, Jun. auf dürren graſichten Orten bey Allenlüſten. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. & Scheuchz. Agroſt. p. 433.

*Cyperoides ſylvarum, ſpica varia Botan. Paris.* Gramen caryophyllatum montanum ſpica varia C. B. Prodr. 9. Cyperoides montanum ſpicis floriferis, feminiferis (è rarioribus granis triquetris conſtantibus) interſperſis Dillen. Cat. Giſſ. 50. Cyperoides ſpicis variis nemorenſe Flor. Jenenſ. 305. Gramen Caryophyllatum polycarpon, fructu triangulo

gulo Flor. Pruſſ. 114. Perenn. flor. April. in ſylvis cæduis, **in dem Brumpter Wald.** In Sundgoviæ collibus legit C. B. Deſcript. in Bot. Paris. & in Michel. Nov. Plant. Gen. p. 65. Tab. 32. fig. 9. Scheuchz. Agroſt. 448. Tab. X. fig. 14. Eſt Cyperoides montanum, nemoroſum, caule triquetro, compreſſo, ſpicis ferrugineis, tenuioribus, inter ſe diſtantibus, capſulis rarius diſpoſitis, oblongis, turbinatis, trilateris Michel.

*Cyperoides foliis caryophyllæis, ſpicis è rarioribus & tumidioribus veſicis compoſitis Inſt. R. Herb.* Gramen cyperoides, foliis caryophyllæis, ſpicis è rarioribus & tumidioribus granis compoſitis Raji Synops. 364. Perenn. flor. Majo **auf tieffen feuchten Wieſen in der Ruprechtsau.**

*Cyperoides foliis Caryophyllæis, ſpicis oblongis, è pediculis longioribus pendulis Inſt. R. Herb.* Gramen cyperoides, foliis caryophyllæis, ſpica è rarioribus & tumidioribus granis compoſitis Raji Synops. 364. Perenn. flor. Majo **auf tieffen feuchten Wieſen bey Jllkirch; in dem Ganſauer Wald.**

*Cyperus rotundus, inodorus, Germanicus C. B. Pin.* 14. Cyperus aquaticus, Septentrionalis Lobelio, J. B. 2. 503. Cyperus aquaticus Septentrionalis Lob. Icon. 77. **Runder wilder Galgan.** Perenn. flor. Jun. **an der Breuſch / nahe bey der grünen Watt.** Eſt Cyperus paniculis compactis è ſpicis teretibus craſſioribus compoſitus, Scheuchz. Agroſt. p. 400. Figura bona in C. B. Prodr. 24. Eſt porro Scirpo-cyperus paluſtris, radice repente, nodoſa, inodora, panicula non ſparſa, capitulis craſſioribus & brevioribus Michel. Nov. Plant. Gen. p. 48. Tab. 31. Flores ſunt apetali, ſtaminei, in capitula ſquamoſa congeſti, & embryonibus intermixti, ſemina triangularia, caules triangulares. Duo celeberrimi Viri Vaillantius Botan. Paris. & Scheuchz. p. 399. Agroſt. dubitare videntur an non hæc planta eadem ſit cum ſequenti.

*Cyperus vulgatior, panicula ſparſa Inſt. R. Herb.* Gramen Cyperoides panicula ſparſa, majus C. B. Pin. 6. Gramen cyperoides vulgatius, aquaticum. J. B. 2. 495. Gramen cyperoides aquaticum vulgatius Lob. Icon. 20. *Souchet*, **groß Cypergraß mit flatterichtem Strauß** Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 398. & 400. Fig. Tab. IX. fig. 7. & 8. Perenn. Flor. Jun. **in Gräben hinter dem Spitalgarten und bey dem Lazareth.** Abundat **in den Stattgräben vor dem Fiſcherthor.**

*Cyperus maritimus capitulis glomeratis Inſt. R. Herb.* Juncus acutus maritimus, caule triangulo C.B. Pin. 11. Prodr. 22. Plantæ hujus ibidem deſcriptæ figura deſcriptio, cujus loca natalia, apud nos, infra indicantur, noſtræ apte conveniunt, præterquam quod multum proceriores ſint caules ejus trianguli, pedem unum cum dimidio etiam quandoque ſuperantes, & quod in locis creſcat longiſſime à mari remotis. Eſt Scirpo cyperus maritimus, humilis, caule pallide virens, panicula glomerata

merata Michelii Nov. Plant. Gen. p. 47. Stamina cum ſuis apicibus inter ſqamas, imbricatim diſpoſitas prominent, ſemen triquetrum Auguſto & Septembri apparet, ad radicem terna folia tantum hærent, panicula non ſparſa infra culmi verticem egreditur ſine ſubjecto foliolo; caules in extremitatem pungentem deſinunt, infra quam è latere capitulum ſquamoſum, ſive floccus racemoſus rufeſcens è latere calami triquetri exit. Flor. Jun. Jul. circa Argentoratum in dem Rheingieſſen copioſe, vor dem Spitalthor / neben der erſten Brücke in einer ſumpfichten Tieffe / loco paludoſo; und bey der grünen Wart auf feuchten Matten.

*Cyperus Gramineus J. B.* 3. 504. Gramen cyperoides, Miliaceum C. B. Pin. 6. Cyperus Graminea, ſive Miliacea Lob. Icon. 79. Deſcript. in Michel. Nov. Plant. Gener. p. 48. Tab. 31. Icon. Cypergraß mit flattrichtem Hirſenſtrauß. Perenn. flor. Majo Junio an denen Gräben in dem XV. Wört; an der Jll; an dem Wickhäuſel; Eſt Scirpo cyperus aquaticus, latifolius, annuus Michel. l. c. Semina per baſin villis ariſtiformibus coronata ſunt, panicula ſparſa foliis circumdata eſt. Extat quoque ejus deſcriptio in Scheuchz. Agroſtograph. p. 394.

*Cyperus minimus panicula ſparſa nigricante Inſt. R. Herb.* Gramen cyperoides, minus, panicula ſparſa, nigricante C. B. Pin. 6. Gramen parvum, pulchrum aliud, panicula compreſſa, nigricante J. B. 2. 471. Gramen cyperoides minimum nigricante panicula Adv. Part. 2. 463. Deſcript. quoque in Scheuchz. Agroſt. 384. Klein Riedgraß / flor. Jul. Aug. in Waſſerichten Gruben bey der Schiffmatt; der Lohmühl oberhalb der Statt; auf der Inſul wo die Breuſch in die Jll fällt. Radix fibris ramoſis denſe comoſa, culmi triunciales, interdum ſpithamam longitudine ſuperantes, triquetri, quos ad baſin aliquot foliola inveſtiunt, ſummis culmis inſidet panicula, cum ſubjacentibus foliis, ſtellatim expanſis, ſequuntur ſpicæ denſe ſitæ, compoſitæ è glumis denſe & alternatim poſitis, & quaſi excavatæ, in quarum ſingularum ſinu ſemen parvum, triquetrum.

*Cyperus minimus panicula ſparſa, ſubflaveſcente Inſt. R. Herb.* Gramen cyperoides, minus, panicula ſparſa, ſubflaveſcente C. B. Pin. 6. Gramen pulchrum, parvum, panicula lata, compreſsâ J. B. 2. 470. Calamagroſtis altera Tragi 679. Icon & Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 386. Tab. VIII. 13. qui ibidem quoque annotat, hujus cyperi minimi radicibus extremis quandoque adhærere bulbulos verrucoſos, albos, piſi aut fabæ magnitudinem æquantes, non aliter ac in Traſi ſeu Cypero eſculento. Klein Riedgraß mit gelben Kölblein. Summis culmis qui triunciales, palmares & adhuc majores interdum, triquetri, ſtriati, enodes, tenues ſunt, & quos ad baſin aliquot foliola inveſtiunt, inſident paniculæ diſtinctæ, è duobus glumarum verſibus compoſitæ, vel

 ex

ex aliquot ſpicis, cum tribus ſubjectis foliolis, ſemen parvum, obſcure triquetrum, nigrum, quaſi pyriforme.

* *Cytiſo Geniſta ſcoparia, vulgaris, flore luteo Inſt. R. Herb.* Geniſta anguloſa & ſcoparia C. B. Pin. 395. Geniſta anguloſa, trifolia J. B. 1. 388. Geniſta Dod. Pempt. 761. *Genet commun*, groſſe Pfrimmen / Genſterginſt. Eſt Geniſta Rivini, ubi figura elegans. In Gallo Provincia ubi Geniſta tinctoria Germanica C. B. adeo copioſe creſcit, hæc ſpecies non provenit, quæ tamen apud nos in Alſatia abundat. Perenn. flor. Majo, Jun. in dem Reichſtätter und Brumter Wald; in dem Hagenauer Forſt; auf dem Gebürg hinter Hoch-Andlau / und gegen Haßlach copioſe; in dem Bienwald quoque inſolita frequentia flores hi jucundum oculis præbent ſpectaculum, ſpecioſi & aureo colore fulgentes. Sunt hodie, qui illos antequam ſe aperiant, aceto condiunt, & ita ſimili modo inferunt menſis, ac capparum flores alias adhiberi ſolent, quibus grato ſapore nihil cedunt. Rami flexuoſi ſunt, folia partim terna, partim ſingularia, cætera ut in Cytiſo & Geniſta, ſiliqua ſcil. plana, in duas partes dehiſcens, ſemina plana, oblonga, flores papilionacei, lutei majores, tota ſtirps graviter olet, & amara eſt, Garidel odorem fortem & fœtidum dicit. Abſtergens & Diureticum eſt, & in affectibus cachecticis ſæpius adhibetur.

# D.

* *Daucus vulgaris Cluſ. Hiſt.* CXCVIII. Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris Dioſcoridis, vel Daucus Officinarum C. B. Pin. 151. Paſtinaca ſylveſtis ſive Staphylinus Græcorum J. B. 3. Part. 2. 62. Vogelsneſt / wild Möhren. Eſt Staphylinus Rivini. Perenn. flor. Jun. Jul. auf denen Wieſen bey dem Canal; bey der grünen Wart copioſiſſime; auf Ackern gegen Eckboltzheim inſignis magnitudinis. In Umbellæ cavæ medio hæret atro rubens corpuſculum, quod cuti affrictum, tingit purpureo colore, à Trago valde commendatur ad præcavendam Epilepſiam, & ob odoris ſuavitatem. Fructus ſubrotundis villis ſuperciliorum inſtar, cinctus, petala cordiformia inæqualia, ſemina oblonga, ſtriata, villoſa, folia tenuiter diſſecta. Diureticum eſt & inter ſemina ſic dicta calida minora refertur.

⊙ *Daucus annuus minor, floribus rubentibus Inſt. R. Herb.* Caucalis ſemine aſpero, floſculis rubentibus C. B. Pin. 153. Prodr. 80. Anthriſcus quorundam, ſemine aſpero, hiſpido J. B. 3. Part. 2. 83. Acker-Kletten mit rothen Blumen. Flor. Jul. Aug. auf denen Brachackern gegen Oßwald copioſiſſime, und vor dem Steinſtraſſerthor; an den Zäunen gegen dem Wickhäuſel.

*Daucus annuus minor, floribus albis Inſt. R. Herb.* Anthriſcus quorundam ſemine aſpero, hiſpido, umbellis albicantibus J. B. 3. Part. 2. 83. Acker-

Ackerkletten mit weiſſen Blumen. Flor. Jul. Aug. ibidem auf den Ackern gegen Oberhaußbergheim.

⊙ *Daucus paluſtris Apii folio, qui 2. in Prodr. p. 77.* in pratis Michelfeldæ invenit C. B. Radix ſapore & odore paſtinacæ, ſuperne hirſuta & villoſa caulis pedalis ſtriatus, umbellæ candidæ, ſemen oblongiuſculum, nigricans, aromaticum. Non extat hic Daucus in Inſt. R. Herbar.

* *Delphinium ſegetum, flore cœruleo Inſt. R. Herb.* Conſolida regalis, arvenſis, flore cœruleo C. B. Pin. 142. Conſolida regalis, flore minore J. B. 3. 210. Delphinium vulgare Cluſ. Hiſt. ccv. Flos Regius ſylveſtris Dod. Pempt. 252. *Pied d'Alouette*, wilde blaue Ritterſporen. Icon. quoque in Rivino & in H. Eyſt. Æſt. o. 2. F. 10. 11. fig. j. Flor. Junio inter ſegetes paſſim, in dem Oſtwinckel auf den Ackern. Flos polypetalus anomalus, ſuperius petalum in caudam abit, fructus vaginulæ longæ, in capitulum unum collectæ, ſemina anguloſa. In arvenſi tenuiori & humiliori delphinio poſt ſingulos flores non niſi unica ſiliqua, uno ſemine nigro fœta occurrit, in hortenſi plures ſiliquæ. Adſtringit, vulnerarium eſt, & præcipue in oculorum affectibus deprædicatur.

*Delphinium ſegetum, flore albo Inſt. R. Herb.* Conſolida regalis, arvenſis, flore albo C. B. Pin. 142. Flor. Jun. ibidem.

*Delphinium ſegetum, flore dilutius rubente Inſt. R. Herb.* Conſolida arvenſis, flore dilutius rubente C. B. Pin. 142. Flor. Jun. auf Ackern vor dem Steinſtraſſerthor.

* *Dens Leonis latiore folio C. B. Pin. 126.* Hedypnois, ſive Dens Leonis Fuchſii J. B 2. 1035. Dens Leonis Dod. Pempt 626. *Piſſenlit*, obvirtutem Diureticam, *Dent de Lion*, Seichblumen noſtratibus, Löwenzahn / Röhrlenkraut / Pfaffenröhrlen. Perenn. flor. Majo ad Jul. & tota fere æſtate, auf den Wieſen / an den Zäunen. Eſt Taraxacum Offic. Flos ex meris ſemifloſculis, ſemina nuda papposa, caules fiſtuloſi, non ramoſi, unum florem in faſtigio gerentes. Decoctum ejus aptum ad dyſcraſiam ſanguinis reparandam, cum ejus balſamus exhauſtus eſt poſt febres diuturnas, in febrem lentam degenerantes, inprimis in perſonis bilioſis ſiccioris temperamenti Garidel Hiſt. Plant. In tuſſi & catarrho lactis & hujus decocti partes æquales, adjecto pauco ſaccharo candiſato, calide hauſtæ, mane & veſperi, egregium uſum habent & præſtant Hiſt. Plant. Paris. Sapor plantæ amarus, eſt illa inſuper vulneraria, & mundificans ulcera interna, in Phthiſi, diuretica in renum & veſicæ affectibus.

*Dens Leonis ampliſſimo folio Inſt. R. Herb.* Perenn. flor. Jun. Jul. in einem feuchten Ort bey Barr; auf dem Wacken folio obtuſo; hinter dem Spitalgarten.

*Dens Leonis anguſtiore folio* C. B. *Pin.* 126. Schmahlblätterichter Löwen-Zahn. Flor. Jun. Jul. paſſim ad vias. In locis ſiccis & ſabuloſis folia ejus per terram ſparſa, & quaſi radiata apparent.

*Dens Leonis Gadenſis Parck. Theat.* 781. Perenn. flor. Majo auf dem Glacis der neuen Schantzen vor dem Fiſcherthor.

*Dens Leonis foliis minimis, hirſutis, & aſperis Inſt. R. Herb.* Hieracium parvum hirſutum caule aphyllo, criſpum ubi ſiccatum J. B. 2. 1038. Deſcript. in Bot. Paris. Perenn. flor. Jun. Jul. auf dürren Ackern gegen Jllkirch.

*Dens Leonis foliis hirſutis & aſperis H. R. Monſp.* Hieracium caule aphyllo, hirſutum J. B. 2. 5037. Perenn. flor. Jun. Jul. hinter dem Rheinzoll auf Brachackern/ ubi adhuc medio Septembris florebat. Deſcript. in Bot. Par.

*Dens Leonis minor, foliis radiatis* C. B. *Pin.* 126. Prodr. 62. Perenn. flor. Majo, auf der Metzgerau / an dürren graſichten Orten / Folia laciniata, per terram ſparſa ſunt.

* *Dens Leonis, qui Piloſella Officinarum Inſt. R. Herb.* Piloſella major repens, hirſuta C. B. Pin. 262. Piloſella Auricula muris Tabern. Icon. 196. Piloſella majori flore, ſive vulgaris repens J. B. 2. 1039. *Piloſelle, Oreille de ſouris, de Rat.* Mauſöhrlein mit haarichten Blättern / kriechend Piloſel / Nagelkraut. Perenn. flor. Majo ad Jun. auf Wieſen in dem XV. Wört; auf Ackern in dem Gartnerfeld / und bey der hohen Wart. Flagellis reptatricibus ſeſe diſtinguit à congeneribus. Semen papposum. Ob vim leniter adſtringentem potum ſic dictum Fallkranck ingreditur. Præterea iisdem fere virtutibus ac Dens Leonis latiore folio pollet.

*Dens Leonis qui Piloſella, folio minus villoſo Inſt. R. Herb.* Piloſella major, repens, minus hirſuta C. B. Pin. 262. Piloſella major, folio anguſtiore, minus piloſo, repens J. B. 2. 1090. Eſt Hieracium Piloſelloides vulgare Act. Ac. R. Sc. Anno 1721. p. 238. *Piloſelle, oreille de ſouris.* Perenn. flor. Majo, Jun. auf trockenen graſichten Orten auf der Metzgerau / und an den Wegen paſſim.

*Dentaria pentaphyllos, foliis mollioribus* C. B. *Pin.* 322. Dentaria quinquefolia J. B. 2. 900. Viola Dentaria prima Dod. Pempt. 162. Dentaria VII. πεντάφυλλος 11. Gluſ Hiſt. cxxii. *Dentaire*, Zahnkraut / Schuppenwurtzel Icon. quoque in Garidel Tab. 29. Perenn. flor. April in fine, & Majo ab initio auf dem Gebürg hinter Barr in dem finſtern Wald copioſe wo man Eiſen-Minen grabt; auf dem Gebürg bey Stein / nicht weit von Bergzabern. Flos cruciformis, fructus ſiliqua longa, ſemina ſubrotunda, valvæ helicis in modum circumvolvuntur, & ſemina excutiunt cum impetu. Radix ſquamoſa, carnoſa, denticulata. In monte Muteto & prope Reichenſteim vidit C. B.

*Dentaria heptaphyllos* C. B. *Pin.* 322. Coralloides altera, ſive ſeptifolia J. B 2. 899. Viola Dentaria altera Dod. Pempt. 162. Perenn. flor. April. Majo **in dem Dambacher Wald / in dem Dämling / einem ſo genannten Theil des Walds; auf dem Gebürg bey Wangenburg; in dem Waßgau und auf dem Donnersberg** legit Tabern. Icon in Garidel quoque Tab. 28. Hæc ſpecies modo acquirit ſeptem folia, modo quinque, & fit pentaphyllos, ſic ut quinque etiam & ſeptem folia, ſuis pediculis inhærentia tunc in una conſpiciantur planta.

*Digitalis purpurea J. B.* 2. 812. Dod. Pempt. 169. Digitalis purpurea folio aſpero C. B. Pin. 243. *Digitale*, **Fingerhütlein.** Perenn. flor. Jul. **auf dem Gebürg hinter Barr; auf dem St. Otilien Berg** copioſe. Inter **Maßmünſter** & St. Thamarin in monte Roſsberg Octobri adhuc florentem vidit J. B. ſub arboribus. Icon in Rivino. Folia alterna, calyx monophyllus, quinquefidus, ſegmentis longis ampliſque, flores monopetali, tubulati, compreſſi, dactylothecam referentes, uno verſu diſpoſiti in ſpicis longis. Fructus ſubrotundi, acuminati, bifariam dehiſcentes, in duo loculamenta diviſi, fœta ſeminibus exiguis.

*Digitalis flore magno candido J. B.* 2. 803. Digitalis alba, folio aſpero C. B. Pin. 244. Digitalis 2. Dodon. Pempt. 169. Perenn. Flor. Jun. Jul. **drey Viertelſtund von Blinſchweiler in den Hecken** copioſe.

*Digitalis lutea magno flore C. B. Pin.* 244. Digitalis lutea, flore majore, folio latiore J. B. 3. 813. Digitalis lutea Tabern. Perenn. Flor. Jun. Jul. **auf dem oberſten Gebürg des Falckenſteins / vulgo Halgenſtein / bey Blinſchweiler** copioſe; **und oberhalb Niedeck bey Günsburg der Melckerey;** in montibus Sundgoviæ vidit C. B.

*Digitalis major, lutea, vel pallida, parvo flore* C. B. *Pin.* 244. Digitalis flore ſubluteo, anguſtiore folio J. B. 2. 814. **Gelbe Fingerhütlein.** Perenn flor. Jul. Aug. **auf dem Hochgebürg hinter Rappolswihr / oberhalb Duſenbach** In monte **Roßberg** vidit J. B.

* *Digitalis minima Gratiola dicta Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 479. Gratiola Centauroides C. B. Pin. 279. Gratiola J. B. 3. 434. Dod. Pempt. 362. Stanco Cavallo, **wilder Aurin / Gottesgnad / Purgierkraut.** Perenn. Flor. Jun. Jul. uſque ad Septembrim **auf feuchten Wieſen bey Oßwald; auf tieffen Matten bey dem Canal / gegen dem Eckboltzheimer Wald; in der Ruprechtsau** Septembri adhuc florebat **über dem Waſſer.** Circa Michelfeldam C. B. collegit. Differt quodammodo à Digitali, dum floris alia eſt ſtructura, ſemen longius, folia conjugata, flores ſolitarii ex alis foliorum enati, pediculis inhærentes. Rivinus, ubi Icon elegans. Purgat per ſuperiora & inferiora ſi infundantur in vino albo folia ſicca addito ſacharo, ob amaritiem, idem præſtat pulvis foliorum. Alias etiam coquitur parum cum aqua, quæ poſtea miſcetur cum decocto prunorum ſpiſſo, ad obtundendum inſignem amarorem vel

cum melle aut paſſularum decocto edulcoratur, vel coquuntur etiam folia in lacte, vel infunduntur in brodio pingui fervido, aut cum ſolutione mannæ miſcetur, eſt utilis ad aquas hydropicorum educendas & ad vermes necandos, efficax etiam in Cachexia, febribus. Folia aliquot etiam coquuntur in decocto pro Clyſtere, pro ſcopo evacuandi.

*Digitalis minima Gratiola dicta flore albo & gratia Dei H. Eyſt.* Vern. o. 6. F. 15. Fig. 2. Dominus Bürckel hanc obſervavit confertim in uno loco creſcentem auf einer Wieſen oberhalb Dorlisheim. Folia inferiora integra, ſuperiora ſerrata. Wilder Aurin mit weiſſen Blumen. Apud Autores Botanicos alios altum de illa ſilentium. Perenn. flor. Jul.

*Dipſacus ſylveſtris, aut virga paſtoris major C. B. Pin.* 385. Dipſacus ſylveſtris ſive Labrum Veneris J. B. 3. 74. Labrum Veneris Lob. 18. Icon. *Cuvette de Venus*, wilde Kartendiſtel. Radix biennis. Flor. Jul. Aug. an denen Gräben vor dem Spitalthor; an der Landſtraß vor dem Weiſſenthurn. Flores floſculoſi ex meris floſculis in capitulum, ex pluribus foliis ſquamarum inſtar imbricatis, & axi medio arcte affixis compoſito, quod favum refert, ſemina oblonga ſtriata, ovarii ſuprema pars coronata eſt, flores ſunt purpuraſcentes, ſpinæ longiores, mitiores, non ita rigidæ, nec aduncæ ut in ſativo, ſed erectæ. Folia in inferiori coſtæ parte ſpinoſa. Flores Dipſaci irregulares, tuboloſi, multifidi, ſeparati invicem per foliola anguſta, placentæ pyramidali & embryoni inſiſtunt, & ex alis foliolorum ſurgunt. Folia bina in ſingulis geniculis conjunctione ſua circa baſin cavitatem efformant inſtar naviculæ, cujus malus eſt caulis, colligunt aquas ex rore & imbribus, caliginoſis & rubentibus oculis proficuæ, emendant etiam maculas faciei & exterunt easdem, quem uſum mulierculæ formæ ſtudioſæ optime norunt docente Trago.

*Dipſacus folio laciniato C. B. Pin.* 385. J. B. 3. 75. Dipſacus II. Tabern. Icon. Kartendiſtel mit außgeſchweiſſten Blättern Flor. Jul. in dem Illkircher Wald; neben der Landſtraſſen gegen Druſenheim; hinter Schiltigheim gegen dem Waſſer; inter Horburgum & Colmariam, ut & inter Colmariam & Ruffach copioſe provenire vidit J. B.

⊙ *Dipſacus ſylveſtris capitulo minore, vel virga paſtoris minor C. B. Pin.* 385. Hiſtor. Plant. Paris. Addit. Eſt Scabioſa ſylveſtris capitulo minore Bot. Paris. Eſt Scabioſa anguſtifolia, flore ſubcœruleo Eyſt. Tab. 258. Dipſacus fatuus Camerarii. Caule & foliis eſt major, capitulo minor. Flor. Auguſto bey der Carthaus; an dem Weg gegen der Aubruck; bey Höhnheim copioſe.

∗ *Doronicum Plantaginis folio alterum C B. Pin* 185. Doronicum Germanicum, foliis ſemper ex adverſo naſcentibus, villoſis J. B. 3.

19. Aliſma Mathioli, ſeu Plantago montana Ejuſdem 3. 20. Damaſonium primum Dioſcoridis Tabern. Icon. 738. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. Hortus Eyſtet. Iconem elegantem exhibet, ſed absque ſemine, *Doronic à feuilles de Plantain*, *Plantain de Montaignes*, **Engelkraut/ Fallkraut/ Mutterwurtz/ groß Lucianskraut/ Wohlverley/ Johannis Blume/** quia floret circa feſtum D. Johannis, noſtratibus **Sonnenwirbel.** Eſt Arnica Schröderi. Perenn. flor. Jun. etiam adhuc Julio in montibus ubi nives tardius recedunt, **auf dem Hochgebürg Hochfeld / bey Schönenburg** copioſe; **bey Oberhütt in dem Urbisthal / auf Bergwieſen; auf dem Baßberg bey Buchsweiler;** in monte Ballon vidit J. B. in montium Alſatiæ jugis & pratis provenire Tabern. annotat. Flos radiatus, aſteris flore major, diſcus ex floſculis apice quinquefido, corona ex ſemifloſculis apice trifido, calyce multifido uſque in baſin, & pelviformi comprehenſis, ſemina nuda, pappis criſtata, floſculi ſunt hermaphroditi, ſemifloſculi feminei, ovaria ſtriata, caules fiſtuloſi. Flores hi recentes ſiccati, uti forte ex propria obſervatione didici, ſternutationem vehementer movent, ſi parum digitis conterantur, vel in pulverem redigantur, naribuſque applicentur, educunt copioſe mucum narium & lympham, caputque magis liberum reddunt. Flores porro in aqua fervida infuſi inſtar Thée hæmorrhoides ſuppreſſos valide movere dicuntur. Cum ſpeciebus pro decocto pectorali miſti in pleuritide & cunctis abſceſſibus egregie expectorationem promovere eoſdem, nec non ſanguinem coagulatum diſſolvere annotatum **in den Schleſiſchen Sammlungen.** Hauſtum decocti hujus Doronici & radicis Meu cum melle urinæ copiam cuipiam dyſuria laboranti elicuiſſe Lobelius obſervat. Radix cum cereviſia cocta, vel in aqua fervida infuſa admodum juvat in caſu ab alto, ſi corpus interea ad ſudorem componatur. Infuſum harum radicum & Meu in vino rubro bene calidum valide dolores colicos demulcet & ſiſtit, vel ſi pulvis ad duos cuſpides cultri in vino rubro calido ſumatur. Radix hæc quoque in ſpiritu vini infuſa cum radice Oreoſelini minoris magnarum virium eſt in Paſſione Hyſterica.

# E

*ECHIUM vulgare* C. *B. Pin.* 254. J. B. 3. 586. Echium Dod. Pempt. 631. *Viperine*, **wild Ochſenzung mit blauen Blumen.** Figura in Rivino quoque. Flor. Majo ad Auguſt. paſſim ad margines agrorum **bey Oßwald; auf dem** Glacis **vor dem Fiſcherthor; neben dem Canal in der Tieffe.** Flos monopetalos, ima parte infundibuliformis, nonnihil inflexus, ſuperioris margine expanſo, longius excurrente quam inferioris, calyx ad baſin uſque ſectus in gracilia ſegmenta, in quo ampliato quatuor ſemina nuda rugoſa, viperini capitis æmula, caules

ab

ab imo ad ſummum floribus inſtructi, folia alterna oblonga, aſpera, hirſuta.

*Echium majus & aſperius, flore albo C. B. Pin.* 254. Echium albo flore, majus J. B. 3. 588. Echium flore albo Cam. Epit. 738. Wilde Ochſenzung mit weiſſen Blumen. Flor. Jun. in dem Oſtwinckel; eine Viertelſtund über Geyſpitzen lincker Hand; auf dem St. Otilien Gebürg.

⨀ *Echium flore ex purpura rubente C. B. Pin.* 254. hinter St. Arbogaſt / oder dem ſogenannten Grünenberg an den Fruchtfeldern / habeo ex communicatione Dni. Bürckel. Eſt Echium flore purpurante Volck. Flor. Norimb.

*Elichryſum ſpicatum Inſt. R. Herb.* Gnaphalium majus, anguſto oblongo folio alterum C. B. Pin. 263. Gnaphalium rectum J. B. 3. 160. Gnaphalium Anglicum vel Belgicum, folio longiore Lob. Icon. 482. Groß ſchmahlblätterich Ruhrkraut. Perenn. flor. Jul. Aug. ad Septembr. in dem Gansauer Wald auf ſandichten Orten; auf dem Gebürg zwiſchen Kayſersberg und Urbisthal copioſe; in monte Roſsberg prope Maßmünſter abundare vidit J. B. & in monte Ballon. Eſt Gnaphalium maximum virgatum C. B. Phytop. Floſculi ſecundum caulem prodeunt inſtar ſtellæ diviſi comprehenſi calyce ſquamoſo, ſpecioſo, parva folia lanuginoſa, ſine pediculo, incana, alterna. Flores ſunt androgyni, ovaria coronata pilis vel plumulis.

*Elichryſum montanum flore rotundiore, ſubpurpureo Inſt. R. Herb.* Gnaphalium montanum, flore rotundiore ſubpurpureo C. B. Pin. 263. Gnaphalium montanum purpureum Lob. Icon. 483. *Pied de Chat, immortelle,* Haſenpfötlein. Perenn. Flor. Majo, oberhalb dem Gebürg von Hoch-Andlau copioſe, ubi ingentes acervi confractorum lapidum rotundiorum ſe viſui exhibent, quos à Gigantibus ita accumulatos fuiſſe de induſtria diceres; bey Maßmünſter J. B. vidit.

*Elichryſum montanum flore rotundiore candido Inſt. R. Herb.* Gnaphalium montanum flore rotundiore candido C. B. Pin. 263. Gnaphalium montanum album Lob. Icon. 482. weiſſe Haſenpfötlein / weiſſe Engelblumen Tabern. Perenn. flor. Majo, Jun. ibidem; in dem XV. Wört an dem Rhein.

*Elichryſum montanum, flore rotundiore ſuave rubente Inſt. R. Herb.* Gnaphalium montanum ſuave rubens Lob. Icon. 483. *Pied de Chat, immortelle rouge,* Katzenpfötlein / Engelblumen / Maußöhrlein. Perenn. flor. Majo, Junio ibidem; auf rauhen bergichten Orten hinter Barr / auf dürren Ackern bey Oßwald. Icon. in Garidel Tab. 30.

*Elichryſum montanum flore rotundiore, variegato Inſt. R. Herb.* Gnaphalium montanum variegatum Eyſt. Perenn. Flor. Majo, Jun. ibidem, und in dem Bien- oder Benwald copioſe.

*Elichryſum montanum, longiore & folio & flore purpureo Inſt. R. Herb.* Gnaphalium montanum, longiore & folio & flore purpureo C. B. Pin. 263. Bergruhrkraut mit langen rothen Blumen und Blättern. Perenn. Flor. Majo, Jun. auf dem Gebürg hinter Barr / und in dem Urbisthal oder Orvé gegen Peris. Hanc ſpeciem à præcedente tantum ſexu non vero ſpecie differre Clariſſ. Dillen. exiſtimat, Cat. Plant. Giſſ. p. 60. ita quidem, ut hæc quæ flores habet longiores, ſeminifera ſit, altera vero floribus rotundioribus donata, florifera tantum, cui aut nulla aut inania ſemina ſuccedunt, atque hac ratione flos & ſemina in utrisque tota planta remota ſint. In ſylvarum locis arenoſis etiam ambæ ſibi permixtæ creſcunt.

*Elichryſum montanum, longiore & folio & flore albo Inſt. R. Herb.* Gnaphalium montanum, longiore & folio & flore albo C. B. Pin. 263. Flor. Majo, Jun. ibidem und auf dem Gebürg gegen Niedeck.

*Elichryſum aquaticum, ramoſum, minus, capitulis foliatis Inſt. R. Herb.* Gnaphalium longifolium, humile, ramoſum, capitulis nigris Raji. Hiſt. 295. Klein teutſch Ruhrkraut. Eſt planta ſupina, flor. Jun. Jul. ad Aug. in Gruben auf dem Schießrein / wo über Winter Waſſer geſtanden; in ſtagnantibus aquis & locis uliginoſis in der Ruprechtsau; wo die Breuſch in die Ill fällt copioſe.

*Elichryſum ſeu Stœchas citrina latifolia* C. B. Pin. 264. Stœchas citrina Germanica, latiore folio J. B. 3. 153. Amaranthus luteus, Tabern. Icon. 387. *Immortelle jaune*, ob florem immarceſſibilem, flos enim conſervat ſuum nitorem, etiam decerptus & aridus. Rheinblumen / quod in Regionibus quæ Rheno adjacent, potiſſimum gignantur J. B. Immerſchön. Perenn. flor. Jul. Auguſt. in dem Letwald auf dürrem ſandichten Boden; auf einer kleinen Inſul in dem Rhein; bey dem Neuen-Hoff; bey Hagenau auf der Hart copioſe; bey Biſchweiler locis arenoſis & ſterilibus.

*Elichryſum ſeu Stœchas citrina anguſtifolia C. B. Pin.* 264. Stœchas citrina tenuifolia, Narbonenſis J. B. 3. 154. l. 26. Stœchas citrina Dod. Pempt. 268. Eſt Helichryſum ſeu Stœchas citrina minor Barrel. Icon. Obſ. num. 975. Rheinblumen / Mottenblumen / flor. Jul. in aridis bey Hagenau auf der Hart; auf dürren Heyden an dem Rhein. Floret etiam Septembri J. B. in Regionibus calidis jam Aprili incipit florere, folia & flores odorati ſunt.

*Emerus Cæſalp.* 117. Colutea Scorpioides, ſive ſiliquoſa, major C.B. Pin. 357. Colutea Scorpioides I. Elatior Cluſ. Hiſt. 97. Schaf-Linſen mit Scorpionskrautſchötlein. Perenn. flor. Jun. bey dem Dannbacher Schloß / und bey dem Blinſchweiler Schloß copioſe. In montibus Sundgoviæ vidit. C. B. In Muteto, Crentzach. Waſſerfall. Eſt Coronilla

major Rivini. Flos papilionaceus, ſiliqua tenuis, ſemina fere cylindrica, folia & habitus Coluteæ.

*Emerus minor Inſt. R. Herb.* Colutea ſiliquoſa minor C. B. Pin. 397. Colutea ſcorpioides humilis J. B. 382. Colutea ſcorpioides 1. humilior Cluſ. Hiſt. 97. Peren. flor. Jun. Jul. auf dem Halgenſteiner oder Falckenſteiner Hochgebürg / nicht weit von Blinſchweiler; in montoſis ſiccioribus agris bey Lützelburg; creſcit quoque in Sundgovia teſte Tabernæmontano. Eſt Coronilla montana Rivini; ſunt qui foliis Sennæ hanc Plantam ſubſtituunt.

*Equiſetum paluſtre, majus Tabern. Icon.* 252. Perenn. flor. Majo. Deſcript. in Hiſtor. Plant. Paris. creſcit in ſumpfichten Orten neben dem Rheingieſſen; in dem Oſtwinckel an dem Waſſer; alias in locis humidis montoſis præcipue. Juli in extremitate caulis, qui cavus eſt ſicut in frumento, non canaliculoſus, ramuli laterales ſenſim breviores, ſetæ verſus ſummitatem in modum caudæ equinæ, groß Waſſerpferdtſchwantz. Flores equiſeti ſunt apetali, ſtaminei apice fungiformi donati, in ſpicam quaſi collecti vel Julum, ſteriles mares in una planta, fructus ſunt grana nigra, aſpera, farcta, in planta non florifera femina, folia teretia, cava, pyxidatim articulata, internodiis conſtant invicem commiſſis, ut unum in aliud inſeratur modo tubarum, radix repentiſſima. Hippuridis grana non niſi folliculos floridos eſſe, ſuſpicatur Dillenius Nov. Plant. Gener. p. 92.

*Equiſetum paluſtre, longioribus ſetis C. B. Pin.* 15. Equiſetum majus aquaticum J. B. 3. 728. Hippuris Lob. Icon. 793. *Prêle, Queue de cheval*, groß Waſſerroßſchwantz. Perenn. flor. Majo in der Ruprechtsau; bey dem Jägerhoff / an dem Waſſer; auf dem Schießrein an dem Waſſer; auf feuchten tieffen Matten bey Oßwald. Creſcit alias in ſtehenden Waſſern. Michelfeldæ vidit C. B. Sunt qui hoc Equiſetum cum præcedenti paluſtri majori pro eodem habent.

*Equiſetum paluſtre, brevioribus ſetis C. B. Pin.* 15. Equiſetum paluſtre Lob. Icon. 795. Sumpfichter Roßſchwantz mit kurtzen Bürſtlein. Perenn. flor. Majo, Jun. auf ſumpfichten Orten hinter dem Spitalgarten; unten an dem Glacis vor dem Fiſcherthor / gegen der Citadell. Frequens admodum & copioſum in dem Stadtgraben vor dem Fiſcherthor / neben der Brücke. Michelfeldæ vidit C. B. Cum ab initio prorumpit, foliis nudum eſt, eſt vel floriferum vel fructiferum, Juli floriferi erumpunt, antequam caules folioſi appareant. Julum fert in remotis petiolis, folia quoque & caulis pyxidatim articulantur ut in aliis.

* *Equiſetum arvenſe, longioribus ſetis C. B. Pin.* 16. Equiſetum minus terreſtre J. B. 3. 730. Hippuris minor Dod. Pempt. 73. *Preſle,* Kannenkraut / Zinnkraut / Ackerroßſchwantz / noſtratibus gemein Katzenwadel. Deſcript. in Bot. Paris. Perenn. flor. Martio, Aprili ad Majum

inter

inter ſegetes, **auf dürren Wieſen gegen Oſwald; auf Haberfeldern in der Ruprechtsau.** Primo vere erumpunt Juli, ſive floridi folliculi, in ſeparatis ſcapis ex eadem tamen radice oriundis, ante alterorum folioſorum & ſterilium proruptionem, unde Equiſetum nudum, minus, variegatum, Baſileenſe C. B. ab hoc minime diſtinguendum putat Ruppius Flor. Jen. Edit. corr. 282. Folia Majo apparent, in clavis farina ſulphurea, ſive pulvis fœcundans continetur, ſimilis illi pollini luteo, qui in capitulis villoſis muſci capillacei, in apicibus liliorum alborum, in apicibus florum amentaceorum, in clavis Oſmundæ, Lycopodii, Ophiogloſſi &c. apparet; Utriculi farinam floridam illam continentes in Equiſeto in capitatum clavum diſponuntur quorum plurimis junctis clava vel capitulum exurgit conicum, Dillen. Cat. Plant. Giſſ. Append. p. 88. Icon. in Inſt. R. Herb. Tab. 307. Idem ſagaciſſimus Naturæ ſcrutator l. c. exiſtimat, pulvere hoc mediante radicibus germinandi facultatem communicari. Fructus juxta Cæſalpinum Equiſeti ſpeciebus innaſcuntur, quæ floribus carent, ſcilicet grana nigra, aſpera, farcta, quæ ſedulo inquirentibus ſub obtutum cadunt in planta non florifera. Hoc Equiſetum magis aptum ad mundanda & polienda vaſa ſtannea, & fit durius in locis ſiccis, quam in paluſtribus. Folia ſiccata & in aqua fervida infuſa inſtar Thée, cum parum Chamæpitidis, egregium & potens præbent diureticum, urinam ciere jam Dioſcorides docuit, eſt quoque ad viſcerum obſtructiones reſerandas, & ad vulnera curanda efficax.

*Equiſetum foliis nudum, non ramoſum ſive Junceum* ἵππουρις ἄφυλλος **C. B. Pin.** 16. Hippuris nuda, Equiſetum nudum Tabern. Icon. 251. *Queue de Cheval ſans branche*, **Schafftheu / Roßſchwantz ohne Blätter / Schachtelhelm /** quo utuntur opifices ad perpolienda ſua opera. Quod ſiccis locis reperitur, durius eſt, quam quod humectis. Secundum Bot. Paris. non differt ab Equiſeto paluſtri majori. Perenn. flor. Majo **in finſtern Sümpffen und ſtehenden Waſſern auf der Ganſau; vor dem Spitalthor unten an dem** Glacis, **rechter Hand in Gräben.**

*Equiſetum nudum, minus, variegatum Baſileenſe C. B. Pin.* 16. Equiſetum nudum, minus, variegatum Parck. Theat. 1202. Eſt quartum in Prodr. C. B. p. 24. Perenn. flor. Martio, Aprili, flores hi juxta Ruppium in Flor. Jen. ſunt Juli floridi Equiſeti arvenſis, longioribus ſetis, C. B. ante ſterilium & folioſorum eruptionem emergentes illo tempore. Viget **in dem** XV. **Wört an dem Rhein; auf der Ganſau in einem Wört; auf Wieſen gegen Oſwald.**

*Equiſetum foliis nudum, ramoſum*, **C. B. Pin.** 16. Equiſetum junceum ramoſum Parck. Theat. 1202. Perenn. flor. Septembr. **in Waſſergräben vor dem Spitalthor; auf feuchten Wieſen bey Oſwald;**

bey dem Rheingieſſen / Caules ejus ſunt læves, non canaliculati, clavæ in extremitate illorum breves.

*Equiſetum ſylvaticum, tenuiſſimis Setis* C. B. *Pin.* 16. Equiſetum ſive Hippuris tenuiſſima, non aſpera J. B. 3. 730. Wald Schäfftheu / Wald Roßſchwantz mit zarten Blätteren. Perenn. flor. April. Majo, auf dem Hochgebürg und Waldungen gegen Hochfeld in ſchattichten feuchten Orten / unter den Bäumen / ubi frequens occurrit. In Alſatia, juxta arcem Wangenburg copioſe reperiri C. B. refert. J. B. illud obſervavit prope Maßmünſter / Julum fert in ſummo caule, ſetas habet omnium tenuiſſimas, & maxime ramoſas, quibus notis, ut & lævore ſuo à reliquis ſuæ ſortis facile diſtinguitur Rajus Cat. Pl. Angliæ.

*Erica vulgaris glabra C. B. Pin.* 485. Erica vulgaris humilis, ſemper virens, flore purpureo J. B. 1. 354. Erica Tabern. Icon IIII. Icon optima apud Mathiol. *Bruyere*, Heyde. Deſcript. accurata in Botan. Paris. Perenn. flor. Jul. Aug. Bis floret interdum, vere & autumno, vere tamen rarius, autumno frequentius etiam Septembri paſſim locis arenoſis incultis, ſqualidis, ſterilibus, auf dem St. Ottilienberg bey dem Breitenſtein / oder Männleinſtein; auf dem Waßgauiſchen Gebürge paſſim; in einem kleinen Forenwäldel oberhalb Lingelsheim gegen Enſisheim. Erica apud nos rarius occurrit locis campeſtribus, in ericetis montoſis magis frequens. Quæ in locis paluſtribus aut fungoſo ſolo creſcit vocatur Sumpfheyde / nemorenſis Waldheyde / montana Bergheyde / omnes tamen ſpecie ab invicem non differunt. Illa quæ in locis humidis provenit major, & citius floret (jam Auguſto) quam quæ in montoſis & ſiccis. Flos Ericæ monopetalus, campaniformis, nudus forma urceoli, in ſpicam digeſtus quaſi geminatus, non deciduus, alter alteri incluſus, ſuperiore longiore. Flora Jenenſis hunc florem in Erica alba tetrapetalum dicit. Fructus ſubrotundus, exiguus quando ſiccatur, anguloſus, quadrifariam hians, quadrilocularis, imo flore ut calyce tectus, qui parvus, profunde inciſus eſt in quatuor partes æquales. Semina parva plura, ſubrufa, in pericarpio membranoſo, anguloſo contenta. Folia atrovirentia ſemper per paria decuſſatim in caulibus cum ſuis appendicibus collocata ſunt, ut ſuperne deorſum inſpicienti cruces continuæ videantur, ſingula foliola infra locum, ubi cauli affixa ſunt, duobus calcaribus inſtructa ſunt, quæ nihil aliud ſunt quam eorum prolongationes, cæterum quaſi Sabinæ aut Cupreſſi figuram repræſentant. Habitus Plantæ humilior, fruticans, virgulta lignoſa, dura, radix longiſſima.

*Erica vulgaris glabra, flore albo. C. B. Pin.* 485. Erica vulgaris, humilis, ſemper virens, flore albo J. B. 1. 354. Lib. X. Erica alba Tabern. Icon. IIII. Eſt Erica flore albo minor. H. Eyſt. Æſt. 0. 9. F. 3. F. 1. Heyde mit weiſſen Blumen. Perenn. flor. Aug. ad Septembr. in dem

Eckbolzheimer

Eckboltzheimer Wald. In Sundgovia frequens eſt, monente J. B. Infuſio florum alborum in vino rubro fluorem album abſumere dicitur mulierculararum experimento, Chemnitius Ind. Plant. circa Brunswigam.

⊙ *Erica magna, fruticoſa valde ramoſa, purpuraſcens.* Hanc ericam admodum annoſam, ramoſam caulibus bicubitalibus, admodum rubris, obſervavimus auf dem Gebürg oberhalb Befort in Holwegen / flores in una ſtirpe pupurei, in alia albi, ſimiles ericæ vulgaris, folia eadem, vix differt ab hac niſi ætate.

⊙ *Erica magna, valde lignoſa & ramoſa, flore albo.* Ibidem cum priori. Decoctio Ericæ diuretica eſt Hiſt. Plant. Paris. Apes amant flores, & mel exinde conficiunt, quod in copia colligunt in ingentibus ericetis locorum magis Septentrionalium.

*Eruca ſylveſtris, major, lutea, caule aſpero C. B. Pin.* 98. Eruca ſylveſtris Dod. Pempt. 708. Wilde Raucken. Eſt Eruca ſylveſtris Math. 531. Tabern. Icon. 448. Perenn. flor. Jun. Jul. an ſandichten dürren Orten zwiſchen dem Rheinzoll und der Citadell; in der Ruprechtsau in den Rhein-Wörten. Deſcript. in Bot. Paris. Flos cruciformis, ſemina rubra, rotunda, ſapor acerrimus, proprius. Semen Erucæ vigorem animi excitare, ſomnum excutere, corpus obeſum extenuare & venerem ſtimulare dicitur.

⊙ *Eruca cærulea in arenoſis creſcens C. B. Pin.* 99. *Prodr. p.* 40. Moris. Hiſt. 2. 229. Eruca purpurea aliis cœrulea ſive viola petræa J. B. Tom. 2. l. 21. 865. Perenn. flor. Martio in muris circa caſtellum Befordienſe, ubi illam vidit J. B. In confiniis Sundgoviæ illam obſervavit. C. B. Flores ſuaviter odorati, cœrulei vel purpurei, ſiliquæ oblongæ glabræ ſemen minutum, acre, planta modo minor in muris, modo major in læto ſolo, flore albo quoque vidit illam J. B. Creſcit quoque in confiniis Baſileæ circa Mönchenſtein.

* *Eruca tenuifolia perennis flore luteo J. B.* 2. 861. *Roquette ſauvage,* kleine Raucken. Deſcript. & Synonyma in Bot. Paris. monente Tournefortio in Hiſt. Plant. Paris. non habemus figuram hujus plantæ exactam. Perenn. flor. Jun. ad Aug. bey dem Ziegeloffen gegen dem Rhein / locis humidis; neben Waſſergruben gegen Oſtwald; in muris quoque provenit Eſt Eruca ſylveſtris major, vulgaris, fœtens, Moris Hiſt. 2. 231. Flos cruciformis, ſapor erucæ proprius, fervidus, acris, odor fœtidus ſingularis, fructus ſiliqua bilocularis, ſemina rubra rotunda. Venerem ſtimulare, urinas valde movere hæc ſemina Bot. Monſpel. indicat, incidunt, aperiunt, & diureticæ ſunt, ingrediuntur compoſitionem s. Electuarium Diaſatyrii. Interdum cum capitulis tomentoſis circa florem vidimus hanc plantam.

* *Eryngium vulgare C. B. Pin.* 386. J. B. 3. 85. Eryngium campeſtre Dod. Pempt. 730. *Chardon Roland, Chardon à cents tête.* Manstreu

 Krackendiſtel.

Brackendiſtel. Perenn. flor. Jul. auf den Wieſen gegen der Hohenwart copioſe ; an der Landſtraß gegen Eckboltzheim. Flos roſaceus umbellatus, pentapetalus, foliorum corona ad baſin cinctus, ad centrum floris plerumque reflexus, ſemina nuda, gemella, ovata, grani tritici æmula. Radix aperitiva & diuretica, ex mente aliquorum aphrodiſiaca, ſemina cum alumine in aqua cocta vel in lixivio, tingunt colore flavo Garidel. Radix ſaccharo condita hecticis utilis, habet ſaporem ſubdulcem inſtar paſtinacæ.

* *Eryſimum vulgare C. B. Pin.* 100. Eryſimum Tragi floſculis luteis, juxta muros proveniens J. B. 2. 863. Eryſimum Irio 1. Tabern. Icon. 448. *Velar. Tortelle*, Hederich / Wegſenff. Perenn. flor. Jun. in der Ruprechtsau ad vias & muros paſſim. Flos cruciformis, ſiliqua longa, tenuis, in duo loculamenta diviſa, ſemina exigua, rotunda, facies quædam Eryſimo propria. Semen ad incidendas viſcoſitates lymphæ bronchiorum & veſicularum pulmonarium in catarrhis inveteratis utile, in Aſthmate Syrupus de Eryſimo uſualis.

*Eryſimum alterum, ſiliquis Erucæ. C. B. Pin.* 101. Eryſimum II. Tabern. Icon. 449. Perenn. flor. Jun. Jul. an dem Weg nach der Rheinbrück / und an dem Canal.

*Evonymus vulgaris granis rubentibus C. B. Pin.* 428. Evonymus multis, aliis Tetragona J. B. 1. 201. Evonymus Dod. Pempt. 783. *Fuſain, Bonnet de Prêtre, Bois à faire des lardoires*, Gecklen / Geckelholtz / Spindelbaum / Hanhödlein / Zweckholtz / tornariis in uſu eſt. Perenn. flor. Majo in den Hecken und Wäldern bey Jllkirch und Oſwald Septembri baccæ quadrangulares rubeſcunt atque dehiſcunt. Tota arbor tunc rubet, folia per hyemem decidunt. Grana vel baccæ Evonymi decoctæ cum lixivio tingunt flavo colore corium dictum Turcis Savian. Flos albus, fœtidus, roſaceus, fructus membranaceus, angulatus, in 4. vel 5. loculamenta diviſus, ſemina oblonga, calyx monophyllus, multifidus.

⊙ *Evonymus limbo aureo.* Eſt prioris varietas, quæ tamen conſtanter hunc colorem retinet per multos annos, quæ in horto viget floretque. Perenn. flor. Majo, in dem Jllkircher Wald / und auf den Berglein bey Niederhaußbergen ; bey Bläßheim. Eſt & alia elegans varietas in Horto noſtro Medico Evonymi foliis ex luteo & viridi variegatis, unde venerit latet, veritati tamen conſentaneum videtur, cum ſimili modo per ramum abſciſſum in quo luſus hic Naturæ apparuit, propagatum fuiſſe, prout id ipſum alias in liguſtro quoque contigit. Interea temporis Dnus. Bürckel inſignem fruticem hujus Evonymi ex parte viridis parte variegati obſervavit oberhalb Bläßheim neben den Ackern / die mit Lino beſäet waren.

* *Eupato-*

* *Eupatorium Cannabinum C. B. Pin.* 320. Eupatorium adulterinum J. B. 2. 1065. vulgare Hepatorium Dod. Pempt. 28. *Eupatoire*, **Waſſerdoſt / Kunigundkraut / Alpkraut / Waſſerhanffkraut / Hirſchgunſel /** noſtratibus **Schloßkraut.** Perenn. flor. Jul. Aug. **an dem Canal bey Eckbolzheim** copioſe, **und in den Stattgräben bey dem Weiſſenthurn;** Ad rivulos & in humidis Michelfeldæ vidit C. B. Radices decoctæ per ſuperiora & inferiora purgant inſtar Hellebori albi, teſte Gesnero, in hydrope cum fructu adhibentur, violentam vim purgantem radicum noſtratium Rhizotmarum experientia confirmat, quæ illa quandoque abutuntur cum pernicie ægrotantium, minori tamen doſi in aqua calida tantum infuſæ, non ita valide purgant, in ſubſtantia nunquam exhiberi debent. Flores floſculoſi in umbellam digeſti, multis capillamentis longis, bifidis ornati, calyx ſquamoſus, teres, ſemina nuda, papposa, folia ad eundem exortum per intervalla bina, terna, quaterna.

* *Euphraſia Officinarum C. B. Pin.* 233. Euphraſia J. B. 3. 432. Dod. Pempt. 54. *Eufraiſe*, **Augentroſt mit blaulichten Blümlein.** Flor. Jul. Aug. **auf den Matten neben dem Canal / und auf den Wieſen bey Oßwald.** Icon quoque in Rivino. Flos monopetalos, anomalos, perſonatus, bilabiatus, labio ſuperiori recto, multifido, inferiori in tres partes, ſingulas bifidas, ſecto, fructus oblongus, in duo loculamenta diviſus, ſemina oblonga, cinerea. Hæc planta ob notabilem ſuam amaritiem apta eſt ad ſpiſſitudinem lymphæ in oculis attenuandam, cæterum virtus ejus ophthalmica, adeo celebris, adhuc magis ſub experientiæ incudem revocanda.

⊙ *Euphraſia minor, non ramoſa Dillenii Append. ad Catal. Plant. Giſſ. p.* 53. Eſt varietas præcedentis, floret maturius **auf trockenen Wieſen bey Oßwald /** calyx in quatuor lacinias diviſus.

*Euphraſia ramoſa, pratenſis, flore albo Eyſt. Tab.* 147. Flor. Jul. Aug. **auf der Lingelsheimer Nachtweyd** copioſe. Eſt Euphraſia major, amplo flore albo Bot. Paris. **Augentroſt mit weiſſen Blumen.**

*Euphraſia minus ramoſa, flore ex cæruleo purpuraſcente Eyſt. Tab.* 147. Flor. Jul. Aug. **auf den Wieſen bey Oßwald; auf den Bergwieſen bey Barr; auf dem Paßberg bey Buchsweiler; bey dem Rhein-Ziegeloffen** copioſe. Eſt Euphraſia Rivini. Euphraſia major Broſſ. 52. Euphraſia Argentinenſium Trag. 2. 327. Inter inciſuras labii inferioris macula lutea ſæpius apparet in hac ſpecie. Deſcript. in Bot. Paris.

# F.

*FAgopyrum vulgare ſcandens Inſt. R. Herb.* Convolvulus minor Semine triangulo C. B. Pin. 295. Helxine ſemine triangulo J. B. 2. 157. Helxine Ciſſampelos altera, Atriplicis effigie Lob. Icon. 624. *Blé noire ou Sarraſin,* Buchwinde/ Buchweitzen/ kleine Wind mit dreyeckichtem Saamen. Flor. Jun. Jul. auf dem Glacis, in declivitate ad foſſam vor dem Steinſtraſſerthor; auf den Ackern und neben den Wegen bey Oßwald. Flos in ſpicis vel racemis aut muſcariis apetalos, ſtamineus, ſemen triquetrum, farinoſum, calyx pentaphyllus, radix fibroſa.

⊙ *Fagopyrum prælongum dumetorum, ſeminibus alatis, duplici modo diſpoſitis Dillen. Append. ad Cat. Giſſ. p.* 60 Ubi deſcriptio. Fagopyrum ſcandens altiſſimum dumetorum, ſeminibus tribus alis cinctis Ruppi Flor. Jenenſ. flor. Aug. Septembri auf der Contreſcarpe bey dem Steinſtraſſerthor copioſe.

*Fagus Dod. Pempt.* 832. Fagus Latinorum, Oxya Græcorum J. B. 1. 117. *Hêtre,* Buchen / Rothbuchen / Braunbuchen ad differentiam Carpini, qui vocatur Weißbuchen. Flor in fine Martii & Aprili, Julos fert rotundos, ex longis pediculis pendentes, ex multis apicibus conſtantes. Flos mas amentaceus, glomeratus ex plurimis ſtaminibus conſtans, è calyce campaniformi ſurgentibus, fructus in eadem arbore, loco à flore remoto, calloſus, acuminatus, quadrifariam apice dehiſcens, ſemina, trigona, capſula echinata, quadrivalvis. In locis ubi Fagus abundat, præparatur oleum ex fructu, pro uſu culinario, egregium, aus Büchäckern / Septembri maturo, ejus embryones ab initio filamentis inſtructi ſunt, Hiſt. Pl. Paris. p. 79. 351. ubi deſcritio. Abundat in denen Wäldern um die Stadt und auf dem Gebürg gegen Hochfeld. Fructus Attagenibus gratum præbet pabulum, & in illorum ingluvie reperitur, ſaginat porcos, lardum tamen exinde proveniens, non adeo firmæ eſt conſiſtentiæ, quam ſi ſues glandibus veſcuntur.

*Ferrum Equinum Germanicum, ſiliquis in ſummitate C. B. Pin.* 349. Ferrum Equinum capitatum Col. Part. 1. 301. Ornithopodio affinis, vel potius ſoleæ vel ferro Equino herbæ J. B. 2. 348. *Fer de Cheval,* gelbe Steinwicken. Eſt ferrum Equinum comoſum Rivini, Garidel Hiſt. Pl. Tab. 33. Perenn. flor. April. Majo ad Jun. in dem Gauſauer und Jllkircher Wald; zwiſchen Oßwald und Geiſpitzen copioſiſſime groſſe Plätz voll hinc inde; auf dem Gebürge bey Lützelburg dem Berg-Schloß / oberhalb Otterott; auf dem Elſaßiſchen Juragebürg circa Waſſerfall vidit J. B. Flores papilionacei, ſiliquæ, internodiis diſtinctæ, in acumen deſinunt, ſemina incurva in ſingulis interſtitiis. In monte Muteto vidit C. B.

*Filago*

*Filago ſeu Impia Dod. Pempt. 66.* Gnaphalium Germanicum J. B. 3. 158. Gnaphalium vulgare, majus C. B. Pin. 263. *Herbe à Cotton,* groß Ruhrkraut. Flor. Jun. Jul. in campis ſabuloſis gegen Oßwald; in der Ruprechtsau / und gegen der Gansau. Flores in cacumine cauliculorum conglobati, per caules diſpoſiti, floſculoſi, inſtar ſtellæ diviſi, calyx ſquamatus, ſemina parva, pappoſa. Radix ligneſcit, multis fibris capillata.

*Filago altera Dod. Pempt. 67.* Gnaphalium majus, anguſto, oblongo folio C. B. Pin. 263. Flor. Jul. Tournefort in Hiſt. Plant. Paris. figuram Gnaphalii minimi J. B. ſatis repræſentare hanc noſtram dicit, deſcriptionem minime, viget auf dem Schießrein in ſteinichten Gruben; auf Kißboden vor dem Gansauer Wald / und in demſelben. Flores in alis foliorum naſcuntur, & unum latus ſpectant, diſpoſiti ſecundum cauliculos, folia mollia, incana, & lanuginoſa cum cauliculis.

*Filago minor Ger. 641.* Gnaphalium minimum J. B. 3. 159. Gnaphalium minus, repens C. B. Pin. 263. Flor. Jul. Aug. Eſt Filago brevi anguſtoque folio, erecta Botan. Paris. Act. Ac. R. Sc. 1719. Creſcit bey Gemar an dem Weg; in agris frumentaceis Sundgoviæ C. B. vidit. Plantula tota incana, in aliquot palmares ramulos diviſa ſtatim à radice, in illis capitula ex plurimis granulis ſubrotundis, tomento incanis conſtantia Bot. Monſp.

*Filago vulgaris, tenuiſſimo folio, erecta Inſt. R. Herb.* Gnaphalium vulgare, tenuifolium J. B. 3. 159. Flor. Auguſt. auf dürren trockenen Äckern bey Oßwald. Caules multi dodrantales ramoſi, folia unciam longa fili pene tenuitate, incondita, mollia, tomentoſa, incana, floſculi & capitula per caules diſpoſita, radix lignea, capillata. Eſt Gnaphalium parvum, ramoſiſſimum, foliis anguſtiſſimis, polyſpermon Raji Hiſt. 1. 296.

und auf deren Ackern. Deſcript. quoque in Bot. Paris. Flos roſaceus, pentapetalos, calyx pentaphylloides, ſtellatim expanſus, fructus roſtratus, pentangius, ad baſin continens quinque capſulas, in ſingulis harum ſemen caudatum, quilibet loculus emittit unam longam, gracilem tubam per maturitatem à baſi ad apicem extrorſum ſe revolventem, quinque hætubæ arcte coaleſcentes inter ſe referunt cum ovario caput gruis vel ciconiæ, ſemen oblongum.

*Geranium fol. Malvæ rotundo, minus C. B. Pin.* 318. Flor. Majo ad Jul. auf ſandichten Ackern in der Ruprechtsau; an den Hecken bey dem Gartner Feld der Metzgerau; interdum profunde laciniatum eſt.

*Geranium Malacoides ſeu Malvæ folio rotundo, flore albo Mor. H. R. Bles.* Flor. Majo ad Jul. auf Bergwieſen hinter Barr.

*Geranium Columbinum, majus, flore minore, cæruleo Raji Hiſt.* 1059. Flor. Majo vor dem Fiſcherthor neben dem Glacis.

*Geranium Columbinum, diſſectis foliis, pediculis florum longiſſimis Raji Hiſt.* 1059. Geranium columbinum, annuum, minus, foliis tenuius laciniatis, flore pediculo longiſſimo inſiſtente Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 512. Flor. Jun. Jul. in denen Hecken gegen Oſtwald / bey der letzten Brücke; vor dem Fiſcherthor gegen der Citadell.

* *Geranium Robertianum I., Rubens C. B. Pin.* 319. *Herbe Robert, bec de Cicogne, bec de Grue*, flor. Majo ad Aug. an ſchattichten Orten neben den Zäunen / und auf faulen Weydenbäumen in der Ruprechtsau; auf Dächeren / hoc magis frequens quam ſequens, eſt mas vulgo, ſtinckender Storckenſchnabel. Planta eſt traumatica, laudatur in hæmorrhagiis variis.

* *Geranium Robertianum, viride C. B. Pin.* 319. Geranium Robertianum murale J. B. 3. 480. Geranium Robertianum Dod Pempt. 62. *Bec de Cicogne, bec de Grue, Herbe Robert.* Storckenſchnabel / Ruprechtskraut / Gottes Genad / Geranium fæmina vulgo. Eſt Geranoides Bot. Paris. Geranium fœtens Rivini. Flor. Majo ad Aug. auf Stämmen der abgehauenen Bäumen in Oſtwald / auf alten Mauren und Dächern in der Ruprechtsau.

*Geranium Robertianum, flore albo Mor. H. R. Bles.* Flor. Majo Jun. auf Ackern bey Jllkirch; in den Waldungen des Hochgebürgs Hochfeld.

⊙ *Geranium Pimpinellæ folio Dillenii Cat. Plant. Giſſ. p.* 176. Geranium Robertianum Rivini Irr. Pent. ubi Icon. Deſcript. in App. ad Cat. Dillen. p. 69. Flor. Auguſto ad Octobrim auf der Hart gegen Molßheim copioſe; an der Landſtraß gegen Fegersheim. In pinguioribus arvis ſit majus bey Jllkirch / eſt minoris varietas, majus exhibetur à Rivino l. c. minus magis frequens in arvis & locis ſiccioribus, folia ſunt inodora, cum Robertiani odor ſit gravis. Flores in communi pediculo plures purpurei, in Robertiano bini. Hanc plantam multi

con-

confundunt cum Geranio Cicutæ folio, monente Dillenio. Geranium foliis Pimpinellæ Dillen. Cat. nil niſi varietatem eſſe Gerani Cicutæ folio minori & ſupini contendit Buxbaum Plant. minus cognit. Cent. II. Tab. 48.

*Geranium ſanguineum, maximo flore* C. *B. Pin.* 318. Geranium ſanguineum ſive Hæmatodes, craſſa radice J. B. 3. 478. Geranium VII. αἱματώδης Cluſ. Hiſt. CII. *Sanguinaire, Bec de Grue*, **Blutröſlen / Bergſchnabelkraut / Blutwurtzel /** Perennis. Copioſe florentem reperimus Junio in jugo montis Vogeſi **auf dem Hochfeld / und gegen Waſſenburg von Oberbrunn auß /** Julio, Auguſto adhuc Tabernæmont. vidit **auf dem Wurmberg bey Cronweiſſenburg.**

*Geranium phæum, ſive fuſcum, petalis reflexis Mor. Hiſt. Oxon.* Part. 2. 515. Geranium, montanum fuſcum C. B. Pin. 318. Geranium phæum flore reflexo J. B. 3. 477. Perenn. flor. Jun. cum ſequentibus copioſe **auf Bergwieſen hinter Barr.** Icon. in H. Eyſt.

*Geranium phæum ſive fuſcum, petalis reflexis, folio non maculato H. L. Bat. ibidem.*

*Geranium phæum ſive fuſcum, petalis rectis ſeu planis Moris Hiſt. Oxon. Part.* 2. 515. Geranium phæum ſive pullo flore Cluſii J. B. 3. 477. ibidem.

*Geranium phæum ſive fuſcum, petalis rectis ſeu planis, folio maculato H. L.* B. Perenn. ibidem cum præcedentibus abundat permiſtum floret eodem tempore.

*Geranium Batrachoides, Gratia Dei Germanorum C. B. Pin.* 318. Geranium Batrachoides J. B. 3. 475. Dod. Pempt. 63. **Blauer Storckenſchnabel / Gottes Genad.** Perenn. flor. Jun. **in buſchichten / bergichten Orten gegen Lichtenberg; auf dem Gebürg gegen dem Steinthal** copioſe; **auf dem Hochgebürg Hochfeld /** locis ubi Ros ſolis copioſe muſco innaſcitur. In Sundgoviæ montoſis vidit C. B.

*Geranium Batrachoides, collum gruis Germanorum* C. B. *Pin.* 318. Gruinalis Dod. & Lugd. 278. Perenn. flor. Jun. **auf trockenen Äckern / gegen Cronweiſſenburg / die brach liegen; auf Hüglen bey Seltz.**

*Geranium Batrachioides maximum, minus laciniatum, folio Aconiti J.* B. 3. 477. Geranii majoris ſpecies, foliis magnis, figura fere & magnitudine Aconiti lutei, hirſutis, aſperis Geſner. App. 292. Hoc ex monte Ballon. Alſatiæ ſuperioris tranſlatum ſe habuiſſe refert J. B. loc. cit. ubi in humidioribus pratis creſcit. Perenn. flor. Jul. ad Septembr. Eſt Geranium craſſo Batrachoidis folio Boccone Muſ. Part. 2. Tab. 128.

*Geranium Cicutæ folio, inodorum* C. B. *Pin.* 319. **Storckenſchnabel mit Schierlingsblättern /** flor. April. ad Jun. **neben dem Weg gegen der**

Aubrück / und auf Äckern in der Ruprechtsau. Eſt Geranium inodorum H. Eyſt. Vern. o. F. 8. Fig. 1. a.

*Geranium Cicutæ folio, minus & ſupinum* C. B. *Pin.* 319. Geranium moſchatum, folio ad Myrrhidem accedente, minus J. B. 3. 479. Geranium minus, Geranium arvenſe Tabern. Icon. 57. Klein Acker-Storckenſchnabel Flor. April. ad Jun. auf den Ackern in dem Oſtwinckel; hinter der Citadell. Præcedens in agris cultis, arenoſis, hoc vero in locis macris, ſiccioribus & ruderibus. Moſchatum vix apud nos obvium, niſi in hortis.

*Geranium Cicutæ folio minus & ſupinum, flore albo* C. B. *Pin.* 319. Geranium arvenſe, album Tabern. Icon. 57. Weiß Acker Storckenſchnabel/ flor. Majo auf Ackern bey Benfeld. Rariſſime occurrit.

*Geum rotundifolium majus Inſt. R. Herb.* Sanicula montana rotundifolia, major C. B. Pin. 243. Bergſanickel / Alpſanickel. Perennis, flor. Jun. in Vogeſi montibus ubi illam vidit Tabernæm. auf dem Wehſch-gebürg. Eſt Sanicula montana altera Eyſtet.

*Glaux paluſtris, flore ſtriato, clauſo, foliis portulacæ Inſt. R. Herb.* Eſt Glaux altera ſubrotundo folio Bocc. Muſ. Tab. 84. & Botan. Paris. ubi deſcript. & figura Tab. XV. nominatur ibidem ſatis convenienter Salicaria minima. Eſt porro Portulaca ſpuria aquatica Flor. Jen. 107. ubi quoque deſcriptio. Glaux aquatica fol. ſubrotundo Flor. Pruſſ. 106. cum fig. Anagallis ſerpillifolia, aquatica J. B. 3. P. 2. 372. Alſine rotundifolia ſive Portulaca aquatica Ger. emac. Raji Hiſt. 1. 1035. Portula Dillenii Cat. Plant Giſſ 120. & App. 133. ubi accurata Deſcriptio cum charactere & figura partium præcipuarum; Eſt denique Glaucoides paluſtre, portulacæ folio, flore purpureo Michelii Nov. Plant. Gen. p. 21. ubi deſcript. & Tab. 18. figura elegans. Floret copioſe ab initio Auguſti in einem ſumpfichten Ort vor dem Weiſſenthurn-thor; wo die Breuſch in die Ill fällt auf einem tieffen Kißboden; prope ſtagnum poſt Raupe, inter Maßmünſter & Befort illam obſervavit J. B. & in locis paludoſis poſt Lutram urbem ſive Luterbach. Glaucoides hoc Michelii eſt flore roſaceo, conſtante ſex petalis ſubrotundis, in orbem poſitis, & calycis pelviformis ore, ut in Salicaria inſidentibus. Hic calyx pro parvitate floris ſatis amplus, & in duodecim radios ſectus, duobus appendicibus tenuiſſimis, in externa baſi inſtructus eſt. Ex hujus meditullio ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum, ſeu teſtam ſubrotundam, membranula vel pellicula diaphana tenuiſſima contextam, ſepto intermedio munitam, vel in duo loculamenta diviſam, ſeminibusque fœtam plerumque exiguis, triangularibus, viperinum caput æmulantibus, placentæ affixis. Flores admodum fugaces ſunt, ex albo rubelli, minimi, hærent ex adverſo in ſingula ala foliorum conjugatorum, fructus flori firmiter adhærent, perianthium capſulam

ſemi-

ſeminalem tantum inferius cingit, ſuperius ſemina tranſparent, calyces florum virides ſunt & tam ſine floribus quam cum illis fructum ferunt, plures calycem pro flore habuerunt, & inter monopetalas plantas hanc numerarunt, inter quos eſt ipſe Tournefortius; interdum non niſi calycibus onuſta ſpectatur hæc planta, floribus brevi ſiccatis.

*Gladiolus floribus uno verſu diſpoſitis, major & procerior, flore purpureo rubente* C. B. *Pin.* 41. Gladiolus ſive Xiphion J. B. 2. 701. Gladiolus Dod. Pempt. 209. Eſt Victorialis rotunda Eyſt. quibusdam fæmina, *Glaieul*, **braun Schwertel / runde Allermansharniſch Wurtzel; runde Sigwurtzel.** Flos monopetalos, liliaceus, ad exortum quaſi infundibuliformis, fundo integro, ſupra vero ampliatus, in duo labia varie diſſectus profunde, fructus oblongus, trilocularis, ſemina ſubrotunda, calyptra involuta, radix carnoſa, tuberoſa, gemina altera alteri incumbens, folia Iridis. Radix contuſa, forma cataplaſmatis impoſita Scrophulis, eas curare dicit Lobelius & alii.

*Gladiolus floribus uno verſu diſpoſitis, minor & humilior* C. B. *Pin.* 41. Perenn. flor. Jun. **auf dem Ungersberg; auf dem Hochgebürg bey dem Scherweiler Schloß / eine Stund von Tieffenthal.**

*Globularia vulgaris Inſt. R. Herb.* Bellis cærulea caule folioſo C. B. Pin. 262. Aphyllanthes Anguillaræ, ſive Globularia Bellidi ſimilis J. B. 3. 13. Bellis cærulea, Globularia Monſpelienſium Adv. 199. *Marguerite bleue* **blaue Maßlieben / blaue Zeitloſen** / *Globulaire*, Perenn. flor. Majo, Jun. **bey dem Schießberg auf der Metzgerau** copioſe, **bey dem Illkircher Wald / und hinter Barr.** Floſculi plures in capitulum rotundum congeſti, uni labiati, multi ſciſſi, calyculo proprio innexi, calyce uno communi ſuccincti. Fructus eſt capſula fœta ſemine oblongo, acuminata, capſulæ inſident placentæ in centro calycis.

Graminifoliarum florem, ſicut triticearum non eſſe apetalum ſed bipetalum demonſtrat Michelius Nov. Plant. Gener. 35. Tab. 31. Tournefortius aliique ſibi hactenus perſuaſerunt eſſe apetalum.

* *Gramen Loliaceum, radice repente, ſive Gramen Officinarum Inſt. R. Herb.* Gramen caninum arvenſe ſive Gramen Dioſcoridis C. B. Pin. 1. Gramen repens Officinarum, forte Triticeæ ſpicæ aliquatenus ſimile J. B. 2. 457. Gramen Dod. Pempt. 558. *Chien dent*, **Queckengraß / Kulchgras / Hundsgraß / Dort.** Perenn. flor. Jun. ad Jul. **an den Wegen und auf den Ackern** nimis copioſe, **nicht leicht auf Matten** Scheuchz. Agroſt. p. 5. ubi deſcriptio, ſpica rarius conſpicitur, quia illam vel demetunt quotannis Agricolæ, vel radices majores evellunt, aut aratro eruunt, interdum eſt inſignis altitudinis, & humanam ſuperat; folia habet ad genicula longa, lataque, ſupina parte leviter hirſuta Dillen. Pl. Giſſ. ſecundum Botan. Paris. eſt Gramen Loliaceum latifo-

liium

lium ſpica triticea compacta C. B. Pin. 8. Prodr. 18. deſcript. fig. 17. quod foliorum longitudine multum variat, flos dipetalos cum tribus ſtaminibus, locuſtis compoſitis. Hæc radix eſt è cenſu 5. radic. aperientium minorum, abſtergit ſimul mucum, diureſin excitat, laudatur hinc in viſcerum obſtructionibus, ad lumbricos infantum enecandos Mercurius crudus in aqua graminis decoqui ſolet tanquam anthelminticum remedium.

*Gramen Loliaceum radice repente ſive Gramen Officinarum ariſtis longioribus donatum Inſt. R. Herb.* Graminis ſpica triticea repentis vulgaris varietas, cum ſpica ariſtata Raji Synopſ. 247. Perenn. flor. Jun. Jul. neben den Ackern bey Illkirch. Deſcript. apud Scheuchz. p. 9. Icon. in Bot. Paris. Tab. XVII. Fig. 2.

*Gramen Loliaceum, ſpica longiore, ariſtas habens* C. B. *Pin.* 9. Lolium gramineum, ſpicatum, caput tentans J. B. 2. 437. *Yvroie*, Lulch / Draſpe / Treſpe / Dollkorn / Schwindelkorn / Schlafweitzen. Floret Jun. Jul. auf denen Weitzen- und Gerſtenfeldern / unter der Frucht frumento ſe immiſcet, & cum illo matureſcit. Eſt Lolium verum. Triticum temulentum Scheuchz. Agr. p. 31. Lolium hoc cereviſiæ in decoctione additum, temulentiam facit, & inebriativam vim habet, majori doſi dementiam cauſatur, quod ipſum etiam contingit, ſi panis ex tritico cui ſemen hujus graminis copioſius admiſtum, in cibum aſſumatur, membra torpida reddit, & tenebricoſam vertiginem inducit. Carbonibus injectum hoc ſemen Lolii, in conclavi clauſo omnes præſentes reddit ſtupidos & ſomnolentos, capita eorum tentat & perturbat, ita ut fuga ſibi conſulere neceſſe habeant, hoc remedio utuntur caupones apud nos, quando hoſpites in ſeram noctem compotationes protrahunt, & balneatores in Aſia, cum homines in balneis ultra debitum tempus comorantur. Farina hujus ſeminis lolii cum aceto, ſale & ſulphure pulveriſato coctum, & calide impetigini aut ſcabiei impoſitum, calide ſervatum, & ſæpius repetitum, illas fugat & curat annotante Tabernæm. In vino cocta hæc mixtura una cum ſtercore columbino & farina ſeminis lini ſtrumas diſſolvit & abſceſſus maturat juxta eundem.

*Gramen Loliaceum, ſpica longiore ſine ariſtis* C. B. *Pin.* 9. *Yvroie* neben den Ackern gegen Eckbolßheim; an der Landſtraſſen daſelbſten.

*Gramen Loliaceum anguſtiore folio & ſpica* C. B. *Pin.* 9. Phœnix Lolio ſimilis J. B. 2. 436. Phœnix, ſive Lolium murinum Dod. Pempt. 540. Maußgerſten / Walch / flor. Jul. Aug. an den Wegen / Fußpfaden und Wieſen paſſim.

⊙ *Gramen Loliaceum, anguſtiore folio & ſpica, ſpicis partialibus rarius & à ſe invicem remotis ſitis Raji Hiſt. Pl.* 1263. Scheuchz. Agroſt. p. 26. auf Matten bey dem Canal.

*Gramen Loliaceum, majus, ſpicis longius diſtantibus Inſt. R. Herb.* Phœnix ſimplici & rariſſima gluma Parck. Theat. 1145. Icon. 114. flor. Jul. auf den Matten und an den Wegen bey Oſſwald.

*Gramen Loliaceum, anguſtiore folio & ſpica, ariſtis donatum Inſt. R. Herb.* Flor. Aug. auf den Matten bey Oſſwald / und in dem Wald. Icon. in Bot. Paris. Tab. XVII. Fig. 3. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 36.

*Gramen Loliaceum, ſpicis brevioribus & latioribus, compreſſis Mor. Hiſt. Oxon. Part.* I. 382. Creſcit auf Fußpfaden die ſtarck betretten gegen Oſſwald.

*Gramen Loliaceum, ſpica ſimplici & denſa Inſt. R. Herb.* Eſt Gramen anguſtifolium, ſpica tritici muticæ ſimili C. B. Prodr. 17. ubi Icon. Deſcript. in Bot. Paris. & Scheuchz. p. 7. Perenn. flor. Jul. bey Marckelsheim.

*Gramen Loliaceum corniculatum, ſpicis villoſis Inſt. R. Herb.* Gramen avenaceum dumetorum, ſpicatum Raji Hiſt. 1262. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 92. Scheuchz. Agroſt. p. 35. Dillen. App. ad Cat. Giſſ. p. 170. Icon. ibid. Spica è locuſtis ſquamoſis alternatim medio ſcapo adnatis, Lolii ad inſtar ſitis componitur; inſigniter repit flagellis emiſſis, ſaporis ſubdulcis adſtrictorii, uti Gramen officinale. Perenn. flor. Jun. Jul. neben den Ackern in dem Oſtwinckel; an den Hecken zwiſchen Gravenſtaden und Oſſwald.

*Gramen Loliaceum corniculatum, ſpicis glabris Inſt. R. Herb.* In einem trockenen Gräblein in Schiltigheim; auf dem Gebürg bey Heilgenſtein.

*Gramen Loliaceum, panicula multiplici & ſpicata Inſt. R. Herb.* Phœnix multiplici ſpicata panicula Parck. Theat 1145. flor. Jun. an den Wegen und Ackern in der Ruprechtsau / in dem Oſtwinckel. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 200.

*Gramen Loliaceum, minimum, foliolis junceis, panicula unam partem ſpectante Inſt. R. Herb.* Gramen Sparteum juncifolium C. B. Pin. 5. Spartum parvum Lobelio J. B. 2. 513. Spartum noſtras, parvum Lob. Icon. 90. Perenn. flor. Jul. Aug. auf Hochfelden / oberhalb Hoch Andlau dem Hochgebürg copioſiſſime, ubi totam illam amœniſſimam planitiem herbidam Hochfeld dictam, in cacumine Vogeſi, Violæ montanæ grandifloræ diverſorum colorum permiſtum obducit & inveſtit. In Hortum translatum hoc gramen folia latiora tandem acquirit, inſtar graminis vulgaris, paniculati, minoris, & longiora; Majo menſe jam florebat, quo tempore in jugis iſtis montium omnia fere ſub nive adhuc latent vel aquis nivalibus obruta ſunt. Deſcript. in Bot. Paris. & in Scheuchz. Agroſt. p. 90. qui ab Alpicolis Suitenſibus Nätſch vocari gramen hoc refert.

*Gramen Loliaceum, minus, capillaceo folio, ſpica Brizæ longiſſima Inſt. R. Herb.* Gramen foliolis junceis, brevibus, majus, radice nigra C. B.

Pin. 5. Gramen tenuifolium, glabrum J. B. 2. 462. Flor. Jul. auf den dürren Wieſen gegen Mutzig.

*Gramen Loliaceum, altiſſimum, ſpica Brizæ perlonga, ariſtis brevioribus donata Inſt. R. Herb.* Gramen ſpica Brizæ, majus C. B. Pin. 9. Prodr. 18. Perenn. flor. Jun. Jul. auf denen Matten bey Druttenhauſen; in dem XV. Wört an dem Rhein. Eſt modo majus, modo minus, & variat admodum magnitudine, interdum ad hominis altitudinem aſſurgit.

*Gramen ſpicatum, vulgare, ſecalinum Inſt. R. Herb.* Gramen hordeaceum, minus & vulgare C. B. Pin. 9. Hordeum murinum J. B. 2. 431. Hordeum ſpontaneum, ſpurium, Holcus Plinii Anguillaræ Lob. Icon. 30. Gerſtengraß / Gerſtentwalch / flor. Jun. Jul. an den Fußpfaden / Zäunen und Mauren. Deſcript. in Scheuchz. Agroſtogr. p. 14.

*Gramen ſpicatum, ſecalinum, altiſſimum Inſt. R. Herb.* Gramen ſpica ſecalina C. B. Pin. 9. Prodr. 18. Gramen ſecalinum, majus Parck. Theat. 1144. Flor. Jul. in dem Ruprechtsauer Wald an den Hecken Deſcript. in Bot. Paris. p. 82. Icon. in Scheuchz. Agroſt.

*Gramen ſpicatum, ſecalinum, minus Inſt. R. Herb.* Gramen ſecalinum, minus Parck. Theat. 1144. Mausßgerſten / Taubkorn. Flor. Jul. an denen Mauren auf dem alten Stattgraben; an Fußpfaden paſſim. Deſcript. in Bot. Paris. Icon ibidem Tab. VII. fig. 4. & in Scheuchz. Agroſt. p. 17.

*Gramen anthoxanthon, ſpicatum J. B. 2. 466.* Gramen pratenſe, ſpica flaveſcente C. B. Pin. 3. Gramen Anthoxanthon Dalechampii Lugd. 426. Wieſengraß mit gelblichten Aehren. Flor. Majo hinter dem Spitalgarten auf einer Höhe; auf trockenen Wieſen bey Oſtwald. Deſcript. in Scheuchz. Agr. p. 88. Hujus varietas eſt foliis hirſutis, melilotum odore referens ibid. 89. reperitur etiam majus & elatius, cubitalis altitudinis, auf fetten Ackern in der Ruprechtsau; auf feuchten Wieſen ibidem, ſpica craſſiori vel tenuiori, etiam ſpica multiplici & ramoſa Dillen. App. p. 44. ſemina habet fuſca lanugine obducta, & ariſtis brevibus recurvis donata, non ſecus ac Ægilops. Flor. Jen.

*Gramen ſpicatum, glumis variis Inſt. R. Herb.* Gramen glumis variis C. B. Pin. 10. Prodr. 21. Gramen verſicolor J. B. 2. 466. Flor. April. in aridis & ſiccis des Hochgebürgs Rappolſtein; in confiniis Sundgoviæ vidit C. B. ſpicæ nitidæ plures, quaſi cæruleæ vel purpureæ, amplo ceſpite.

*Gramen ſpicatum ſpica, cylindracea longiſſima Inſt. R. Herb.* Gramen Typhoides maximum, ſpica longiſſima C. B. Pin. 4. Prodr. 10. Gramen cum cauda muris majoris, longa, majus J. B. 2. 472. Perenn. Flor. Jun. Jul. in den Hecken hinter dem Spitalgarten; bey Gravenſtaden an dem Waſſer; an dem Canal. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 60.

*Gramen*

*Gramen ſpicatum, ſpica cylindraceâ, tenuiſſima, longiore Inſt. R. Herb.* Gramen Typhoides, ſpica anguſtiore, longiore C. B. Pin. 4. Gramen cum cauda muris purpuraſcente J. B. 2. 473. Gramen Alopecuroides, minus, alterum Lob. Icon. 9. Fuchsſchwantzgraß. Perenn. flor. Jul. in dem Oſtwinckel; neben den Ackern vor dem Steinſtrafferthor. Deſcript. in Scheuchz. p. 60.

*Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea, craſſiori Inſt. R. Herb.* Gramen Typhoides, aſperum, alterum C. B. Pin. 4. Gramen Typhinum II. Tabern. Icon. 218. Perenn. flor. Jul. hinter Barr auf den Matten. Deſcr. in Scheuchz. Agr. 62.

*Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea, tenuiori, longâ Inſt. R. Herb.* Gramen Typhoides, aſperum, primum C. B. Pin. 4. Gramen cum cauda muris, minus J. B. 2. 471. Gramen Typhinum I. Tabern. Icon. 217. Perenn. flor. Jul. Aug. auf trockenen Wieſen bey der Ganſau; in der Ruprechtsau. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 62.

*Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea, tenuiſſima, breviore Inſt. R. Herb.* Gramen Typhoides, ſpica anguſtiore, breviore C. B. Pin. 4. Gramen Alopecurinum I. II. Tabern. Icon. 209. Perenn. flor. Aug. auf der Oßwalder Nachtweyd; auf dem Glacis und auf den Ackern vor dem Steinſtrafferthor.

*Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea, brevi, radice nodoſa Inſt. R. Herb.* Gramen nodoſum, ſpica parva ſive nodoſum, tertium C. B. Pin. 2. Prodr. 3. Flor. Jun. Jul. auf dem St. Ottilien Gebürg; in denen Waldungen gegen Niedeck; circa Befordiam in dumetis obſervavit J. B.

*Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea, glabra, foliis hirſutis Inſt. R. H.* Gramen Typhoides, culmo reclinato, C. B. Pin. 4. Gramen cum cauda muris, foliis hirſutis J. B. 2. 471. Gramen Alopecuroides, minus Lob. Icon. 9. Perenn. flor. Jul. in den Reben bey Mittelberckheim.

*Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea, molli & denſa Inſt. R. Herb.* Gramen Typhoides, molle C. B. Pin. 4. Gramen Alopecuroidi accedens & Phalaridi, ſpica longiuſcula, folio lanuginoſo J. B. 2. 474. Gramen Alopecuroides Lob. Icon. 8. Fuchsſchwantzgraß / Kolbengraß. flor. Majo, Jun. vor dem Spithalthor auf dem Glacis; auf Matten bey Oßwald. Eſt modo ſtaminibus violaceis, modo luteis Scheuchz. Agr. p. 246. ubi deſcriptio.

*Gramen ſpica criſtata, ſubhirſutum, C. B. Pin.* 3. *Prodr.* 8. in dumetis Sundgoviæ obſervavit C. B. Perenn. flor. Jun.

*Gramen ſpicatum, glumis criſtatis Inſt. R. Herb.* Gramen criſtatum, Anglicum Parck. Theat. 1160. Kammgraß. Perenn. flor. Jun. Jul. auf Matten bey Druttenhauſen; bey Mertzweiler auf Wieſen. Hoc ſpica ele-

gantiore & denſiore obſervavit C. B. auf dem Waſſerfall / dem Elſaßiſchen Jurengebürg.

*Gramen ſpicatum, aquaticum, ſpica cylindracea, brevi Inſt. R. Herb.* Gramen aquaticum, geniculatum, ſpicatum C. B. Pin. 3. Gramen cum parva cauda muris, radice non nodoſa, repens J. B. 2. 472. Gramen fluviatile, album Tabern. Icon. 216. Perenn. flor. Majo ad Jul. in einem Graben bey dem XV. Wört; in ſtehenden Waſſergruben bey dem Canal; circa Befordiam reperit J. B. Culmi ejus quandoque in aqua fluitant.

*Gramen dactylon, folio latiore C. B. Pin. 5.* Graminis genus, Dens canis tertius, ſive Gramen I. vel Galli crus J. B. 2. 444. Iſchæmum, Gramen ſanguinarium, Tabern. Icon. 222. Blutgraß / Schwadengraß. Dactylon vocatur, quod panicula in quaternas, quinas vel plures partes diviſa, quaſi digitos manus expanſos referat. Eſt Gramen Mannæ Dod. Tabern.

*Gramen dactylon, radice repente ſive Officinar. Inſt. R. Herb.* Gramen repens, cum panicula Graminis Mannæ J. B. 2. 450. cujus figura tranſpoſita eſt. Perenn. flor. Majo, ſemen maturum eſt Jul. Auguſt. durat uſque in autumnum, ſponte provenit inter olera in den Kuchengärten/ in areis hortorum, & incultis ubique, auf den Ackern in der Ruprechtsau. Deſcriptio in Scheuchzero, Figura in Mathiolo quoque. Gramen dactylon eſculentum C. B. ab hoc ſola cultura differre contendit cum Rajo & Pluckenetio J. B. in terra culta fit grandius & tunc vocatur Mannagraß / Himmelſchwaden / Großhirſe / *Pied de Coq*, dicendum tunc Gramen dactylon, folio arundinaceo, minus C. B. Gramen legitimum Cluſii Hiſt. 217. Non tamen ubique provenit manna fœcundum, eſculentum. Glumæ in ſpicas diſpoſitæ ſunt virides, modo ſubfuſcæ, ſpadiceæ. In vineis quibuſdam Sundgoviæ vidit C. B. Annuum hoc dicunt Moriſon & J. B. quod alii perenne. Semen exiguum, oblongum, albidum & compreſſum, ſemine milii minus, oryzæ ſaporem habet, & in pultibus cum lacte & butyro ſuave præbet ferculum, quod eſt Polonorum Crachat, & in locis Septentrionalibus valde in uſu eſt milii & panici loco. Semen hoc ab una parte tantum utriculis incluſum, à glumis & utriculis repurgatur. Aliquibus locis integros agros illo conſerunt. Radices graminis dactyloidis ſunt ſubdulces, aperitivæ, utiles contra vermes infantum, ſicut & eorum aqua deſtillata, aut decoctum. In calidioribus Regionibus fiunt grandiores, & ad digiti craſſitiem excreſcunt, atque in illis locis ſolæ in uſum trahuntur medicum.

*Gramen dactylon, anguſtifolium, ſpicis villoſis C. B. Pin. 8.* Gramen digitatum, hirſutum J. B. 2 445. Iſchæmum II. Tabern. Icon 222. Perenn.

renn. floret Julio, Aug. floribus ex purpura violaceis hinter der Citadell neben den Ackern copioſe; neben dem Rheingieſſen; auf dürren Wieſen gegen Oßwald medio Septembri adhuc florebat. Sanguinellam quidam vocant, quia pueri ſanguinem hoc gramine è naribus eliciunt.

*Gramen pratenſe, paniculatum, majus, latiore folio Inſt. R. Herb.* Πόα Theophraſti C. B. Pin. 2. Gramen pratenſe I. Dod. Pempt. 560. Heugraß. Deſcript. in Bot. Paris. & in Scheuchz. Agroſt. p. 179. Flor. Majo ad Jul. auf den Wieſen und Matten bey Oßwald & paſſim. Gramen pratenſe, paniculatum majus, anguſtiore folio C. B. Pin. 2. Prodr. 5. Varietas in locis aridis ſtrigoſior.

*Gramen paniculatum, aquaticum, fluitans Inſt. R. Herb.* Gramen aquaticum multiplici ſpica ἄγρωσις ποτάμιος C. B. Pin. 3. Gramen aquaticum, cum longiſſima panicula J. B. 2. 490. Gramen fluviatile Tabern. Icon. 216. Fluthgraß / Endtengraß / ſchwimmend Graß / flor. Jun. Jul. an ſumpfichten tieffen Orten in der Ruprechtsau; in Waſſergräben vor dem Spitalthor. Deſcript. in Scheuchz. Agr. p. 199.

*Gramen paniculatum, ſpicis craſſioribus & brevioribus Inſt. R. Herb.* Gramen ſpicatum, folio aſpero C. B. Pin. 3. Prodr. 9. Gramen aſperum J. B. 2. 467. Gramen ſpicatum Dalechampii Lugd. 427. Variat floribus ſæpiſſime pallide luteis, aut ſubrubris. Deſcript. in Bot. Paris. p. 91. Scheuchz. Agroſt. p. 300. Flor. Junio auf denen Matten bey Oßwald; auf graſichten Orten in der Ruprechtsau.

*Gramen panicula fere Arundinacea, locuſtis breviſſimis Inſt. R. Herb.* Gramen pratenſe, vulgare, ſpica fere arundinacea J. B. 2. 461. Flor. Majo an dem Canal; auf den Matten bey Eckbolßheim; auf dem Glacis gegen der Citadell vor dem Fiſcherthor; auf der Contreſcarpe vor dem Steinſtraſſerthor.

*Gramen paniculis elegantiſſimis ſive ἱεραγρώστις, majus C. B. Pin. 2.* Gramen amoris dictum J. B. 2. 470. Gramen paniculatum, ſativum, Heragroſtis Tabern. Icon. 204. *Amourettes*, Liebgraß. Flor. Jun. Jul. auf Haberackern bey Benfeld. In Alſatiæ & Rheni tractu aliquibus locis provenire C. B. annotat Theat. Bot. p. 26. In Alſatia ſuperiori J. B. reperit, Tabernæmontanus hoc ibidem obſervavit. Eſt Gramen filiceum, paniculis integris Boccon. Pl. rar. Sic. 63. ubi figura elegans.

*Gramen pratenſe, panicula duriore, laxa, unam præcipue partem ſpectante Raji Synops.* 257. Perenn. Flor. Jun. Jul. auf Wieſen gegen der Gansau.

*Gramen paniculatum, latifolium, radice repente, craſſiori Inſt. R. Herb.* Gramen caninum, longius radicatum, majus C. B. Pin. I. Gramen canarium, longius radicatum, latiore panicula Adv. Part. 2. 467. J. B. 2. 457. In agris vocatur etiam Quecken Deſcript. in Bot. Paris. Perenn. flor. Jun. Jul. in dem Ochſen Wört.

*Gramen paniculatum, proliferum Inſt. R. Herb.* Gramen arvenſe, panicula criſpa C. B. Pin. 3. Prodr. 6. Gramen cum panicula molli, rubente J. B. 2. 464. Viget Majo, Jun. **auf ſteinichten dürren Wieſen neben dem Rheingieſſen.** In Sundgovia vidit C. B. in ripa Rheni; **wächßt zuweilen auf alten Mauren der Dörffer.** In ſummitate bulbulos ſive ſoboles profert, inſtar Allii vel Biſtortæ Alpinæ minimæ, propagationi inſervientes, loco ſeminum & florum. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. & Scheuchz. Agroſt. p. 211.

*Gramen pratenſe, paniculatum, medium, C. B. Pin.* 2. Gramen pratenſe, minus J. B. 2. 542. Gramen pratenſe II. Dod. Pempt. 560. **auf dürren Wieſen** paſſim, Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 180.

*Gramen pratenſe, paniculatum, minus, album C. B. Pin.* 3. Gramen paniculatum, minus, album Tabern. Icon. 206. J. B. 2. 465. Perenn. flor. Majo paſſim ad vias, in pratis.

*Gramen pratenſe, paniculatum, minus, rubrum C. B. Pin.* 3. Gramen paniculatum, minus, rubrum Tabern. Icon. 207. J. B. 2. 465. Perenn. flor. Majo, **auff Hochfelden dem Hochgebürg** ſerius, **wann der Schnee vergangen iſt; zwiſchen Hoch Königsberg und Oberehenheim** Tabernæm. obſervavit; prope Oppidum **Oberneh** vulgò dictum C. B. invenit in agris.

*Gramen pratenſe, paniculatum, molle C. B. Pin. 2. Prodr.* 5. Gramen lanatum Dalechampii Lugd. 425. J. B. 2. 466. Perenn. flor. Majo, Jun. **auf dürren Wieſen in der Ruprechtsau.** Deſcript. in Bot. Paris. & in Scheuchz. Agroſt. p. 234.

*Gramen minus, vulgare, panicula rigidâ Inſt. R. Herb.* Gramen minus, duriuſculum Tabern. Icon. 298. **Klein hart Graß.** Perenn. flor. Jul. **vor dem Spitalthor / wo die Seiler arbeiten**, copioſe; **auf dürren Wieſen gegen Oßwald/** loco ſterili & tenui gramine veſtito abundat.

*Gramen aquaticum, paniculatum, latifolium C. B. Pin.* 3. Gramen majus, aquaticum Lobelii J. B. 2. 481. Gramen harundinaceum, paniculatum Tabern. Icon. 211. **Groß Riedgraß.** Perenn. flor. Jun. Jul. **an dem Ufer der Jll** copioſe **und in denen Stadtgräben / oder ſumpfichten Orten.**

*Gramen paniculatum, Arundinaceum, panicula denſa, ſpadicea Inſt. R. Herb.* Gramen Arundinaceum, panicula molli, ſpadicea, majus C. B. Pin. 7. Gramen plumoſum Lobelii, ſpica candida, & ſerici modo lucens J. B. 2. 476. Gramen tomentoſum & aceroſum. Calamagroſtis quorundam & vulgi gramen plumoſum Lob. Icon. 6. *Leche*, **Waſſer-Federgraß** Perenn. flor. Jun. Jul. **bey dem Mauthoff; auf einer feuchten Wieſe gegen Oßwald** copioſe; **an dem Canal in den Hecken**; locis udis **an der Breuſch / wo ſie in die Jll fällt.** Deſcript. in Scheuchz. Agroſt.

Agroſt. p. 122. Spicæ longæ, purpureo rubentes per maturitatem candicant & ſplendent.

*Gramen paniculatum, aquaticum, miliaceum Inſt. R. Herb.* Gramen miliaceum, aquaticum Raji Synops. p. 255. Icon. in Bot. Paris. Tab. XVII. fig. 7. Eſt Gramen ſupinum, paniculatum, dulce C. B. Pin. J. B. Gramen dulce udorum Lob. illuſt. 10. Gramen Miliaceum, fluitans, ſuavis ſaporis D. Meret, Raji l. c. Perenn. Flor. Jul. **in einem Graben zwiſchen Oſtwald und Gravenſtaden.** Hoc gramen ſapore dulci non tantum radicis ſed & ipſorum foliorum ſeſe manifeſtare Dillenius annotat Cat. Pl. Giſſ. 111. Reperitur etiam ad agrorum margines interdum, **Hirſerohr.**

*Gramen paniculatum, aquaticum, Phalaridis ſemine Inſt. R. Herb.* Gramen arundinaceum, aceroſa glumâ, noſtras Parck. Theat. 1273. Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 203. An gramen Arundinaceum ſpicatum C. B. Pin. 6. **Klein Riedgraß.** Deſcript. in Scheuchz. Agr. p. 126. Perenn. flor. Jun. Jul. **an der Breuſch gegen der grünen Wart; auf dem Schießrein / neben dem Waſſer der Jll.**

*Gramen paniculatum, Arundinaceum, ſpica multiplici Inſt. R. Herb.* Gramen Arundinaceum, ſpica multiplici, Καλαμάγρωστις Dioſcoridis C. B. Pin. 6. Gramen Calamagroſtis Lobelii J. B. 480. Calamagroſtis Lob. Icon. 6. **Rohrgraß / Riedgraß.** Perenn. flor. Jul. **auf der Ganſau an dem Rhein.** Ingratum gregibus pabulum, non modo acidum, (**Saur**) ſed & illorum labra & fauces ſauciat, ita ut cruore madeant. Alias ad ſtagna etiam provenit, & in locis montoſis ſpica tenuiore conſpicitur. Hujus graminis fœnum eſt vilioris pretii, & non niſi in alterius penuria à bobus & equis comeditur.

*Gramen paniculatum, Autumnale, panicula ampliore, ex viridi nigricante Inſt. R. Herb.* Gramen Arundinaceum, enode, majus, montanum C. B. Pin. 7. Gramen Harundinaceum, enode J. B. 2. 481. Gramen Harundinaceum, montanum Tabern. Icon. 231. **Bintzenhelm / Waldrohr / Bergriedgraß.** Flor. Jul. Aug. flaveſcit, & ſemen maturat, **auf Berg-Waldungen hinter Waſſenburg; hinter Heilgenſtein; in dem Hagenauer Forſt.** Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. 207. Culmus ad Viri altitudinem aſſurgit. Ex hujus graminis culmis naſſas piſcatorum, corbes & ſcopas confici C B. annotat.

*Gramen paniculatum, Autumnale, panicula anguſtiore, ex viridi nigricante Inſt. R. Herb.* Gramen pratenſe ſerotinum, panicula longa, purpuraſcente Raji Synops. 260. Prioris varietas. Flor. Aug. ad Septembr. Deſcript. in Scheuchz. Agr. p. 209. In aquoſis & humidis **neben dem Canal; in den Gebürgen und Waldungen gegen Hochfeld.** Utrumque adhiberi ſolet ad naſſas piſcatorum conficiendas, ad pileos, ad ſiccandos caſeos, ad corbes &c.

*Genram*

*Gramen paniculatum, majus, locuſtis magnis, candicantibus, tremulis Inſt. R. Herb.* Gramen tremulum, majus C. B. Pin. 2. Gramen tremulum J. B. 2. 469. Gramen Leporinum, Gramen tremulum Tabern. Icon. 231. *Amourettes tremblantes*, Haſengraß / Zittergraß / Haſenbrod. Flor. Majo, Jun. auf den Wieſen in dem Oſtwinckel / und gegen Oßwald. Deſcript. in Agroſt. Scheuchz. p. 204.

*Gramen paniculatum, majus, locuſtis magnis, phœniceis, tremulis Inſt. R. Herb.* Gramen tremulum, majus, panicula ſpadicea C. B. Pin. 2. Flor. Majo, Junio, ibidem, und auf den Wieſen bey Reichshoffen / in magna copia.

*Gramen paniculatum, minus, locuſtis parvis, tremulis Inſt. R. Herb.* Gramen tremulum, minus, panicula parva C. B. Pin. 2. Prodr. 9. Gramen tremulum, minus J. B. 2. 470. Klein Zittergraß / Haſenbrod. Flor. Majo auf dürren Wieſen vor der Ganſau; in dem Eckboltzheimer Wald; in dem Oſtwinckel. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 205.

*Gramen montanum, panicula ſpadicea, delicatiore C. B. Pin. 3. Prodr. 12. J. B. 2.* 476. Flor. Jun. Jul. auf dem Hochgebürg Niedeck. C. B. illud obſervavit auf dem Elſaßiſchen Juren Gebürg / dem Waſſerfall & in confiniis Sundgoviæ.

*Gramen montanum, panicula Miliacea, ſparſa C. B. Pin. 8. Prodr. 17. J. B.* 2. 462. Flor. Jul. auf dem Gebürg gegen Niedeck.

*Gramen ſylvaticum, panicula Miliaceâ, ſparſa C. B. Pin.* 8. Gramen Miliaceum Lobelii J. B. 2. 462. Miliaceum gramen Lobel. Icon 3. Hirsgras. Perenn. Flor. Jun. ad Jul. in dem Ganſauer Wald; an dem Canal copioſe; in dem Wald dabey gegen Eckboltzheim. Deſcript. in Bot. Paris.

*Gramen paniculatum, minus, radice repente, panicula duriore Inſt. R. Herb.* Gramen murorum, duriuſculum, ſpica erecta, rigida Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. ſect. 8. Tab. 2. fig. 9. Gramen Loliaceum murorum, duriuſculum, ſpica erecta, rigida Ejuſd. ibid. 182. Gramen panicula multiplici C. B. Pin. 3. Prodr. 11. Perenn. flor. Jul. auf den Mauren des alten Stattgrabens.

*Gramen capillatum, paniculis rubentibus J. B.* 2. 462. Gramen ſegetum, altiſſimum, panicula ſparſa C. B. Pin. 3. Segetum gramen, panicula ſparsâ, latiore Lob. Icon. 2. Ackergraß mit einem rothen Strauß. Perenn. flor. Jun. unter der Frucht bey Jllkirch / und auf den Feldern um die Stadt. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 144.

*Gramen capillatum, paniculis viridantibus J. B.* 2. 462. Prioris varietas ibidem. Gramen ſegetum panicula arundinacea C. B. Pin. 3. Gramen agrorum Lobelii J. B. 2. 461. Agrorum venti ſpica & gramen agrorum, latiore, arundinacea, comoſa panicula Lob. Icon. 3. Varietas videtur Graminis capillati J. B. quod Dillenius negat p. 111. Cat. Pl. Giſſ.

Giſſ. Acker Riedgraß/ Acker Straußgraß. Flor. Jun. unter der Frucht bey der Hohenwart/ und gegen Oßwald; auf Matten bey der Gansau. Deſcript. in Scheuchz. Agr. 244.

*Gramen pratenſe, paniculatum, altiſſimum, locuſtis parvis, ſplendentibus, non ariſtatis Inſt. R. Herb.* An Feſtuca graminea, effuſa juba C. B. Pin. 9. Prodr. 19. Gramen Feſtucæ effuſa juba Hiſt. Plant. Paris. Flor. Jun. Jul. auf denen Ackern bey Illkirch; auf dem Spitalwall.

*Gramen avenaceum, utriculis lanugine flaveſcentibus Inſt. R. Herb.* Feſtuca utriculis lanugine flaveſcentibus C. B. Pin. 10. Ægilops quibuſdam, ariſtis recurvis, ſive Avena piloſa J. B. 2. 433. Feſtuca prior Dod. Pempt. 539. *Haveron*, wild Haber/ Habergraß. Flor. Jun. Jul. ad Septembr. auf denen Gerſt- und Haberfeldern gegen Oßwald / unter dem Habern. Eſt Avena ſylveſtris, piloſa, ariſtis recurvis M. H. 3. 209. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 240. Ariſtarum pars inferior infra curvaturam, inſtar fili cannabini intorta eſt, ex qua Hygrometrum paratur. Flos dipetalos cum tribus ſtaminibus, locuſtis compoſitis Michel.

*Gramen Avenaceum, panicula ſparſa, locuſtis majoribus & ariſtatis Inſt. R. Herb.* Feſtuca Avenacea, ſterilis, elatior C. B. Pin. 9. Ægilops Mathiolo forte J. B. 2. 439. Bromos Herba Dod. Pempt. 540. Gramen Feſtucæ, ſterile, elatius Hiſt. Plant. Paris. Eſt Avena fatua Tabern. quæ glumis vacuis *Avron, ou Havron*, Twalch / Spitzling / Gauchhabern / Maußhabern / flor. Jun. Jul. an den Hecken; auf dem Wall; unter der Sommerfrucht / und an den Wegen. Eſt ſpicis dependentibus. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 258.

*Gramen Avenaceum, panicula ſparſa, locuſtis minoribus & ariſtatis Inſt. R. Herb.* Bromos ſterilis altera. Feſtuca altera Dodonæi Lob. Icon. 33. Flor. Jun. Jul. unter der Frucht bey Eckboltzheim / an denen Wegen und Ackern bey Oßwald. Interdum ſpicæ in faſciculum collectæ ſunt & compactæ, tales obſervavimus bey Brumpt interdum diſperſæ, interdum ſine ariſtis.

*Gramen Avenaceum, locuſtis villoſis, anguſtis, candicantibus & ariſtatis Inſt. R. Herb.* Feſtuca Avenacea, hirſuta, paniculis minus ſparſis Raji Hiſt. 1289. An Gramini murali Dalechampii ſimile, ſi non idem J. B. 2. 438. Gramen murorum, ſpicis pendulis, anguſtioribus Hiſt. Plant. Paris. Flor. Majo, Junio. auf dürren Wieſen bey Oßwald; auf trockenen Ackern in der Ruprechtsau; auf denen Mauren.

*Gramen Avenaceum, montanum, lanuginoſum C. B. Pin.* 19. Gramen cum locuſtis parvis, candidis, piloſis, ſemine Avenaceo J. B. 2. 434. Gramen Avenaceum Tabern. Icon. 207. Habergraß. Flor. Junio in dem Gebürg gegen Waſſenburg.

*Gramen montanum, avenaceum, locuſtis rubris C. B. Pin.* 10. *Prodr.* 20. Gramen locuſtis rubris J. B. 2. 434. Flor. Jun. ad Aug. in den Hecken

in der Ruprechtsau / und in einem Wäldlein daſelbſt; auf dem Niedecker Gebürg an ſchattichten Orten; auf dem Barrer Gebürg. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 171.

*Gramen Avenaceum, panicula purpuro - argentea, ſplendente D. Doody Raji Hiſt.* 1909. Gramen avenaceum, glabrum, panicula purpuro-argentea, ſplendente D. Doody Raji Synops. 262. Flor. Majo, Jun. auf trockenen Wieſen der Metzgerau; auf dem Gebürg hinter Otterot; auf dem Glacis vor dem Judenthor. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 227.

*Gramen Avenaceum, capillaceum, minoribus glumis C. B. Pin.* 10. Flor. Jul. auf denen Bergen bey Rappolſtein; hinter Heilgenſtein.

*Gramen Avenaceum nemorenſe, glumis rarioribus, ex fuſco Xerampelinis noſtras Raji Hiſt.* 1289. Præcedenti per ſimile eſt, ſi non idem. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. 173. Dillen. App. ad Cat. Plant. Giſſ. 57.

*Gramen Avenaceum, locuſtis glabris, purpuraſcentibus & ariſtatis Inſt. R. Herb.* Gramen gros Montbelgard. J. B. 2. 438. Gramen murorum Dalechampii 428. Flor. Jul. in den Kornfeldern bey Druſenheim.

*Gramen Avenaceum, ſpica ſimplici, locuſtis candicantibus, ſplendentibus & rarioribus Inſt. R. Herb.* Flor. Jun. in dem Ganſauer Wald unter den Geſträuchen.

*Gramen nodoſum, avenaceâ paniculâ, C.B. Pin. 2. Prodr.* 3. Gramen nodoſum J. B. 3. 456. Gramen bulboſum, nodoſum Lob. Icon. 23. Knotengraß. Perenn. flor. Jun. Jul. in dem Illkircher Wald an graſichten Orten; auf gedüngten Ackern vor dem Cronenburgerthor; auf Matten in der Ruprechtsau. In pratis montanis circa Waſſerfall collegit C. B. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 237.

*Groſſularia ſimplici acino, vel ſpinoſa ſylveſtris C. B. Pin.* 455. Uva criſpa ſive Groſſularia J. B. 1. 47. Uva criſpa Dod. Pempt. 748. *Groſſelier*, wilde Stachelbeeren / Cloſterbeeren / Kraußbeeren / noſtratibus Kreuſelbeeren. Perenn. Flor. April. in den Hecken und Zäunen der Ruprechtsau; und gegen dem Wickhäuſel; gegen Oſwald. Flos roſaceus, pentapetalus, ex inciſuris calycis emergens, bacca umbilicata, mollis, globoſa, calyx amplus, monophyllus, pelviformis, quinque partitus, ſemina exigua, acinoſa, frutex ſpinoſus.

*Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro majore C. B. Pin.* 455. Ribes nigrum vulgo dictum, folio olente J. B. 2. 98. Ribeſium fructu nigro Dod. Pempt. 749. *Groſſeilles noires*, ſchwartze Johannesbeer / ſchwartze Johannestreibel / Wändelbeeren / quia ſapore & odore cimicum odorem exacte referunt. Noſtratibus vocantur Olmeren. Deſcript. in Bot. Paris. Flor. April. zwiſchen Oßwald und Illkirch in dem Wört copioſe an den Hecken; und neben der Mühl; fructu majore & minore quæ eſt

Groſſu-

* *Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro minore Inſt. R. Herb.* Sunt hodie apud nos non pauci, qui baccas has in Vini ſpiritu infundunt, & cochleatim hauriunt eundem contra arenulas & calculum, parum ſoliciti de abominando quo præditæ ſunt ſapore. Pellit urinam & arenulas, ad cochlearia duo aſſumptus.

*Groſſularia vulgaris, fructu dulci C. B. Pin.* 455. *Cluſ. Hiſt.* 120. Ribes Alpinus, dulcis J. B. 2. 98. Rechbeer Flor. April. Majo, auf dem Hochgebürg zwiſchen Peris und der ſchwartzen See; bey Genſpurg der Melckerey; In montibus Sundgoviæ vidit C. B. Eſt frequens in montibus circa Baſileam. Acini ſunt minus rubri, ſubdulces, flores minores, nonnulli hunc fructum pro paſſulis minoribus venditant. Fructus hi non adeo racematim, uti in figura J. B. videre eſt, in noſtra hærent, ſed baccæ binæ, ternæ, ſingulæ etiam hinc inde conſpiciuntur dulces & parvæ. pallide rubræ. An groſſularia diſtinctis baccis C. B. Pin.?

# H.

* *HEdera arborea C. B. Pin.* 305. Hedera communis, major J. B. 2. 111. Hedera corymboſa, communis Lob. Icon. 614. *Lierre*, Epheu / Maurepheu / Baumepheu. Ex floribus racemoſis hyeme naſcuntur corymbi, quorum baccæ Majo menſe nigræ & maturæ. Floret Septembri an alten Mauren / und an denen Stämmen der Bäumen in den Wälden; an den Felſen des St. Otilien Cloſters auswendig copioſe. Flores roſacei, nudi, in umbellæ modum diſpoſiti, bacca fere globoſa, ſeminibus fœta, hinc gibbis, inde vero planis. Detergit, mundificat & ex hac ratione tam interne quam externe ceu vulnerarium uſurpatur.

*Hedera Poëtica C. B. Pin.* 305. Hedera Dionyſias Dalechampii Lugd. 1419. J. B. 2. 113. Klein Epheu / wild Epheu. Hanc eandem eſſe ſpeciem cum priori, pro loco & ætate variantem Tragus, Baccone aliique jam dudum obſervarunt. Quam diu ſcilicet hedera reptatu per terram vagatur, non fructificat, ſed ſterilis eſt, & folia habet triangularia; cum vero vel vetuſtam arborem, vel antiquum murum prehendit & ibidem ſeneſcit, foliorum figuram mutat, eorumque angulos amittit, & fertilis fit, atque corymbifera, infima etiam parte abſciſſa & radice, alimentum tamen trahit ex arboribus & muris, cirrhis fibrilliſque ſuis in corticem arboris aut rimas murorum adactis, ſicut Cuſcuta pereunte radice ex plantis vicinis illud ipſum recipit.

*Helianthemum vulgare, flore luteo J. B.* 2. 15. Chamæciſtus vulgaris flore luteo C. B. Pin. 465. Flos Solis Dod. Pempt. 193. Sonnengunſel. Perenn. Flor. Jun. Jul. Aug. in der Ruprechtsau; auf denen Wieſen bey

Oſwald. Perianthium habet triphyllum, capſula trivalvis, flos roſaceus, fugax, fructus fere globoſus trifariam dehiſcens, ſemina ſubrotunda, tenuibus filamentis affixa. Creſcit quoque bey Lingelsheim bey den 3. Creutzen.

*Heliotropium majus Dioſcoridis C. B. Pin.* 253. Heliotropium majus flore albo J. B. 3. 604. Heliotropium Dod. Pempt. 70. Sonnenblum/ Krebsblum. Flor. Jul. ad Septembr. auf den Ackern beyEhrſtein; zwiſchen Gemar und Oſten copioſe neben der Landſtraß; auf dem Berg zwiſchen Mundolsheim und Niederhaußbergheim. Flos infundibuliformis, centrum ſtellæ in modum corrugatum, flores in quinque majores partes diſſecti, plerumque intercurrentibus totidem minoribus ſegmentis collecti in ſpicas longas, inflexas in formam caudæ ſcorpii, ſemina angulata. In Alſatia agros reperiri Heliotropio majori adeo refertos, ut conſiti videantur J. B. refert.

*Helleborine latifolia, montana C. B. Pin.* 186. Elleborine Dodonæi J. B. 3. 516. Helleborine Dod. Pempt. 384. *Elleborine*, breitblätterich Nießkraut/ breite Berg Nießwurtz. Flor. Jul. Aug. in dem Jllkircher und Ganſauer Wald an ſchattichten Orten; gegen dem Jägerhoff copioſe; und auf dem Gebürg hinter Barr; auf dem Rappolswihler Hochgebürg Auguſto menſe adhuc florentem reperimus in ſylvis umbroſis. In Muteto C. B. Variat foliorum amplitudine & florum colore, virente, rubello & rubro. Flos Helleborines eſt polypetalos, anomalos, ſex petalis diſſimilibus conſtans, in ſpicam digeſtis. Quinque ſuperiora petala in orbem poſita ſunt, inferiori diſpari imbricato. Fructus tribus feneſtris pervius, radices fibratæ, ſemina minutiſſima, pericarpio membranaceo canaliculato incluſa, caules ex radice ſolitarii, folioſi, folia nervoſa. Eſt Epipactis latifolia Eyſt. Æſt. o. 4. F. 5. fig. 1. Eſt guſtu acris.

*Helleborine flore albo, vel Damaſonium montanum, latifolium C. B. Pin.* 187. Damaſonium Alpinum, ſive Elleborine floribus albis J. B. 3. 516. Helleborine albo flore Tabern. Icon. 724. Perenn. flor. Majo, Jun. Breite Berg Nießwurtz mit weiſſen Blumen. Creſcit hinter Barr auf dem Gebürg; hinter dem St. Otiliengebürg copioſe, & in confiniis Lotharingiæ. Figuram accuratam præbet Hortus Eyſtæt, ſub nomine Epipactis anguſtis foliis Vern. o. 9. Fol. 3. Fig. 2. In monte Mönchenſtein. C. B. vidit.

*Helleborine montana, anguſtifolia, purpuraſcens C. B. Pin.* 187. Damaſonium purpureum dilutum, ſive Elleborine IV. Cluſ. J. B. 3. 516. Helleborine recentiorum VI. Cluſ. Hiſt. 273. Wild ſchmahlblätterich Nießkraut. Perenn. flor. Jun. auf dem Hochgebürg Halgenſtein oder Falckenſtein / 3. Viertelſtund hinter Bliuſchweiler; hinter Barr in den Waldwagen. In Muteto verſus Mönchenſtein.

Helleborine

*Helleborine anguſtifolia, paluſtris, ſive pratenſis* C. B. *Pin.* 187. Damaſonium flore herbaceo, intus non nihil candicante J. B. 3. 517. Elleborine recentiorum III. Cluſ. Hiſt. 273. wild Nießkraut. Perenn. flor. Jun. ad Aug. auf feuchten Wieſen in dem Oſtwinckel; an ſumpfichten Orten bey Oßwald; bey den äuſſerſten Schantzen vor dem Fiſcherthor/ gegen der Citadell an dem Glacis; unten an der Contreſcarpe vor dem Cronenburgerthor / in locis humidis, eſt in totum fere viridi colore.

⨀ *Helleborine altera, flore atrorubente* C. B. *Pin.* 186. Elleborine botryoides ſeu Aliſma racemoſum J. B. Elleborine flore atro rubente Parck. Perennis. flor. Junio hinter Rappolswihr auf dem Hochgebürg. Eſt foliis anguſtioribus in caule crebrioribus, uſque ad ſummitatem floribus intermiſtis, floris colore atrorubente. In monte Muteto Sundgoviæ vidit illam C. B. Creſcit in locis opacis & montium jugis. Eſt Aliſma Botryodes ſeu racemoſum Thalii. Flores racematim in longo recurvoque ſcapo plurimi, planta ſeſqui dodrantalis eſt, folia majora fere plantaginem imitantur.

*Helleborus niger fœtidus* C. B. *Pin.* 185. Helleborus niger, ſylveſtris, adulterinus, etiam hyeme virens J. B. 3. App. 880. Veratrum nigrum III. Dod. Pempt. 386. *Ellebore puant ou bâtard*, groß Laußkraut / groſſe ſtinckende Nießwurtz Eſt pedicularia fœtida Tragi. Figura optima apud Garidel Hiſt. Plant. Tab. 48. Perenn. flor. Martio auf dem Gebürg hinter Barr copioſe; bey Dorlisheim gegen dem Wilerthal. Flos roſaceus, cornicula inter ſtamina & petula jacent in medio floris, calyx multifolius, fructus vaginæ membranaceæ in capitulum colliguntur, in cornu plerumque deſinunt, & ſecundum longitudinem dehiſcunt; ſemina ſubrotunda, folia digitata. Eſt ſumme noxia herba, nec unquam intus ſumenda, monente Trago.

* *Herba Paris Dod. Pempt.* 444. *J. B.* 3. 613. Solanum quadrifolium, bacciferum C. B. Pin. 167. *Raiſin de Renard*, Wolffsbeer / Einbeer / Parißkraut. Perenn. flor. Majo, Baccæ Julio matureſcunt, in dem dunckeln Wald der Ruprechtsau gegen dem Rhein copioſe; auf dem Gebürg hinter Barr. Cum è terra prodit folia tria habet, poſtea quatuor, interdum quinque obſervante C. B. & noſtra experientia id confirmante in dem Barrer Wald / ſex quoque vidit ibidem Dnus. Bürckel. Flos cruciformis, calyx quadrifolius, radiatim expanſus, fructus mollis, fere globoſus, in quatuor loculamenta diviſus, ſemina oblonga. Icon. in Garidel Hiſt. Plant. Tab. 49. Virtutis Narcoticæ non videtur eſſe expers J. B. Contuſa & applicata ſcroto inflammationem ejus lenit ſulphure ſuo Narcotico Tournefort. Geſnerus dicit baccas interficere gallinas, in genere uſus internus non eſt tutus.

* *Herniaria glabra J. B.* 3. 378. Polygonum minus, ſive Millegrana major, glabra C. B. Pin. 281. Herniaria Dod. Pempt. 114. *Herniole,*

*niole, ou Turquette*, Tauſendkorn / Harnkraut / Bruchkraut. Flor. Majo, Jun. auf ſandichten Wieſen gegen Oßwald bey dem Steg; auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor gegen der Citadell; vor dem Spitalthor auf hartem ſteinichten Boden. Flos apetalos, ſtamina ex calyce ſurgunt, fructus capſula ſeminis ſtriata, membranacea, in fundo floris diviſa in octo loculamenta, in ſingulis horum ſemen unum parvum, acuminatum, ovatum. Herba vulneraria atque diuretica eſt.

*Herniaria hirſuta* J B. 3. 379. Polygonum minus, ſive Millegrana major, hirſuta C. B. Pin. 381. Flor. Jun. Jul. auf dürren Äckern in der Ruprechtsau / an dem Rhein. Rarius tamen occurrit. Hanc obſervavit Experientiſſ. Dnus. D. Ehrmann / bey dem Rhein, Ziegeloffen / auf der Metzgerau / mecumque communicavit.

*Heſperis allium redolens Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 252. Alliaria Math. 843. J. B. 2. 883. *Alliaire*, Leuchel / Knoblauchkraut. Flor. Majo, Junio, an denen Gräben / und neben den Hecken vor dem Spitalthor; an den Zäunen in der Ruprechtsau. Cum Lepores forte de hac planta deguſtaverint, caro eorum ſaporem habet allii intenſum, guſtu illa eſt valde amara. Flos cruciformis, ſiliqua longa, teres, bivalvis, bilocularis, ſepto medio excavato pro excipiendis ſeminibus cylindraceis vel globoſis. Viribus convenit fere cum Scordio. Hildanus alliariam recentem valde utilem deprehendit aut ſemen ejus in ulceribus malignis & gangræna.

*Hieracium aſperum, majori flore, in limitibus agrorum* J. B. 2. 1029. Cichorium montanum, anguſtifolium, hirſutie aſperum C. Pin. 126. Hieracium Intybaceum, aſperum Tabern. Icon. 184. *Herbe à l'Epervier*, groß Habichkraut mit groſſen Blumen. Deſcript. in Bot. Paris. Perenn. flor. Aug. ad Septembr. auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor; paſſim ad vias, & in limitibus agrorum. Flos ſemifloſculoſus, calyx denſus, firmus, ſemen teretiuſculum, pappis in ſtructum, caules ramoſi, folia alterna, facies quædam propria.

⊙ *Hieracium lato caule, monſtroſum.* Hanc varietatem & Naturæ luſum invenimus in der Ruprechtsau / bey des Jägers Hoff; Caulis duos digitos latitudine fere æquabat, folia alterna.

*Hieracium Dentis Leonis folio obtuſo, majus* C. B. *Pin.* 127. Hieracium macrocaulon, Junceum, ſive minus, primum Dodonæo J. B. 20. 1031. Hieracium longius radicatum Tabern. Icon. 183. Habichkraut mit Pfaffenblattblättern und groſſen Wurtzeln. Perenn. flor. Majo, Jun. auf denen Matten bey Oßwald; an den Reben bey Barr; auf dem Gebürg bey Waſſenburg. Flos ſemifloſculoſus, calyx ſquamoſus ſicut Scorzoneræ, ſemen pappoſum, caulis fiſtuloſus.

*Hieracium minus, Dentis Leonis folio ſubaſpero* C. B. *Pin.* 127. Hypocheris Porcellia Tabern. Icon. 179. *Salade de porc*, Ferckleinkraut. Flor. Jul.

Jul. Aug. **in der Ruprechtsau bey den Lindenbäumen; in dem Eckbolßheimer Wald** circa finem Septembris adhuc florebat. Calyx ſquamoſus, ovaria articulata in placenta, & pappis inſtructa.

*Hieracium minus, Dentis Leonis folio oblongo, glabro C. B. Pin.* 127. Hieracii parva ſpecies, Hyoſeris anguſtifolia Tabern. Icon. 180. **Klein Ferckleinkraut.** Perenn. flor. Jul. Aug. **auf ſandichten Wieſen zwiſchen Oßwald und Gravenſtaden; auf der Metzgerau; auf der Gansau** copioſe. Eſt Hyoſeris anguſtifolia Dillenii App. ad Cat. Giſſ. ubi Deſcriptio & Icon. Tab. VIII. Flos ex ſemifloſculis tantum, luteus, calyx ſquamoſus, caules nudi, ad radicem tenues & ſolidi, in ſummitate ſenſim craſſiores & fiſtuloſi, ſemina ſpadicea, ſtriata, folia ſeſſilia. Eſt Hieracium alterum levius, minimum Col. 2. 28. fig. 27.

*Hieracium Dentis Leonis folio, bulboſum C. B. Pin.* 127. *Prodr.* 63. Hieracium Intybaceum Tabern. Icon. 183. Perenn. flor. Jun. **auf Matten zwiſchen Oßwald und Gravenſtaden neben Waldungen; auf der Gansau gegen dem Jägerhoff** copioſe.

*Hieracium minus, glabrum, foliis eleganter virentibus. C. B. Pin.* 127. Hieracium minus, glabrum Ejuſd. Prodr. 63. Perenn. flor. Jun. ad Auguſt. **auf denen Ackern bey Ehrſtein.** Deſcript. in Bot. Paris. Flos ſemifloſculoſus, ſupra & infra luteus, calyx quaſi farina aſperſus, foliis admodum variat hæc planta, ſunt illa modo integra, & denticulata, modo profunde ſecta, calyx nudus, conicus, canaliculatus, interſperſis pilis exiguis, ciliorum inſtar, planta vix quatuor uncias æquans, modo duos pedes alta.

*Hieracium Chondrillæ folio, glabro, radice ſucciſa, majus C. B. Pin.* 127. Hieracium minus, præmorſa radice ſive Fuchſii J. B. 2. 1031. Hieracium minus, præmorſa radice Lob. Icon. 237. **Habichkraut mit Chondrillen Blättern / und Abbiß Wurtzlen.** Deſcr. in Bot. Paris. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. **bey der erſten Bleich an dem Waſſerzoll; auf Matten in der Ruprechtsau; auf Bergwieſen hinter Barr.**

*Hieracium Chondrillæ folio, glabrum C. B. Pin.* 127. Hieracium Aphacoides Tabern. Icon. 182. Perenn. flor. Jul. Aug. **auf dem kleinen Wall hinter dem Spitalgarten; auf Bergwieſen hinter Barr.**

*Hieracium Chondrillæ folio, hirſutum C. B. Pin.* 127. Hieracium foliis & facie Chondrillæ Lob. Icon. 239. Perenn. flor. Jul. **an den Wegen bey Illkirch; in den Hecken neben der Landſtraſſen gegen Eſchau**; in monte **Wäſſerfall** vidit C. B.

⊙ *Hieracium Chondrillæ folio glabro, radice ſucciſa, minimum Dillen. App. ad Cat. Giſſ. p.* 68. Perenn. flor. Aug. Septembr. **zwiſchen Rappolsweyhr und Duſenbach / oder Dreykirchen neben an dem Bach.** Caules palmares, glabri, aphylli, non ramoſi, ſolitarii plerumque, & unicum in ſummitate florem luteum majuſculum geſtantes, folia tenuiter diviſa, glabra.

*Hiera-*

*Hieracium foliis* Coronopi C. B. *Pin.* 128. Hieracium nigrum Tabern. Icon. 181. **Schwartz Habichskraut.** Perenn. flor. Jun. Jul. **in dem Illkircher Wald; in dem Oßwald.**

*Hieracium murorum, folio piloſiſſimo* C. B. *Pin.* 129. Piloſella major quibuſdam, aliis Pulmonaria flore luteo J. B. 2. 1033. Pulmonaria Gallica ſive aurea Tabern. Icon. 194. **Haarichtes Habichkraut.** Sæpius cum pulchris maculis apparet. Floret Jun. Jul. **auf denen Mauren und Dächern in der Ruprechtsau; auf dem ſchattichten Gebürg hinter Heilgenſtein / in denen Holwegen;** (ubi altiſſimum & latifolium conſpicitur) **auch in den Reben daſelbſten; in dem Gauſauer Wald.** Deſcript. in Bot. Paris. Flos quaſi duplex, ſemifloſculi in circumferentia longitudine reliquos ſuperant, calyx multifidus, exiguis pilis exaſperatus, in baſi duobus anguſtis foliolis inſtructus, ſemina nigra, ſtriata, cylindracea, papposa, caulis fiſtuloſus. Eſt herba vulneraria, utilis in decoctis vulnerariis & pectoralibus contra phthiſin, ſputum ſanguinis. Interdum circa radicem, modo etiam in foliorum alis apparet adnatum vel concretum hirſutum, murum referens, vermium domicilium ſeu piloſa excreſcentia, gallas æmulans. Figura apud Chemnitium in Ind. Plant. circa Brunsvigam. 7. Tragus illud reperit **in dem Brumter Wald /** Tabernæmontanus in Alſatia vidit. Eſt Hieracium myophoron ſeu mures ferens Heucheri Ind. Plant. Hort. Med. Wittenbergenſis. Datur etiam varietas Hieracii murorum folio non ſinuato in margine, nempe

*Hieracium murorum, folio minus piloſo, non maculato* H. R. *Par.* Hieracium pulmonaria non maculata dictum, foliis indiſſectis Mor. H. R. Bleſ. Perenn. flor. Jun. Jul. **auf dem Hochgebürg bey Waſſenburg.** Rariſſimum.

*Hieracium murorum, laciniatum, minus piloſum* C. B. *Pin.* 129. Pulmonaria Gallica fæmina Tab. Icon. 195. Piloſellæ majoris ſive Pulmonariæ luteæ ſpecies magis laciniata J. B. 2. 1034. Perenn. flor. Jun. Jul. ibidem; **im Gebürg hinter Heilgenſtein.**

*Hieracium murorum, laciniatum, minus piloſum, folio anguſtiore* C. B. *Pin.* 129. Piloſellæ majoris, ſive Pulmonariæ luteæ ſpecies anguſtifolia & laciniata J. B. 2. 1034. Pulmonaria Gallica, tenuifolia Tabern. Icon. 195. Perenn. flor. Jun. Jul. **auf den Gebürgen bey Befort an Felſen; auf alten Mauren bey Rappolſtein.**

*Hieracium profunde ſinuatum, pubeſcens* C. B. *Pin.* 129. *Prodr.* 67. in pratis Sundgoviæ vidit C. B. locis ſiccioribus, in dumetis **auf der Hart.**

*Hieracium luteum, glabrum, ſeu minus hirſutum* J. B. 2. 1024. Cichorium pratenſe, luteum, lævius C. B. Pin. 126. **Gelbwegwart.** Perenn. flor. Majo, Jun. **bey der Lohmühl oberhalb der Stadt; auf dem** Glacis **vor dem Fiſcherthor / gegen der Citadell; an der Landſtraſſen bey Illkirch.** Florebat hæc planta adhuc Septembri, Octobri, an bis floret, & de novo?

*Hieracium*

*Hieracium luteum, hirſutum I. B.* 2. 1024. Perenn. flor. Jun. ad Aug. an der Landſtraſſen vor dem Spithalthor; in der Ruprechtsau; bey Duſenbach in dem Thal. Deſcript. in Bot. Paris.

*Hieracium fruticoſum, anguſtifolium majus* C. B. Pin. 129. Hieracium rectum, rigidum, quibuſdam Sabaudum J. B. 2. 1030. Hieracium primum Dod. Pempt. 638. Berg Habichkraut. Perenn. flor. Aug. Septembr. auf den Berglein bey Mittelhaußbergen; in dem Oſtwinckel; in dem Urbisthal; Tabernæmontanus refert: es wachſe auf dem Gebürg am Rhein-Strohm. In hoc Hieracio fruticoſo anguſtifolio ſimiles excreſcentias obſervavit Ruppius Flor. Jen. p. 195. illis quæ in Hieracio Myophoro Tragus & Heucherus invenerunt.

*Hieracium fruticoſum, minus* C. B. Pin. 129. Perenn. flor. Aug. Sept. auf der Contreſcarpe eines Auſſenwercks / zwiſchen dem Steinſtraſſerthor und Weiſſenthurn copioſe, caulibus rubris.

*Hieracium fruticoſum, latifolium, foliis dentatis, glabrum* C. B. Pin. 129. Hieracium majus, latifolium, Pannonicum 2. Cluſ. J. B. 2. 1027. Hieracium majus, latifolium, II. Cluſ. Hiſt. cxl. Perenn. flor. Jun. bey Kayſersperg in den Hecken / neben den Reben.

*Hieracium montanum, latifolium, glabrum, majus* C. B. Pin. 129. Hieracium montanum, majus, latifolium J. B. 2. 1032. Tabern. Icon. 186. groß Berg Habichkraut mit breiten Blättern. Perenn. flor. Aug. Septembr.

*Hieracium montanum, latifolium, glabrum, minus* C. B. Pin. 129. Hieracium latifolium, glabrum, ex valle Griesbachiana J. B. 2. 1033. Hieracium montanum, latifolium, minus Tabern. Icon. 186. klein Berg-Habichkraut mit breiten Blättern. Perenn. flor. Majo auf dem Gebürge hinter Barr; hinter Rappolswihr an feuchten graſichten Orten; in monte Waſſerfall C. B. vidit.

*Hieracium Piloſellæ folio, erectum, majus Inſt. R. Herb.* Piloſella major, erecta C. B. Pin. 262. Piloſella minori flore, hirſutior & elatior, non repens J. B. 2. 1040. Piloſella major, altera Tabern. Icon. 179. groſſe Maußöhrlein / groß aufrecht ſtehendes Habichkraut mit haarichten Mauß-öhrleinblättern. Perenn. flor. Jul. Aug. auf denen Wieſen bey Gravenſtaden; auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor; an denen Mauren daſelbſten; in Steingruben auf der Metzgerau.

*Hieracium Piloſellæ folio, erectum, minus Inſt. R. Herb.* Piloſella major, erecta, altera C. B. Pin. 262. Piloſella major Tabern. Icon. 196. Perenn. flor. Jul. Aug. in denen Waldungen hinter Heilgenſtein.

*Hieracium majus, erectum, anguſtifolium, caule lævi* C. B. Pin. 127. Hieracium majus Dioſcoridis Tabern. Icon. 180. groß Wieſen Habichkraut. Flor. Majo, Junio, auf denen Wieſen in dem Oſtwinckel.

*Hieracium Alpinum, latifolium, villoſum, magno flore,* C. B. Pin. 128. Breit Berg Habichkraut. Hieracium Alpinum, hirſuto folio 5. Cluſii quodam-

 modo

modo incano J. B. 2. 1027. Hieracium V. villoſum Cluſ. Hiſt. CXLI. Perenn. flor. Jun. ad Aug. oberhalb Niedeck gegen Dachſpurg. Deſcript. in Bot. Paris. In jugis montium Vogeſi etiam provenire Tabern. annotat. Flos duplex, pallide luteus, ſemina nigricantia, papposa, diſtincta inter ſe membranula, quæ antea embryonem inveſtiebat.

*Hieracium montanum, Rapifolium* C. B. *Pin.* 128. *Prodr.* 14. Hoc in monte Waſſerfall obſervavit C. B.

*Hieracium montanum, umbellatum, anguſtifolium Inſt. R. Herb.* Piloſella major, umbellifera, μακρόκαυλος, montana & pratenſis Col. Part. 1. 248. Berg Habichkraut / oder Mausöhrlein mit geſtirnten kleinen Blumen. Perenn. flor. Jun. ad Aug. Flagellis prorepit inſtar Piloſellæ an rauhen ſteinichten Orten des Gebürges bey Heiligenſtein.

☉ *Hippomarathrum Rivini Pentap.* Roßfenchel. Perenn. flor. Jul. auf wilden Gebürgen hinter St. Ottilien / wo annoch der alten Heyden ihre Altär ſtehen / welche ſie alle gegen Aufgang gerichtet / aus dreyen unbehauenen rohen Steinen verfertiget / davon der oberſte etwas platt / zur Tafel gedienet / die zwey andere / ſo aufrecht ſtunden / zum Fuß des Altars / unter welchen ſie hernach die Aſche von dem Opffer geworffen haben. Flores roſacei, pentapetali, umbellati, albi, ſemina nuda, gemella, ſtriata & ſubhirſuta, longa, anguſta, foliola ſub umbellis ſingulis brevia, dentata, quæ flores atque fructus tamquam in patella colligunt, folia in minores lacinias brevioresque capillaceas diviſa ſunt quam fœniculi. Hippomarathrum 1. Tabernæm. eſt Angelica pratenſis Apii folio Inſt. R. Herb.

☉ *Hippuris fœtida Dillen. Cat. Plant. Giſſ. p.* 105. *Append. p.* 88. Equiſetum fœtidum, ſub aqua repens C. B. Pin. 16. Prodr. 25. J. B. 3. 731. *Luſtre, ou Girandole d'eau*, ſtinckender Pferdſchweiff. Eſt Cara major, ſubcinerea, fragilis Act. Ac. R. Sc. 1719. p. 22. ubi deſcriptio & Icon. p. 62. Eſt Equiſetum fragile, majus, ſubcinereum, aquis immerſum Moriſ. Hiſt. Oxon. 3. 621. Tab. 4. Sect. 15. Fig. 9. Perenn. menſe Julio grana florida intra ſetarum verticillatarum caulem ambientium cavitatem hærent, quæ medio Auguſti prorſus nigricantia apparent. Creſcit in aquis cœnoſis; caules non pyxidatim, ut in Equiſeto articulantur. Tota planta fragilis, in aqua viridis, exſiccata incana, friabilis, odoris lutoſi & ſulphurei. Viget copioſe in den Waſſergräben bey dem Eckbolßheimer Ziegeloffen und Hütten; auch in denen Leimengruben des Walds dabey; in dem Graben vor dem Spitalthor gegen den Ställen; in einem Graben hinter der Schiffmatt / ubi inſtar parvæ ſylvulæ ſub aqua in foveis apparet. In Sundgoviæ foſſis obſervavit C. B.

☉ *Hippuris mucoſa, ſetis per extremitatem ſtellatis Dillen. Cat. Plant. Giſſ.* Ephem. N. C. Cent. 5. & 6. App. p. 58. Creſcit in einem kleinen Graben/

Graben / neben dem XV. Wört. In Act. Ac. R. Scient. l. c. plures adhuc enarrantur ſpecies.

*Horminum ſylveſtre, latifolium, verticillatum C. B. Pin.* 238. Gallitrico affinis planta, Horminum ſylveſtre, latifolium Cluſio J. B. 3. 314. Horminum ſylveſtre III. Cluſ. Hiſt. XXIX. Perenn. floret Jun. an denen Landſtraſſen / und auf den Ackern gegen Sigelsheim. Flos monopetalos, labiatus, barba tripartita, media cava, ſuperius labium parvum & galeatum, ſemina ſubrotunda, quaterna.

*Hydrocotyle vulgaris Inſt. R. Herb.* Ranunculus aquaticus Cotyledonis folio C. B. Pin. 150. Cotyledon aquatica J. B. 3. 718. Aquatica Cotyledon acris Septentrionalium Lob. Icon. 387. *Nombril de Venus aquatique.* Perenn. flor. Majo, Jun. Flos pentapetalos, umbilicatus, roſaceus, ovario inſidens, vaſculum ſeminale planum, bicorne, ovarium conſtat duobus ſeminibus planis, ſemiorbicularibus, folia umbilicata, circinata, leviſſime inciſa in ambitu, aut crenata, radix repentiſſima. Pediculus in centro folii. Mor. 2. 442. Creſcit in einer Waſſergrub auf dem Weg nach Oſwald / bey dem Steg; an einem Graben bey dem Maurhoff; locis paludoſis in Gruben wo über Winter Waſſer geſtanden in dem Bewald. Eſt Ranunculoides repens, cotyledonis folio Act. Ac. R. Sc. 1719. Non eſt Cotyledon, quia non eſt Monopetala, nec multicapſularis; Non eſt Ranunculus aquaticus, umbilicato folio Columnæ p. 315. & ejus Ranunc. rotundifolius, aquaticus, umbilicatus ejuſd. Icon. 1. 316. quia deſtituitur flore & capitulis ranunculi; non eſt Ranunculus aquaticus cotyledonis folio C. B. Pin. 180. ob eandem rationem; Non eſt Valerianella paluſtris Cotyledonis folio Herm. Paradis. Bat. quia non habet florem monopetalum, nec capſulam monoſpermam. Capſulæ ſeminales in cauliculis plures ſimul hærent & caulem quaſi verticillatim ambiunt per intervalla, longiusque ab invicem diſtant verticilli.

* *Hyoſcyamus vulgaris vel niger* C. B. *Pin.* 169. Hyoſcyamus vulgaris J. B. 3. 627. Hyoſcyamus niger Dod. Pempt. 450. *Juſquiame, Hanebane,* Billenkraut / Tollkraut Schlaffkraut / Zigeunerkraut. Floret Jun. Jul. in der Ruprechtsau; gegen der hohen Wart; neben der Landſtraß auf Blobsheim; auf dem Schießrein. Flos monopetalos, infra tubuloſus, ſupra expanſus in quinque ſegmenta obtuſa, fructus intra calycem reconditus inſtar ollæ operculo inſtructæ, diviſus in duo loculamenta, folia ſunt pinguia, Icon in Rivino. Tota Planta eſt Narcotica & venenata. Semen Hyoſcyami tabaci foliis conciſis clam & malitioſe admiſtum, ut fumus ejus per fiſtulam fumiductoriam hauriatur, caput mire gravat, mentem turbat, & vomitum concitat. Fumus ſeminis Hyoſcyami, à famulo, qui illud chartæ impoſitum, & calori carbonum expoſitum, exſiccare volebat, in ſomnum delapſo, & per in-



adver-

advertentiam ob conceptam flammam excitato, in clauſo conclavi copioſe per inſpirationem hauſtus, in ſtuporem primo, poſtea in mentis alienationem illum adegit per integrum annum. Semen Hyoſcyami, gallinas omnes interficit, quæ de illo deguſtant, comedunt tamen illud. Qui ex aſſumpto ſemine Hyoſcyami, à nefariis hominibus clam exhibito, in ſoporem profundum incidunt, excitantur cum illis pedes in aqua calida detinentur, qui vero exinde in delirium incidunt, ad ſe redeunt, cum ipſis aqua frigida affunditur, vel pedes in frigida detinentur, monente Tabernæmontano, & plantæ pedum ſetis fricentur in ſopore præcipue, poſtea vomitus & acida ſunt optima remedia, acetum aqua dilutum, vel ſpiritus Nitri guttatim in aqua copioſa exhibitus, vapor aceti ex lamina ferrea calefacta exceptus, vel ex decocto aceti naribus oblatus in ollula. Acida vim narcoticam infringunt interne & externe adhibita. Semen in pulverem redactum & exigua quantitate cum vino potum, fortem facit ebrietatem, mentem turbat, ſopore opprimit, ſomnum profundum inducit, pro ratione temperamenti, pulſum cordis intendit mire, & preſſionem ſanguinis verſus corticalem cerebri ſubſtantiam, unde tales ægri eorumque ſpiritus quovis modo excitandi, illisque objecta fortiora offerenda, corpus valide movendum. Sues, qui hoc ſemen deguſtarunt, ſicut ebrii, anhelantes per duodecim horas fuerunt, progredi non poterant, humi repentes invalidi, pedes poſt ſe trahentes. Oleum per expreſſionem paratum ex ſemine hyoſcyami, temporibus illitum, ſomnum procurat, Hoffmann. Hoc ipſum vel ſuccus expreſſus cum ſpiritu vini rectificato illitus externe quoque præſtat, eſt potens diſcutiens & reſolvens, quemadmodum etiam folia Hyoſcyami calefacta & contuſa reſolvunt, leniunt & emolliunt tumores ſcirrhoſos, fibras tenſas laxant, criſpatas in doloribus, etiam in angina ſpuria. Omnes plantæ, quæ odorem & fœtorem Narcoticum inſtar Hyoſcyami, Solani, Bella Donnæ, Cicutæ &c. ſimilem quoque effectum præſtant, etiam bruta animalia e. g. aſinos in ſtuporem conjiciunt, quaſi mortui eſſent, & in ſoporem profundiſſimum, juvat illos aqua copioſe hauſta, & ingreſſus in aquam fluminis frigidam. Folia Hyoſcyami ſi pilis & cuti cujusdam animalis affricentur, culices, pediculos & muſcas abigit, pellitque in primis majores illas, quæ in aures equorum, boum &c. ſe inſinuant, & ovula ſua ibi deponunt, ſimulque hæc animalia tuta reddit ab eorum ictibus. Aqua cui folia Hyoſcyami incocta ſunt, ſi vites illa conſpergantur, etiam Scarabæum iſtum vinetorum, qui Jpis vel Convolvulus vocatur, Germanice Trüllen noſtratibus, vitibus adeo infeſtus, dum pediculos florum & foliorum arrodit corrugat & convolvit, ut ovula ſua ibidem à ſole, pluvia, & tempeſtate tuta reddat, & maxima inde damna infert. An Hyoſcyamus, è feneſtra ſuſpen-

ſuſpenſus, muſcas arceat, ut quidam volunt, obſervandum in poſterum.

*Hyoſcyamus rubello flore C. B. Pin.* 169. Hyoſcyamus peculiaris, flore purpuraſcente J. B. 3. 628. & Hyoſcyamus Syriacus J. B. 3. 628. Cam. Icon. XXI. Flor. Jun. auf dem Schießrein bey den Gärten.

* *Hypericum vulgare C. B. Pin.* 279. Hypericum vulgare, ſive perforata caule rotundo, foliis glabris J. B. 3. 381. Hypericon Dod. Pempt. 76. *Mille pertuis*, St. Johannes Kraut. Peren. Flor. Jun. Jul. in dem Oſt-Winckel copioſe; paſſim in ſylvis & dumetis, inprimis bey Lingelsheim. Flos roſaceus, pentapetalus, calyx quinquefidus expanſus, fructus trigonus, tricuſpis & tricapſularis, ſemina exigua, folia conjugata in geniculis caulium, ſtamina multa, cum ſtylo triplici. Coma attrita ſanguineum ſuccum reddit, Raji Synops. p. 142. Flores cum ſeminibus & capſulis ſeminalibus ſiccati & pulveriſati, atque per menſem in ſpiritu vini rect. infuſi, in calore ſolis digeſti, egregium oleum vulnerarium ruberrimum præbent, inprimis ſi nuces juglandes vel amygdalæ dulces una infundantur, ſupernatat oleum intenſe rubrum, vulnera conglutinat. An ſi coquatur hæc planta fortiter in aqua, poſtquam ſtetit prius in fermentatione cum ſale & exprimatur, oleum ſupernatet rubrum? experientia conſulenda, ſed magna copia capſularum ſeminalium maturarum ad id neceſſaria eſt, & recentium ſiccatarum. Hypericum eſt ex optimis vulnerariis plantis, diuretica & anthelmintica, oleum ad contuſiones nervorum & tremorem utile. In officinis proſtat Tinctura Hyperici rubicundiſſima, per infuſionem in ſpiritu vini rectificato parata, & affectibus melancholicis dicata, in malo hypochondriaco, in affectibus renum & eorum ulceribus efficax.

*Hypericum minus, erectum C. B. Pin.* 279. Hypericum pulchrum Tragi J. B. 3. 383. Hypericum pulchrum Trag. 74. Perenn. Flor. Jul. an dem Weg nach Blopsheim.

*Hypericum minus, ſupinum, vel ſupinum glabrum C. B. Pin.* 279. Hypericum ſupinum tertium, minimum Cluſ. Hiſt. CLXXXI. Klein St. Johannes Kraut: Klein kriechend St. Johannes Kraut: Perenn. Flor. Jun. ad Aug. auf Brach-Ackern bey Oſwald; auf dem Glacis vor dem Fiſcher Thor gegen der Citadell.

*Hypericon Aſcyron dictum, caule quadrangulo J. B.* 3. 382. *Aſcyron. Dod. Pempt.* 78. Hartheu. Flor. Jul. Aug. in den Wörten bey Jllkirch copioſe; auf Bergmatten hinter Barr. Flores gerit reliquis longe minores.

*Hypericum elegantiſſimum, non ramoſum, folio lato J. B.* 3. 383. Androſæmum Campoclarenſe Col. Part. 1. 74. Androſæmum glabrum, non ramoſum Bot. Monſp. Peren. Flor. Jun. Jul. in dem Eckboltzheimer Wald bey dem Canal; in den Hecken bey der Gansau; In monte Rosberg. J. B. vidit.

*Hypericum villoſum, erectum, caule rotundo Inſt. R. Herb.* Androſæmum hirſutum C. B. Pin. 280. Hypericum Androſæmum dictum J. B. 3. 382. Androſæmum alterum, hirſutum Col. Part. I. 74. **Conradſe kraut.** Perenn. flor. Jun. ad Aug. **auf dem St. Ottilienberg; auf dem Paßberg bey Buchsweiler / neben den Hecken** copioſe; in monte **Roßberg** prope **Masmünſter** obſervavit J. B.

# I.

*JAcea nigra, pratenſis, latifolia C. B. Pin.* 217. Jacea nigra, vulgaris, capitata & ſquamata J. B. 3. 27. Jacea nigra Tabern. Icon. 152. **Flockblumen mit breiten Blättern.** Perenn. flor. Jun. ad Aug. & Septembr. **auf denen Matten bey dem Canal und bey Oßwald / und in der Ruprechtsau.** Deſcript. in Bot. Paris. & in Dillen. App. Supplement. p. 164. ubi character & Icon. flor. & notæ diſtinctivæ differentiarum. Flores floſculoſi, multifidi, exteriores infœcundi, interiores ſeminibus inſident, & ſtylo donantur, calyx ſquamatus, ſemen pappis inſtructum, folia non aculeata.

*Jacea pumila, ſupina, purpurea Hiſt. Plant. Paris. p.* 203. Cyanus repens, latifolius C. B. Pin. 274. ſiccioribus locis proveniens. Perenn. Floret Jun. usque ad medium Septembr. **auf dürren Wieſen gegen Oßwald; in dem Eckoltzheimer Wald.** Eſt varietas præcedentis & ſemper fere unicaulis, ex ſemine ejus prodit Jacea nigra, pratenſis, latifolia C. B. Tournef.

*Jacea nigra, anguſtifolia, vel Lithospermi arvenſis foliis, caule aſpero* C. B. Pin. 271. Prodr. 127. **Schwartz Flockenkraut mit ſchmalen Blättern.** Perenn. Flor. Jun. Aug. **auf den Wieſen der Gansau / und gegen Eckboltzheim.**

*Jacea vulgaris, laciniata, flore purpureo Inſt. R. H.* Scabioſa major, ſquamatis capitulis C. B. Pin. 269. Centaurium Collinum Geſnerii flore purpureo J. B. 3. 32. Scabioſa major Math. 969. **Gemeine groſſe braune Flockblumen mit zackichten Blättern.** Perenn. Flor. Jun. ad Aug. **auf denen Ackern bey Oßwald; bey Niderhaußbergen; in denen Reben bey Andlau; an denen Zäunen** paſſim.

*Jacea vulgaris, laciniata, flore albo Inſt. R. H.* Centaurium Collinum Geſneri flore albo J. B. 3. 32. **Gemein Flocken Kraut mit weiſſen Blumen.** Perenn. Flor. Jun. **auf denen Ackern gegen Reichshofen /** ſed rarius occurrit.

*Jacea nigra, laciniata C. B. Pin.* 271. Jacea Auſtriaca VI. Cluſ. Hiſt. VII. **Flockblum.** Perenn. Flor. Jul. Aug. **auf Matten gegen der Gansau.**

*Jacea nemorenſis, quæ Serratula vulgo Inſt. R. H.* Serratula J. B. 3. 23. Dod. Pempt. 42. **Scharten Kraut / Färber Scharten.** Differentia in foliis ratione inciſuræ C. B. Sunt illa modo foliis vel ſerratis vel ad radicem

dicem integris, reliquis profunde inciſis, vel utroque latere inciſis ſimilibus diviſionibus. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf denen Matten bey dem Maurhoff; auf dem Glacis bey dem Cronenburger Thor. In dem Illkircher Wald; auf den Bergen bey Cron-Weiſſenburg abundare vidit Tabernæmont. foliis etiam undique laciniatis. In ſalicetis Michelfeldæ C. B. obſervavit. Deſcript. in Dillen. App. ad Cat. Giſſ. p. 138. Differt Serratula à Jacea flore non radiato, & perianthio cylindraceo Rupp. Flor. Jen. Floſculi ſunt uniformes, Jaceæ difformes, & marginales majores ab interioribus diverſi.

*Jacea nemorenſis, quæ ſerratula vulgo, flore albo Inſt. R. H.* Perenn. Flor. Jul. Auguſto in dem Hanſauer Wald.

*Jacea foliis candicantibus, laciniatis, calyculis non ſplendentibus Inſt. R. H.* Stœbe major, calyculis non ſplendentibus C. B. Pin. 237. Centaurii majoribus ſpecies tenuifolia J. B. 3. 31. Stœbe Gallica & Auſtriaca elatior Cluſ. Hiſt. X. Stöbenkraut. Flor. Jun. Jul. auf ſandichten Orten bey Marckelsheim / an dem Rhein; bey Otmarſen an dem Rhein / Briſaci ad Rhenum florentem Octobri adhuc vidit J. B. & in Sundgovia C. B. prope Baſileam in Ripa Rheni. Flores purpurei, caules bicubitales & amplius, Flos pappeſcit.

*Jacea cum ſquamis cilii inſtar piloſis J. B.* 3. 28. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf den Matten bey Eckbolzheim. Olim jam circa Argentinam collectam fuiſſe nomine Jaceæ capite hiſpido, idem annotat.

*Jacea anguſtifolia, capite hirſuto C. B. Pin.* 271. Jacea montana, villoſo capite, humilior, ſive Cluſ. Hiſt. VI. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf Berg-Wieſen in dem Urbisthal an den Hecken. Squamarum extremitates reflexæ in filamenta abeunt, & inſtar villoſi reticuli propendent.

*Jacobæa vulgaris laciniata C. B. Pin.* 131. Jacobæa vulgaris J. B. 1057. Jacobæa Dod. Pempt. 642. *Fleur. de St. Iaques, Iacobée,* St. Jacobs-Blum. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. bey Oſwald copioſe und auf Wieſen in der Ruprechtsau. Deſcript. in Bot. Paris. Alia eſt caule viridi, alia caule intenſe rubro. Flos radiatus, flavus, calyx tubiformis & multifidus in plura ſegmenta ad baſin usque fiſſus, ſemina papposa, flores laxius umbellatim quaſi digeſti, floſculi ſunt hermaphroditi, ſemifloſculi feminei, ovarium pilis inſtructum, folia laciniata.

*Jacobæa vulgaris, foliis inſtar Erucæ laciniatis C. B. Pin.* 131. Perenn. flor. Jul. Aug. in den Reben bey Kayſersperg und deren Schiedsfurchen. Eſt Jacobæa altiſſima folio Artemiſiæ Ruppii Flor. Jen. St. Jacobs-Blum mit Beyfußblättern.

*Jacobæa montana, lanugineſa, anguſtifolia, non laciniata. C. B. Pin.* 131. Jacobæa Pannonica, folio non laciniato J. B. 2. 1058. Jacobæa II. Cluſ. Hiſt. XXII. Perenn. Flor. Majo, Jun. gegen Hochfeld im hohen Wald.

* *Jacobæa Alpina, foliis longioribus, ſerratis Inſt. R. H.* Virga aurea anguſti-

guſtifolia, ſerrata, ſive Solidago Saracenica J. B. 2. 1063. Virga aurea anguſtifolia, ſerrata C. B. Pin. 268. Conſolida aurea Tabern. Icon. 556. *Verge dorée.* Heydniſch Wundkraut / Gulden Wundkraut / Goldkraut / Steingünſel / teutſche Sonnenblum. Perenn. Flor. Jul. ad Septembr. Folia integra, oblonga, flores lutei, in umbellæ formam diſpoſiti. In collibus, ſylvis, agrorumq; marginibus. J. B. illam reperit in monte Roß-berg / prope Maßmünſter / Octobri adhuc florentem C. B. in Baſileenſi monte Münchenſtein. Eſt Conſolida Saracenica Eyſt. Eſt herba vulneraria ex præcipuis, in infuſis Theiformibus & potionibus vulnerariis cum fructu adhibenda, adſtringit, conglutinat, ſaporis amaricantis eſt.

*Jacobæa Pannonica I. Cluſ. Hiſt. XXI.* Senecio incanus pinguis C. B. Pin. 131. Senecio hirſutus, viſcidus, major, odoratus J. B. 2. 1042. Erigeron tomentoſum, alterum Lob. Icon. 226. Wollicht Creutzkraut / ſtinckende Jacobsblum. Copioſe florentem vidimus Junio, Jul. Aug. hinter Napolswihr in dem Gebürg gegen Dreykirchen / inter innumeras Bella Donnæ & virgæ aureæ mont. ſerratæ præcedentis ſtirpes, apud nos rarior eſt hæc planta montana circa Argentoratum, & vix reperienda, odor fortis & ingratus, via qua itur ad hunc locum difficilis eſt & ſalebroſa.

*Jacobæa paluſtris, altiſſima, foliis ſerratis Inſt. R. H.* Conyza paluſtris ſerratifolia C. B. Pin. 266. Virga aurea ſive Solidagini anguſtifoliæ affinis, lingua avis Dalechampii J. B. 2. 1063. Conſolida paluſtris Tabern. Icon. 555. Waſſer Wundkraut / hohe Waſſer Jacobsblum. *Coniſe d'eau.* Perenn. Flor. Jul. Aug. an dem Ufer der Jll gegen Oſtwald; in den Wörten bey Jllkirch copioſe; In Sundgovia vidit C. B.

*Imperatoria pratenſis, major Inſt. R. H.* Angelica Sylveſtris, major C. B. Pin. 155. Angelica Sylveſtris, magna, vulgatior J. B. 3 Part. 2. 144. Angelica Sylveſtris Dod. Pempt. 318. Waſſer Angelica, Angelica Wurtzel / Engelwurtzel / wilde Angelic / Wieſenmeiſterwurtz. Flor. Aug. Sept. altero demum anno, ſed non eſt perennis, an den Canal copioſe; an der Jll bey Gravenſtaden; neben dem Waſſer auf dem Schießrein. Eſt Angelica paluſtris Rivini. Flos roſaceus, umbellatus, fructus ex duobus ſeminibus planis, ſtriatis & marginatis, folia alata, ſatis ampla. Radix in aqua fervida vel in vino infuſa eſt ſudorifera.

* *Iris vulgaris Germanica, ſive Sylveſtris C. B. Pin.* 30. Iris vulgaris, violacea, ſive purpurea ſylveſtris J. B. 2. 709. Iris ſylveſtris Tabern. Icon. 648. *Flambe,* Blaue Lilgen / wilder Himmelſchwertel. Perenn. Flor. in fine Maji & Jun. auf den Rebmauren bey Weſthofen / bey Barr; auf den Stroh-Dächern der Dörffer und deren alten Mauren / in quibus locis jam ex longo tempore ſe ſponte multiplicando adoptiva ſaltem, ſi non indigena facta eſt; in Rupibus Sundgoviæ copioſe provenire C. B. teſtatur Theatr.

Theatr. Botan. 571. In hortum translata fit ſpecioſior, & Hortenſi latifoliæ per omnia ſimilis. Flos non decidit, ſed ſupra fructum deſiccatur, liliaceus, monopetalos, cujus partes tres ſurſum ſpectant, tres deorſum, calyces bini membranacei ſe mutuo ſuccingunt, fructus oblongus, triangularis, in tria loculamenta, piſtillum in tria ſegmenta quoque diviſum, ſemina depreſſa ſibi invicem incumbunt, radix carnoſa, oblonga, repens. Radix recens, per limam raſpata, & in tenues particulas redacta, & in brodio pingui cocta ad cochlear unum vel duo purgans ruſticis præbet validum, eſt acris & fere cauſtica, tormina excitat, hydropicorum aquas vacuat. Præfertur ſuccus expreſſus & depuratus in brodio carnium Garidel. p. 256.

*Iris paluſtris, lutea Tabern. Icon.* 643. Acorus adulterinus C.B. Pin. 34. Iris paluſtris lutea, ſive Acorus adulterinus J. B. 2. 732. *Flambe Batarde*, gelbe Schwertel / Waſſerſchwertel / gelbe Waſſer Lilie. Perenn. Flor. Majo an denen Waſſern der Ill / und der Breuſch; in Gräben vor dem Spitalthor. Flos eſt acris ſaporis, ardorem in faucibus magnum excitat, Rajus. Folia enſiformia.

*Iris pratenſis, anguſtifolia, non fœtida, altior* C. B. *Pin.* 32. Iris tenuifolia, major, flore cœruleo & ſtriato, anguſtifolia II. J. B. 2. 727. Iris ſylveſtris Byzantina peramœna Lob. Icon. 69. *Glaieul des prez*, Graßlilgen/ blau Wieſenſchwertel Perenn. Flor. Majo auf tieffen und feuchten Matten bey Oſtwald. Ad pagum Eſchau / non longe Argentina & in pratis Rheno vicinis provenire C. B. obſervavit. Flores amœna elegantia præditi, tria folia repanda per extremitatem violacea, inferius pulcherrime ſtriatum J. B.

*Iris pratenſis, anguſtifolia, humilior C. B. Pin.* 32. Iris minor ſive tenuifolia Dod. Pempt. 246. kleine Graßlilgen Perenn. Flor. Majo auf feuchten Wieſen bey dem Maurhoff. Eſt Iris tenuifolia Michelfeldenſis Chabræi Sciagr. p. 243. Xiphion ſeu gladiolus cæruleus minor Trag. In paluſtribus pratis Michelfeldæ obſervavit C. B. Flos pallide cœruleus.

*Iſatis ſativa vel latifolia* C. B. *Pin.* 113. Iſatis ſive glaſtum ſativum I. B. 2. 909. Iſatis ſativa Dod. Pempt. 79. *Paſtel*, *Guede*, Weyde. Floret ab initio Maji & Junio ſponte ſingulis annis auf dem Glacis vor dem Spitalthor und vor dem Steinſtraſer Thor copioſiſſime; provenit quoque in magna abundantia auf dem Metzger Wall, und vor dem Fiſcherthor gegen der Citadell. Ventus ſemina leviſſima & latiuſcula facile hinc inde transfert, ita ut credere fas ſit, hac ratione olim ex ſativa, indigenam factam fuiſſe hanc plantam. Colitur alias, pro colore cœruleo conficiendo ex foliis ad tingendos pannos. Cum folia Iſatidis pulveriſata coquuntur cum lixivio diu, vel ſoli exponuntur per decem dies, prodit tandem color cœruleus. Dum Iſatis à Tinctoribus coquitur & præparatur, primum fœtet, deinde peracta coctione & fermentatione

ſuavem roſeum de ſe ſpargit odorem. Miſcent quoque tinctores Indigo Orientale pauca quantitate cum fæce vel pulvere Iſatidis. Wedelius exinde ſal volatile copioſum obtinuit, per ſolam fermentationem foliorum putreſcentium. Flos eſt cruciformis, fructus lingulatus, latus, ad ora compreſſus, unicapſularis cum ſepto intermedio, bifariam dehiſcens, ſiliquæ pendulæ, per maturitatem nigræ, ſemen oblongum. Glaſtum præparatum ſiccatum, adſtringit, ſanguinis & menſium fluxum cohibet, ulcera purgat, vulnera, præſertim recentia ſanat, & conglutinat, in procidentia ani admodum efficax eſt. Aqua glaſto præparato imprægnata in Peſte bovina, equina pro potu ordinario magnarum virium deprehenſa eſt. Turget ſale volatili, decocta ideo fœtet ſaporis eſt acris.

*Iſatis ſylveſtris vel anguſtifolia* C. B. *Pin.* 113. Iſatis ſive Glaſtum ſpontaneum J. B. 2. 999. Iſatis ſylveſtris Dod. Pempt. 79. *Paſtel ſauvage à feuilles étroites, Guede ou Gneſde*, wilde Weyde Flor. Majo, Junio, auf der Schließ an dem Rheingießen / zwiſchen den Fugen der Steinen. In Alſatia ſpontaneam Iſatidem jam ſuo tempore obſervavit J. B., ad ripam Rheni vero C. B. Sunt plures qui hanc culturâ tantum differre à præcedenti ſativa exiſtimant, ſed contrarium me experientia docuit circa plantam Iſatidis anguſtifoliam in Hortum & pingue ſolum tranſpoſitam, quæ neutiquam folia tam lata acquiſivit, & facie quodammodo diverſa quovis tempore apparuit, minora quoque eſſe ejus folia & conſtanter anguſtiora in Botanico Pariſienſi annotatum, ſunt quoque magis acria inſtar Erucæ. Floret altero demum anno, & ſemina perficit, poſtea perit, adeoque non eſt perennis. Ex ſpuma, quæ ſupernatat, dum lana tingitur, fit Indigo vulgare, quod Pictoribus inſervit in defectu Indigo Orientalis, eſt minoris pretii, & diverſum ab illo, quod in Indiis cum aqua calcis vivæ præparatur ex fecula foliorum Anil Coluteæ foliis J. B. 1. 384.. quod Tournefortio audit Emerus Americanus ſiliqua incurva. Extractum ſeu paſtam ſiccam, ſeu Paſtel, ex Iſatide, ſativa inprimis præparandi modum tradunt Rajus Hiſt. Wedelius, Dalechampius. Herbæ Indigo ſationem, cultum, & extractionem coloris tradunt Ephemerides N. C. Dec. II. Ann. II. Obſerv. IV. p. 5. De Glaſti cultura & præparatione librum ſcripſit Henricus Crolachius. Apud nos quoque ex Iſatide præparata, ſive extracto Paſtel vocata colorem cœruleum præparari poſſe, qui tingendis pannis aptus ſit, & fundamentum plurium colorum præbeat, ex propria & iterata obſervatione didicimus.

*Juncago paluſtris & vulgaris Inſt. R. Herb.* Gramen junceum & ſpicatum ſeu Triglochin C. B. Pin. 6. Gramen Triglochin J. B. & Hyacinthi parvi facie, Gramen Triglochin J. B. 2. 508. Gramen marinum ſpicatum, alterum Lob. Icon. 17. Flor. Jul. Aug. an tieffen graſichten Orten

Orten in Oſzwald; auf feuchten Wieſen gegen der Gansau. In humidis Michelfeldenſibus vidit. C. B. Eſt gramen enode, ſpicatum, ſive Triglochin Mor. Hiſt. Oxon. 3. Sect. 8. Tab. 2. fig. 18. Floſculos ejus tantum apicoſos eſſe, & ex apicibus tantum conſtare Dillenius innuit Append. ad Catal. Giſſ. Tit. Dichotophylli. Deſcriptio in Michelii Nov. Plant. Gen. p. 43. Icon. floris Tab. 31. Florem dicit mere apetalum, pluribus apicibus, ſeu capſulis farinaceis latis ac compreſſis duntaxat conſtantem, ſuper calycem polyphyllum inſidentem, fructus per baſin dehiſcit, tribus vaginulis compoſitus, in quarum ſingulis unicum continetur ſemen. Flores hi pluribus apicibus abſque pediculis conſtant, aſtemones ſicut Ceratophyllum aſperum aquis immerſum. Bot. Paris. Lenticula paluſtris quadrifolia C. B. Dichotophyllum Dillenii & Zanichellia Michelii.

*Juncus acutus, panicula ſparſa* C. B. *Pin.* 11. Juncus foliaceus J. B. 2. 521. Juncus acutus Dod. Pempt. 605. *Jonc*, kleine Weyerbintze / Bintzen mit flattrichtem Strauß. Perenn. flor. Jun. Jul. auf Wieſen bey Oſzwald. Deſcript. in Scheuchz. Agr. p. 343. Florem hujus junci, cum pluribus aliis non eſſe petalodem, ſed apetalum docet Michelius, Nov. Plant. Gen. p. 37. & Tab. 31. ubi deſcript. & figura. Juncus eſt eidem Celeberrimo & ſæpius laudato Viro plantæ genus flore apetalo, plurimis ſtaminibus conſtante, è calyce hexaphyllo ſurgentibus, fructus ſubrotundus in tres partes dehiſcit, ſemina ſunt oblonga. Sunt qui calycem pro flore habent, & hunc dicunt roſaceum.

*Juncus lævis, panicula non ſparſa* C. B. *Pin.* 12. Juncus Mathioli J. B. 2. 520. Juncus lævis, glomerato flore Lob. Icon. 84. Glatte Bintze mit gedrungenem Strauß / Wieſenbintzen. Flos, quem Tournefortius petalodem exiſtimabat, obſervante Michelio Nov. Plant. Gener. p. 37. Tab. 32. eſt apetalos, calyx vero eſt hexapetalos, non flos. Perenn. flor. Jun. Jul. auf feuchten Orten vor dem Spitalthor / unten an dem Glacis. Fragilis eſt hic Juncus, ad ligandum minus aptus, ad ellychnia utilis, ſi detracta cuticula ſiccetur, imbibit oleum in lampadibus.

*Juncus lævis, panicula ſparſa, major* C. B. *Pin.* 12. Juncus panicula arundinacea J. B. 2. 529. Juncus lævis Dod. Pempt. 605. Bintze / Glattbintze / Perenn. flor. Jun. Jul. in Waſſergräben und Sumpffen bey Oſzwald; in dem Gansauer Wald. Hæc parum vel nihil differre videtur à junco acuto, panicula ſparſa C. B. eſt quoque calamis lentis, ad ligandum & vinciendum aptis, ſicut ille. Juncus hic alius eſt ſterilis, alius florifer Scheuchz. Agroſt. p. 345. Deſcriptio quoque & Icon apud Michel. Nov. Plant. Gen. p. 37. Tab. 32.

*Juncus acumine reflexo minor, vel trifidus* C. B. *Pin.* 12. Juncus acumine reflexo trifidus Ejuſdem Prodr. 22. Juncus trifidus J. B. 2. 521. Moosbintze. Perenn. Flor. Jul. Aug. in der Ruprechtsau an waſſerichten Orten;

ken; in Waſſergruben in dem Eckboltzheimer Wald. Eſt Juncoides Alpinum, trifidum Scheuchz. Agroſt. p. 325.

*Juncus paluſtris, humilior, erectus Inſt. R. Herb.* Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis erectum C. B. Pin. 7. Holoſtium Mathioli junceum J. B 2. 510. Holoſteum Mathioli Lob. Icon. 18. *Crapaudine*, Krötengraß/ Bintzengraß. Perenn. flor. Jul. ad Septembr. in dem Gansauer Wald an feuchten Orten; auf waſſerichten Matten in der Ruprechtsau; bey Mertzweyler; in Sundgovia C. B.

*Juncus foliis articulatis, floribus umbellatis Inſt. R. Herb.* Gramen junceum, folio articulato, aquaticum C. B. Pin. 5. Prodr. 12. Gramen aquaticum Tabern. Icon. 214. Waſſerbintzengraß. Perenn. flor. Jun. Aug. auf waſſerichten Matten bey Oßwald; bey Gravenſtaden. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. §. v. infra.

*Juncus paluſtris, humilior, repens Inſt.* R. *Herb.* Gramen nemoroſum calyculis paleaceis, repens C. B. Pin. 7. Gramen Junceum bufonium Tabern. Icon. 225. *Crapaudine*, Krötengraß. Perenn. flor. Jul. an ſumpfichten Orten in dem Eckboltzheimer Wald; in Bergwaſſern hinter Kaysersberg/ gegen Urbisthal; in Sundgovia vidit C. B. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 329. Eſt Gramen Bufonium ſupinum, mollius, ſeu umbellatum *Barrelier*, Icon. 93.

*Juncus foliatus minimus J.* B. 2. 523. Perenn. flor. Jul. Aug. in Sandgruben neben dem Canal; auf Bergwieſen in dem Urbisthal. Mucrone caret hic juncus.

*Juncus foliis articulatis, floribus umbellatis cum utriculis Inſt. R. Herb.* §. v. ſupra. Gramen junceum foliis articulatis cum utriculis C. B. Prodr. 12. Juncus foliaceus capſula triangulari J. B. 2. 521. Perenn. flor. Jul. & cum capſulis Auguſto, ſed rarius, vor dem Spithaltbor unten an dem Glacis; vor dem Fiſcherthor ibidem, und auf feuchten Matten daſelbſten. Eſt varietas Junci foliis artic. flor. umbellatis præcedentis. Poſt fœniſecium caulis novus palmaris tantum excreſcit ſine capitulis corymbaceis, ſed cum utriculis uncialibus paleaceis, modo viridibus, modo purpuraſcentibus C. B. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 333. Rariſſime utriculi cum corymbis reperiuntur Thal. Hoſce utriculos paleaceos, qui in eo poſt fœniſecium haud raro obſervantur, excreſcentias eſſe, ab inſecto quopiam productas, exiſtimat Dillenius, Cat. Plant. circa Giſſam naſcentium, p. 110.

*Juncus nemoroſus folio articuloſo Inſt. R. Herb.* Gramen junceum, folio articulato, ſylvaticum C. B. Pin. 5. Gramen Junceum ſylvaticum Tabern. Icon. 223. Waldbintzengraß. Perenn. flor. Jun. Jul. in dem Eckboltzheimer Wald; in dem Gansauer Wald. Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 334.

*Juncus parvus cum pericarpiis rotundis J. B.* 2. 522. Gramen junceum, foliis & ſpica junci C. B. Pin. 5. Gramen junceum III. Tabern. Icon. 224. (Synonyma hæc Ruppius non huc quadrare exiſtimat. Flor. Jen. 117.) **Klein Binßengraß.** Perenn. flor. Jun. ad Aug. **in ſumpfichten Orten / unten an dem** Glacis **vor dem Spitalthor; vor dem Fiſcherthor bey den Auſſenwercken.** Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 322. Eſt Juncago paluſtris & maritima, perennis, fructu breviore, quinque capſulari Michelii Nov. Plant. Gen. p. 44. ord. II. Tab. 31. ubi figura floris & ſeminum.

*Juncus villoſus, capitulis Pſyllii Inſt. R. Herb.* Gramen hirſutum, capitulis Pſyllii C. B. Pin. 7. Gramen cyperinum piloſum Tabern. Icon. 219. Gramen exile hirſutum Cyperoides Lobelii J. B. 2. 493. **Haaricht Cypergraß** Flor. April. Majo, **auf dem Gebürge hinter Barr** copioſe; **in dem Niedecker Wald.** Deſcript. in Scheuchz. Agroſt. p. 310. Eſt Juncoides villoſum, capitulis Pſyllii ejuſd. ibid. Cyperella capitulis pſyllii Flor. Jen.

*Juncus anguſtifolius, villoſus, floribus albis paniculatis Inſt. R. Herb.* Gramen hirſutum, anguſtifolium, minus, paniculis albis C. B. Pin. 7. Gramen Luzulæ affine, flore albo J. B. 2. 492. Gramen Leucanthemum Dalechampii Lugd. 426. Flor. Junio **in dem Niedecker Wald und Gebürg.** Eſt cyperella ſerotina, floſculis albicantibus Flor. Jen. Hujus varietas eſt. Gramen hirſutum, anguſtifolium, majus, elatius C. B. Prodr. p. 16. quod copioſe iisdem in locis occurrit. Eſt juncoides montanum, nemoroſum, flore niveo Scheuchz. Agroſt. 320. Eſt Cyperella altiſſima, montana Flor. Jen.

*Juncus nemoroſus, latifolius, major Inſt. R. Herb.* Gramen hirſutum, latifolium, majus C. B. Pin. 7. Gramen rore lucidum, nemorenſe, ſive Luzulæ J. B. 2. 492. Gramen ſylvaticum, piloſum Tabern. Icon. 227. **Haaricht Wald- oder Buchgraß.** Floret Martio ad Majum **oben auf dem Fürſt des Vogeſiſchen Gebürges / bey dem Mänlenſtein / Hohenſtein oder Breitenſtein / eine halbe Stund oberhalb des St. Otilien-Gebürgs / allwo der ſchöne rare** Proſpect **iſt bey hellem Wetter in das Obere und Unter-Elſaß.** Abundat etiam hic Juncus **in denen Waldungen gegen Hochfeld; auf dem Hochgebürg bey Rappolſtein; hinter Haßlach in dem Niedecker Gebürge;** Deſcriptio accurata in Scheuchz. Agroſt. p. 315. & 317. Eſt Cyperella nemorenſis, capitulis in ſingulis petiolis ſingulis latifolia Flor. Jen. Folia lanugine obſita colligere rorem, qui ſplendet noctu irradiante Luna, ut admirationi ſit videntibus J. B. refert. A Junco anguſtifolio villoſo magnitudine differt. Folia in faſciculis naſcuntur, culmi pede longiores ſunt, in quorum ſummo inſidet panicula laxa, ſingulorum ramulorum ſummitatibus inhærent

 floſculi,

floſculi, qui ſuſtinentur calyce biglumi, petala florum ſex, vaſculum ſeminale triquetrum, atro-ſpadiceum, cujus loculamenta quodvis continent ſemen ex oblongo rotundum, nigricans.

* *Juniperus vulgaris, fruticoſa* C. *B. Pin.* 488. Juniperus vulgaris, baccis parvis, purpureis J. B. 1. 293. Juniperus Dod. Pempt. 852. *Genevrier*, **Wachholder.** Flor. Aprili, & ab initio Maji **auf der Ganſau; bey Oſwald; gegen Lingelsheim.** Juniperus aliâ Frugifera eſt, quæ baccas ſive fructus fert, nullo prævio flore, folia tria tantum minutiſſima rudimento fructus aſſident; & hæc vulgo vocatur mas; quamvis ſecundum Recentiorum Botanicorum mentem illa proprie fœmina appellanda ſit, quæ fructus, mas vero, quæ ſemen fœcundans profert; alia Florifera & ſterilis eſt, quæ flores ſtamineos, pulverulentos, exiguos fert, nullo ſubſequente fructu. Pulvis iſte luteus fœcundans ex apicibus ad piſtilla & embryones, bacciferarum Juniperorum, per ventos delatus, vel tota ſubſtantia vel habitu ſuo ſpirituoſo hoſce imprægnare videtur, ſimili modo, quo id ipſum in Fraxino, Salice, Lupulo, Cannabi &c. atque in Regionibus Orientalibus in Palma dactylifera & Papaya uſu venire ſolet, teſte Kempfero in Amœn. Exoticis. Tenuiſſimum hunc pollinem, à Juniperis floriferis, menſe Majo in auras avolantem, ſeminis fœcundantis vices gerere jam Tragus conjectura aſſecutus eſt. Eundem mediante aëre transferri ad bacciferarum calyculos, eosque fructui ferendo idoneos, (conjugali quaſi coitu) reddere Rajus obſervavit. Quantum autem ventus faciat ad fortius impellendum iſtum pulverem, piſtillis aut tubis & embryonibus, ſive cum floribus conjunctis, ſive in eadem ſtirpe, ſive etiam tota planta remotis, eosque imprægnandos, vel unica circa triticum ſagaciorum noſtratium agricolarum facta obſervatio, ſupra jam pag. 1. ſub Tit. Abietis, manifeſtum reddit. Flos viridis, amentaceus, conſtans foliolis, multis donatis apicibus; fructus in eadem planta loco à flore remoto natus, eſt bacca turgens oſſiculis tribus angulatis, fœtis ſemine oblongo Boerhaave. Folia plana, acuta, terna, erecta ſemper, Lignum odoratum. Baccæ exiguæ virides, prorumpentes Junio, altero demum anno cœruleo tinguntur colore & matureſcunt appetente autumno, reliquis adhuc hærentibus annoſioribus, ita ut non raro triplicis ætatis & magnitudinis fructus in eadem ſtirpe conſpiciantur, novis ſcilicet denuo aliis ſuccedentibus tertio demum anno. Juniperus hæc fruticoſa cultura in arborem proceram ſatis elevatur. In interſtitiis ramulorum excreſcentia quædam fungoſa reperitur interdum in fruticibus annoſioribus, nempe fungi exiles, albi, ſpongioſi Hoffmanni. Lignum Juniperi, aſpera lima in pulverem & raſuram redactum, cum contuſis amygdalis in ſpiritu vini infuſum, & per veſicam deſtillatum, album liquorem præbere in vulneribus

neribus ſanandis efficacem, ſi illo laventur, & poſtea digeſtivo vel balſamo vulnerario muniantur, reſiſtere inflammationi & gangrenæ ſunt qui affirmant. Decoctum ligni Juniperi odorati, minutim conciſi, cum Rad. Helenii, Caryophyllatæ, corticibus Rad. Bardanæ, Paſſulis, radice Liquiritiæ ad ſudorem ciendum in Lue Venerea, ad transpirationem augendam in Scorbuto, tuſſi catarrhali, in doloribus rheumaticis humeri, coxendicum &c. magnarum virium; ſed lignum pauca quantitate adhibendum, ob acrimoniam reſinoſam, purificat, attenuat, volatiliſat ſanguinem, & impuritates eliminat per tranſpirationem inſenſilem. Vinum in quo ſummitates Juniperi decoctæ parum, admodum diureticum eſt, & plures Hydropici inde curati fuerunt, annotante celeberrimo Tournefortio in Hiſt. Plant. Paris. Infuſio baccarum, parum conquaſſatarum in vino albo veteri generoſo valide Hydropicorum aquas pellit, vidimus totam molem aquarum, quæ ventrem murarii cujuſdam ſumme diſtendebat, intra viginti quatuor horas omnem ita excretam, ut deinde per plures annos ſanitate integra gaviſus ſit, ſed hauſit vinum hoc medicatum liberaliter. Alius Anaſacra laborans, cui tumor aquoſus per totum corpus & per ipſam faciem diſperſus erat, liberatus fuit eodem modo. Baccæ ſimpliciter in aqua fervida infuſæ ad citrinum colorem urinam efficaciter ducunt, cum vero rubro colore tingunt aquam, noxiæ ſunt, & ſanguinem nimis exagitant. Pro delicatioribus juvat baccas Juniperi patinæ ferreæ ignitæ imponere, ut hæ parum turgere & ſudare incipiant, atque tunc in aqua fervida infundere, ſacharo edulcorare, ſic continuato uſu fiunt egregium & nobile remedium in obſtructionibus viſcerum, in aſthmate & catarrhis, pituitam incidunt, & ſputum promovent. Infuſo baccarum, leviter toſtarum inſtar Caffé, nobilis quædam femina menſes actu fluentes ad diem unum vel alterum ſiſtebat, toties volebat intereſſe choreis, comœdiis &c. Cum baccæ Juniperi dulcedinem quandam cum acrimonia conjunctam habeant, à robuſtioribus conquaſſatæ & infuſæ in aqua fervida abſque ſacharo cum fructu aſſumuntur in dictis affectibus. Fumus exceptus ex baccis Juniperi & aceto, tegulæ ignitæ aſperſo, faciem ſubtumidam & ſero ſuffuſam curat, ſi ſimul etiam internus uſus infuſi baccarum Juniperi non negligatur. Olei Juniperi guttula una vel altera vermes infantum, exinde pene ſuffocatorum, pellit. Bot. Monſp. Aceto, cui baccæ hæ infuſæ, lavantur tempore Peſtis vaſa & inſtrumenta & tali tempore Lignum accenditur, Baccæ carbonibus injiciuntur, ut fumus aërem ex miaſmatibus ægrotantium infectum, purget & flamma eadem conſumat. Lappones infuſum baccarum Juniperi toſtarum in uſum familiarem trahere cum fructu, Schefferus teſtatur, quod etiam Angli hodie plures imitantur, monente Garidel p. 259. Ex Junipero plura medi-

medicamenta parantur, Roob Juniperi, Mel Juniperi, Theriaca ruſticorum, Elix. Juniperi Schrœderi, Malvaticum Juniperinum efficax ad liberandas vias urinarias à muco, arenulis & calculis.

# L

*Lactuca ſylveſtris, coſta ſpinoſa C. B. Pin.* 123. Lactuca ſylveſtris, ſive Endivia multis dicta, folio laciniato, dorſo ſpinoſo J. B. 2. 1003. Lactuca ſylveſtris Dod. Pempt. 646. *Laitue ſauvage*, **wilder Lattich/ Gänßzunge.** Flor. Jul. Aug. **auf dem** Glacis **vor dem Fiſcherthor; vor dem Spitalthor; auf Brachackern zwiſchen den zweyen Rheinbrücken** copioſe. Flores ſemifloſculoſi, calyx oblongus, ſquamoſus, tenuis, ſemen pappis inſtructum, facies quædam propria. Lactuca à Soncho differt, quod corona non immediata ovario inſideat; ſed ſummitati filamenti cujuſdam, quo hoc præditum eſt.

*Lactuca montana, latifolia, laciniata, flore cæruleo Inſt. R. Herb.* Sonchus lævis, laciniatus, cœruleus, vel Sonchus Alpinus cœruleus C. B. Pin. 124. Sonchus cœruleus, latifolius J. B. 2. 1005. Sonchus lævis, quartus, flore cœruleo Tabern. Icon. 191. **Wald-Lattich / blauer Haſenköhl.** Flor. Jul. Aug. In altiſſimis Alſatiæ ſuperioris montibus hanc collegit C. B. In monte Muteto, **Waſſerfall.**

*Lactuca perennis, humilior, flore cæruleo Inſt. R. Herb.* Chondrilla cœrulea, altera, Cichorii ſylveſtris folio C. B. Pin. 130. Chondrille vel Chondrilla cœrulea J. B. 2. 1019. Chondrilla cœrulea Tabern. Icon. 176. **Blau Chondrillenkraut.** Perenn. flor. Jun. Jul. **auf Berglein bey Buchsweiler; auf Ackern in der Frucht auf dem Paßberg** frequentem obſervavimus. In Alſatia illam provenire, quamvis rarius, Tabernæm. annotat. Quæ flore albo eſt, magis frequens in Gallo Provincia teſte Clariſſ. Garidel. Hiſt. Plant.

*Lactuca ſylveſtris, odore viroſo C. B. Pin.* 123. Lactuca ſylveſtris lato folio, ſucco viroſo J. B. 2. 1002. **Wilder Lattich.** Flor. Jul. Aug. **auf der** Contreſcarpe **vor dem Steinſtraſſerthor** copioſe; **auf dem** Glacis **vor dem Fiſcherthor; in dem Riet zwiſchen der Ill und dem Rhein.** In rupium rimis ſaxoſiſque locis vidit J. B. in Than Alſatiæ ſuperioris. Aliam eſſe foliis indiviſis, aliam diviſis Rajus C. C. annotat p. 83. Eſt Planta Narcotica, folia caulem amplectuntur.

*Lamium purpureum fœtidum, folio ſubrotundo, ſive Galeopſis Dioſcoridis C. B. Pin.* 230. Galeopſis ſive urtica iners, folio & flore minore J. B. 3. 323. Urtica iners altera Dod. Pempt. 153. *Ortie morte*, **Taube Neſſel mit rundlichten Blättern.** Eſt Galeopſis minor Rivini Ic. 1. Flor. Martio & Aprili, Junio iterum **an denen Zäunen und Landſtraſſen vor dem Spitalthor/**

thor/ & paſſim. Flos monopetalos, labiatus, galeæ cava integra, barba bifida, cordiformi, calyx quinquefidus, ſemina triangularia quatuor, folia ad urticam accedentia & fœtida. Tumores ſcrophuloſos egregie reſolvit aut ad ſuppurationem ducit hæc planta contuſa, & calide impoſita inter chartam bibulam Garidel Hiſt. Plant. 265.

*Lamium purpureum, fœtidum, folio ſubrotundo, minus H. L. B.* Icon. in Rivino. Eſt reptilis, humique procumbit C. B. Pin. 23. 1. Flor. Aprili bey Oſwald copioſe.

*Lamium folio oblongo, flore rubro Parck. Theat. 606.* Lamium purpureum, non fœtens, folio oblongo, C. B. Pin. 231. Galeopſis, ſive urtica iners flore purpuraſcente majore, folio non maculato J. B. 3. 321. *Ortie morte*, todte Neſſel / taube Neſſel mit langlichten Blättern und rothen Blumen. Perenn. flor. April. Majo in den Hecken vor dem Weiſſenthurn; vor dem Steinſtraſſerthor.

⊙ *Lamium folio oblongo, variegato, flore rubro.* Varietas prioris. Flor. Majo, Perennis auf der Krafft/ zwiſchen Ehrſtein und dem Rhein an denen Hecken; auf dem Wall/ bey den Thürnen copioſe in der Stadt.

⊙ *Lamium vulgare, album, ſive Archangelica, flore albo Parck. Theat. 604.* Lamium album non fœtens, folio oblongo C. B. Pin. 231. Galeopſis, ſive urtica iners, floribus albis J. B. 3. 322. Urtica iners, ſive Lamium primum Dod. Pempt. 153. *Ortie morte blanche*, todte weiſſe Neſſel / taube weiſſe Neſſel. Perenn. flor. April. Majo, & per totam fere æſtatem an den Gärten und Zäunen allenthalben. Flores ſiccatos multi hodie in aqua fervida infundunt, & in affectibus catarrhalibus cum fructu hac potione, ſaccharo edulcorata utuntur.

✱ *Lamium alba linea notatum C. B. Pin.* 231. Folia toſta parum ad ruborem in calida aqua infunduntur inſtar Thée, & non absque emolumento ſanitatis hodie in uſum trahuntur. Vidimus egregium effectum hujus infuſi jejuno corpore mane & ſero ſumpti tempore plenilunii, quo mediante in corpore plethorico ingens copia urinæ per noctem excreta fuit, & plethora imminuta notabiliter & quidem non ſemel. Portio ſanguinis in ſerum reſolvitur. Folia debent caute exſiccari & ſenſim, ne ſal volatile exhalet, in quo omnis virtus plantæ latet. *Ortie morte à raies blanches*, taube Neſſel mit weiſſen Strichen/ Lamium montanum Campoclarenſium Col. p. 1. 192. Perenn. flor. Majo bey Oſwald; in der Ruprechtsau; auf dem Spitalwall bey der Herren von St. Louis Garten. Icon elegans in Garidel Hiſt. Plant. Gallo-Provinciæ. Tab 58. Eſt Milzatella Italorum.

*Lamium folio caulem ambiente minus C. B. Pin.* 231. Galeopſis ſive Urtica iners, minor, folio caulem ambiente J. B. 3. App. 853. Morſus Gallinæ, folio hederulæ, alterum Lob. Icon. 463. Icon quoque in Ri-

vino. Kleine Ackerneſſeln mit rothen Blumen. Flor. April. Majo, ad Jul. in denen Brachfeldern bey Illkirch; an den Hecken in der Ruprechtsau.

⊙ *Lamium folio caulem ambiente majus C. B. Pin.* Varietas prioris, quam obſervavit Dnus Bürckel bey den Steingruben in dem Sultzbad.

*Lampſana Dod. Pempt. 675. J. B. 2. 1028.* Soncho affinis Lampſana domeſtica C. B. Pin. 124. Wald-Sonchenkraut / Wartzenkraut. Flor. Junio indumetis in dem Oſtwinckel / und auf der Gauſau. Differt ab Hieracio ſeminibus ſolidis, acutis, non papposis, flos ſemifloſculoſus, calyx monophyllus, profunde multifidus, capſula ſtriata, fœta ſeminibus tenuibus acutis.

* *Lapathum folio acuto, plano C. B. Pin.* 115. Lapathum acutum ſive Oxylapathum Dod. Pempt. 648. *Patience ſauvage, Parêlle,* Grind-wurtz / Mengelwurtz mit zugeſpitzten Blättern / ſpitze Mengelwurtz / Deſcript. in Bot. Paris. Icon in Munting. Fig. 194. fol. 690. Eſt Lapathum Officinarum. Perenn. flor. Junio an der Ill gegen Oßwald: an denen Gräben vor dem Metzgerthor. Flos ſtamineus, calyx hexaphyllus, ſemen triangulare, ſplendens ſpadiceum, calycis tribus foliis cinctum, reliquis marceſcentibus, qui florem repræſentabant. Ex hac radice, una cum rad. Helenii decocta, & cum floribus ſulphuris miſta fit Unguentum ad ſcabiem, pro pauperibus cum ſtercore gallinæ miſcetur, radix trita, ad formam cataplaſmatis, qua ratione ſcabiem certo curare dicitur. Radix Lapathi acuti in aceto trita, & calide impoſita, herpetem, vitiligines, & lichenes egregie curare dicitur, vel radix ſicca in pulverem redacta, & cum aceto applicata pro fotu. Flores verticillata ſerie diſpoſiti, & folia ſingulo verticillo adnata.

*Lapathum pulchrum Bononienſe, ſinuatum J. B. 2. 988.* Lapathum Pariſienſe ſinuatum H. R. Par. Violon. Perenn. Flor. Jul. in denen Wörten bey Illkirch. Folia magis obtuſa. Eſt Lapathum foliis imis inſtar fidium ſinuatis Botan. Paris.

*Lapathum folio acuto, criſpo C. B. Pin.* 115. Lapathum acutum, criſpum J. B. 2. 988. Tabern. Icon. 436. *Patience friſée,* krauſe Grindwurtz / krauſe Mengelwurtz. Icon. in Munting quoque Hiſt. p. 690. Fig. 190. Perenn. Flor. Jun. Jul. bey Oßwald an dem Waſſer; an den Gräben vor dem Spitalthor.

*Lapathum folio acuto, rubente C. B. Pin.* 114. Lapathum ſanguineum ſive ſanguis Draconis herba J. B. 2. 988. Lapathum rubens Dod. Pempt. 650. rothe Mengelwurtz / Drachenampffer. Flor. Jun. Jul. in dem Oſtwinckel; auf Ackern in der Ruprechtsau. Eſt Lapathum ſanguineum Munting. Hiſt. 691. F. 296. Venæ foliorum ſanguineo ſucco plenæ.

*Lapathum folio minus acuto C. B. Pin. 115. Lob. Icon. 285.* Lapathum vulgare folio obtuſo J. B. 2. 984. Perenn. flor. Jun. Jul. auf dem Schießrein an dem Waſſer; bey Illkirch an dem Waſſer. Eſt Lapathum vulgare, folio

folio ſubrotundo Munting. Hiſt. 690. Fig. 287. Eſt herba vulgo patientia dicta, Grindwurtz mit ſtumpffen Blättern.

*Lapathum aquaticum minus* C. B. *Pin.* 116. Hydrolapathum minus Tabern. Icon. 438. Kleine Waſſergrindwurtz. Eſt Lapathum vulgare minus Munting. Hiſt. p. 690. Flor. Jun. Aug. zwiſchen Oßwald und Gravenſtaden an dem Waſſer; in Gräblein neben den Landſtraſſen.

*Lapathum minimum* C. B. *Pin.* 115. Tabern. Icon. 437. Lapathum acutum minimum J. B. 2. 985. Perenn. flor. Jun. ad Aug. in den Gräben gegen dem Wickhäuſel; auf feuchten Ackern bey Illkirch.

* *Lapathum aquaticum folio cubitali* C. B. *Pin.* 116. Lapathum maximum aquaticum, ſive Hydrolapathum J. B. 2. 986. Lapathum paluſtre Tabern. Icon. 437. *Patience, Parelle de Marais, Rhubarbe de Moines,* Butterweckelkraut / groß Waſſermangolt / Weyerampffer / noſtratibus wild Rhabarbern/ wild Mönchs-Rhabarbern/ Waſſer-Rhabarbern/ interdum wild Mengelwurtz / Patientia. Eſt herba vera & genuina Britannica veterum Munting Naukeurige Beſchryving der Aardgewaſſen p. 695. uti ſuſpicatur Ruppius Flor. Jen. corr. p. 46. Idem Muntingius illam in peculiari Tractatu deſcripſit, & nitidiſſimas Icones exhibuit omnium Lapathorum. Perenn. flor. Jun. & Jul. an der Ill paſſim; in den Stadtgräben copioſe. Lapathum hoc, quando in locis ſiccioribus creſcit, caules habet juxta terram magis rubicundos, radicem magis flavo colore tinctam, & majore vi purgandi præditam, præ illa quæ in paluſtribus & locis aquoſis naſcitur, atque vix à Lapatho hortenſi latifolio C. B. differt niſi cultura, unde etiam à mulierculis rhizotomis noſtratibus, & à Chirurgis quibusdam in dupla doſi, loco veri Rhabarbari in uſum trahitur.

* *Lappa major, Arctium Dioſcoridis* C. B. *Pin.* 148. Perſonata, ſive Lappa major aut Bardana J. B. 3. 570. Perſonata, Lappa major, Bardana Lob. Icon. 588. *Grand Glouteron, Bardane,* groſſe Kletten mit rothen Blumen. Flor. Julio an dem Glacis vor dem Weiſſenthurn; an der Landſtraſſe vor dem Metzgerthor. Ob perianthium recurvis aculeis munitum veſtibus adhæret. Floſculi multifidi, tubuloſi, ex perianthio capitato, ſpinoſo prodeunt, ſquamæ calycis in mucrones hamatos deſinunt veſtium tenaces, ſemen nudum, pappis inſtructum brevibus, oblongum. Folia lata integra. Decoctum radicum & corticum Bardanæ, Caryophyllatæ & Helenii cum melle vel paſſulis in morbis pectoris magni uſus, & ubicunque ſudor pellendus, ſed calide ſumendum in lecto; in Lue Venerea à Simone Pauli commendatur, & in emaciatis aut raræ texturæ ægris. Cortices ſicci adhibendi in Decocto, & Lignis exoticis præferuntur. Semen Bardanæ eſt inſigne Diureticum.

*Lappa major, montana, capitulis minoribus, rotundioribus, & magis tomentoſis Inſt. R. Herb.* Perſonata altera, montana, capitulis magis to-

X 2 mentoſis

mentoſis Raji Synopſ. 88. Perſonata altera, cum capitulis villoſis J. B. 3. 571. Bergkletten mit wollichten Knöpffen. Florentem Julio obſervavit J. B. Befordiæ extra Portam ſuperiorem, Capitula lanugine incana ceu aranearum telis obducta ſunt.

*Laſerpitium foliis latioribus, lobatis Mor. Umbell.* 29. Libanotis latifolia altera, ſive vulgatior C. B. Pin. 157. Libanotis Theophraſti quorundam, ſive Seſeli Æthiopicum, Mathiolo Cervaria alba J. B. 3. P. 2. 164. Seſeli Æthiopicum herha Dod. Pempt. 313. Groſſe weiſſe Hirtzwurtz / weiſſer Entian. Perenn. in horto culta hæc planta duravit per 7. annos. Perenn. flor. Jun. Jul. auf dem Gebürg hinter Markirch; auf dem Gebürg zwiſchen Schönburg und Schirmeck; eine Viertelſtund von Schönburg hieber Hochfeld. In monte Muteto C. B. Flos roſaceus & umbellatus, petala quinque cordiformia, fructus ex duobus ſeminibus compoſitus, hinc gibbis inde vero planis, cum quatuor alis foliaceis, amplis. Radix vivax, magna, acris, lacteſcens, folia lata, magna, lobata, octo ſemper laminæ apparent in quovis ſeminum pari. Radicem dicunt habere odorem Iridis Florentinæ.

*Lathyrus ſylveſtris major* C. B. Pin. 344. Lathyri majoris ſpecies flore rubente & albido minori dumetorum ſive Germanicum J. B. 2. 302. Lathyrus ſylveſtris Dod. Pempt. 523. *La Geſſe*, Waldwicken / groſſe wilde platte Erbſen; groſſe wilde Kichern. Flor. Jul. Aug. in den Hecken bey Oſwald; in dem Illkircher Wald / in dumetis quoque. Inter Colmariam & Seleſtadium hunc Lathyrum obſervavit flore albo J. B. Flos papilionaceus, fructus ſiliqua pendula, ſemina nunc cylindracea, nunc anguloſa, caules compreſſi, cum coſta elata, & margine foliato, folia tantum bina, conjugata, nervo innaſcentia, in claviculas abeunt.

*Lathyrus arvenſis, repens, tuberoſus* C. B. Pin. 344. Chamæbalanus leguminoſa J. B. 2. 324. Terræ glandes Dod. Pempt. 550. Erdnüſſe / knollichte Blattererbſen / Erckelnuß / Kribelnuß / kleine Erdgribling / Erdmäuſe / ob ſibram tenuem caudam muris repræſentantem, Tubera arvenſia, Panis porcinus, Saumandlen. Perenn. flor. Jun. Jul. auf den Ackern vor dem Cronenburg und Steinſtraſſerthor unter der Frucht; creſcit quoque gegen Niederhaußbergheim / und oberhalb Lingelsheim. Effodiuntur vere & autumno. Flores purpurei, ſuaviter odorati, aqua ejus deſtillata non æque fortiter, radix eſculenra, intus candicans, cum cauda in extremitate. Deſcript. in Schleſiſchen Sammlungen 1719. Artic. X. §. 2. p. 601. Icon elegans apud Rivinum.

*Lathyrus ſylveſtris luteus, foliis viciæ* C. B. Pin. 344. Lathyrus luteus ſylveſtris dumetorum J. B. 2. 304. Gelbe Wicken; wilde Blattererbſen mit Wickblättern und gelben Blumen. Perenn. flor. Majo an denen Hecken

cken im Oſtwinckel / und auf den Aeckern in der Ruprechtsau. Eſt Lathyrus pratenſis Rivini.

*Lathyrus anguſtifolius, ſiliqua hirſuta C. B. Pin.* 344. Lathyrus ſiliqua hirſuta J. B. 2. 305. Flor. Jun. Jul. neben den Aeckern gegen Befort; in Sundgovia paſſim. Eſt Lathyrus ſylvaticus ſiliqua hirſuta Rivini.

⊙ *Lentibularia vulgaris Hiſt. Plantar. Paris.* 479. & Botan. Paris. ubi deſcriptio. Millefolium aquaticum lenticulatum C. B. Pin. 141. Millefolium aquaticum, flore luteo, galericulato J. B. 3. 783. Lob. Icon. 791. Lentibularia Geſneri, Rivini Irr. Mon. ubi Icon elegans. Figura quoque & deſcriptio florum, ſeminum & folii veſiculis onuſti extat in Act. Ac. R. Scient. Anno 1719. p. 28. 59. & 62. Tab. 2. fig. 1. Eſt Lentibularia Dillenii Cat. Plant. Giſſ. p. 115. qui notam ejus characteriſticam exhibet accuratam App. ad Cat. p. 115. Hæc planta ex mente Raji Method. Plant. Emend. 92. veſicularum lenticularium, foliis ubique adhærentium, beneficio, tempore florendi in aquis fluitat, & flores atque ſemen extra aquam perficit. Flos eſt inſtar Linariæ completus, monopetalus, rictum exprimens cum calcari, irregularis, & androgynus, continens ovarium, quod fit capſula globoſa ſeminibus, minutiſſimis circa placentam coacervatis, repleta. Waſſerfenchel mit gelben Blumen. Perenn. flor. Jun. Jul. interdum adhuc Auguſto bey der Spitalmühl in ſtehendem Waſſer; vor dem Spitalthor in einem ſtehenden Waſſer gegen der Bergerie, bey der erſten Brücke; in Sundgovia vidit C. B. Folia ſunt laciniata, flores naſcuntur in caulibus, foliis deſtitutis. Veſiculæ foliis adhærentes, tempore floreſcentiæ ſucco turgidæ & repletæ ſunt, atque majorem pro mole ſua ſuperficiem occupant, ſucco a calore ſolis rarefacto, unde leviora fiunt ex legibus hydroſtaticis. Poſtquam flores & ſemina perfecit, rurſus ad fundum deſcendit, & ibi latet per totam hyemem, quam ob rem etiam adeo difficulter tunc invenitur, & non niſi eo tempore, quo flos extra aquam eminet, veſiculæ etiam, foliis adhærentes, floreſcentia peracta nigricant, & vacuæ ſunt.

⊙ *Lentibularia minor Bot. Paris.* Millefolium paluſtre galericulatum, minus, flore minore Plucken. Tab. 99. fig. 6. & Raji Synops. 279. flor. Jul. in aqua ſtagnante cujuſdam foveæ in dem Eckboltzheimer Wald / rarius tamen occurrit quam prior.

⊙ *Lenticula paluſtris major, inferne magis convexa, fructu polyſpermo Michelii Nov. Plant. Gener. p. 15. Tab. II. fig. 2.* Deſcript. & Icon. ibid. Lenticula aquatica, foliis minoribus, inferna parte in veſiculam ductis Flor. Altdorff. Hujus plantæ figura occurrit etiam, obſervante Michelio, in ima parte Lenticulæ paluſtris J. B. perperam ad paginam 773. T. 3. pro Tabula Nymphеæ minoris, ſive Morſus Ranæ transpoſitæ. Aquæ ſupernatat fluitans in foſſis bey dem XV. Wört. An Hydro-

 dro-

drophace Buxbaum, Plant. minus cognitarum Cent. II. Tab. 37. fig. 2. ſub ſingulo folio gerit globulum ex multis quaſi acinis, inſtar fructus rubi compoſitum. Flos monopetalus, anomalus, fructus rotundus compreſſus, ſemina quinque gibba, ſtriata ope microſcopii.

⊙ *Lenticula paluſtris quadrifolia* C. B. *Pin.* 362. Lens paluſtris quadrifolia J. B. 3. 785. *Lentille à quatre feuilles*, **vierblättiches Waſſerklee / Waſſervierblatt.** Planta hæc Moriſono annua dicta, nobis perennis videtur ob adnatam ſobolem, & radices atque caules late ſerpentes, quos ſub Autumnum de novo protrudit pro futuro anno, ex quibus ab initio Menſis Maji nova folia viridia erumpunt inter folia nigricantia præteriti anni. Floret Junio & Julio ſub aquis ſtagnantibus, ſicut Ceratophyllum aſperum, aquis immerſum Bot. Par. & Zanichellia paluſtris Michelii, quæ tres plantæ notabile quoque variantis Naturæ exemplum præbent, **anf der Metzgerau an ſumpfichten Orten; neben der Landſtraß gegen der Aubrück / in der Tieffe; in ſtehenden Waſſern gegen der Hohenwart** copioſe; abundat quoque **hinter der Schiffmatt / und in dem Graben bey der** Bergerie; in Alſatiæ foſſis luxuriantem obſervavit J. B. via illa, qua Argentorato ad domum & pontem vectigalis itur; in Sundgovia Tabernæmontanus vidit. Flores nemo adhuc, quod ſciam, deſcripſit, aut Icone exhibuit, qui etiam tenuiſſimi ſunt, & mere apicoſi, craſſitie vix aciculam ſuperantes, longitudine duas vel tres lineas æquantes. Nimirum circa finem Junii & Julio menſe, oculo armato in ſingulis geniculis atque divaricationibus caulium videre licet exiguum villoſum glomerem, an ſtaminum faſciculum? ex quo apices teretes, albi, pellucidi prodeunt, qui per lentem vitream viſi fere unciam longi apparent, parum contorti, & in extremitate manifeſte aperti; unde per hoſçe tubulos apicoſos pulverem vel potius ſuccum quendam genitalem, fœcundandis ſeminibus, in fundo hærentibus aptum effluere veritati conſentaneum videtur; eadem forſan ratione eodemque modo, quo Natura utitur in quibuſdam aliis plantis apicoſis, non ita pridem detectis. Interdum etiam ex pediculo communi ſeminum & foliorum, & ſeorſim quoque ex illo, qui capſulas ſeminales ſuſtinet, apex unus vel alter prodire obſervatur, ſed non longe à diviſura caulium, ubi reliqui ordinarie hærent. Æſtivis menſibus copioſa ſemina lentiformia, adhuc immatura obſervantur in fundo aquæ, ſive capſulæ potius ſeminales, vel ovaria, exiguis ſeminibus referta, unica interdum, binæ ut plurimum vel ternæ etiam, uni petiolo adhærentes. Pediculi foliorum, aquæ ſupernatantium, pro ratione altitudinis aquarum elongari ſæpe vel extendi videntur. Singulis geniculis caulis communis conſtanter adhærent radices fibroſæ, ibidem exſurgunt duo pedunculi alii, inter ſe admodum diſcrepantes, quorum unus

brevior

p. 166.






J.H. Dunneker Arg: Sc.

brevior & villoſus, demum in duas vel tres ramificationes dividitur, quibus ſingulis totidem capſulæ ſeminales adnatæ ſunt, ab initio albicantes, villis obductæ, poſtea nigræ, duræ & glabræ; alter dictorum pedunculorum longior priori, in ſummitate rudimenta foliorum convoluta gerit, quæ ſenſim ſeſe explicant. Planta hæc, apud nos frequentiſſima eſt.

⊙ *Lenticularia ramoſa, monorrhiza, foliis oblongis, pediculis longioribus donatis Michel. Nov. Pl. Gener. p. 16. Tab. II. fig. 5.* Lenticula aquatica triſulca C. B. Pin. 362. J. B. 3. 786. Hedera aquatica Lobel. Icon. 36. Hederula Paluſtris Tabern. Icon. 889. **Waſſer-Epheu / Waſſer-Linſen mit dreyſpitzigen Blättern.** Supernatat aquis ſtagnantibus copioſe **in denen Gräben vor dem Spitalthor gegen dem Lazareth; in Gräben neben der Aubrück; in Waſſergräben vor dem Fiſcherthor gegen der Citadell**; in Colmariæ foſſis obſervavit J. B. Lenticulam triſulcam, teſte Valisnerio Eph. N. C. habere flores regulares dipetalos, nudos, capſulam bipartitam, ſemina bina gerentem in averſa foliorum parte, refert Clariſſ. Buxbaum, in Enumeratione Plant. Hallenſium accuratiori p. 183.

⊙ *Lenticularia minor, monorrhiza, foliis utrinque viridibus ſubrotundis Michelii Nov. Plant. Gener. p. 16. Tab. II. Fig. 3.* Lenticula paluſtris, vulgaris, C. B. Pin. 362. Icon quoque in Bot. Paris. Tab. XX. fig. 2. Lens paluſtris Dod. Pempt. 587. Math. 1115. Lugd. 1014. Ger. Emac. 829. Lob. Icon. J. B. 3. 784. quoad Iconem, non vero quoad Deſcriptionem. Lenticula paluſtris Trag. 690. Tabern. Icon. 504. & Cæſalp. 612. *Lentille d'eau, ou de marais*, **Waſſerlinſen / Endtengrieß.** Supernatat aquis ſtagnatibus in ſcrobibus & foſſis ubique.

*Lenticularia major, polyrrhiza, inferne atro-purpurea Michelii Nov. Pl. Gener. p. 16. Tab. II. fig. 1.* Lenticula paluſtris foliis majoribus, ſubtus rubentibus Flor. Altdorf. Lens paluſtris ſuperne virens, inferne nigricans J. B. 3. 784. quoad deſcriptionem tantum non quoad Iconem. Lenticula paluſtris major Comel. Cat. Plant. Holland. 36. & Raji Synops. 3. 120. num. 2. Tab. IV. fig. 2. Deſcriptionem quoque exhibet Dillenius, Cat. Plant. Giſſ. App. 851. & Iconem Bot. Paris. Tab. XX. fig. 2. **groſſe Waſſerlinſen / Pfenninglinſen.** Hæret in ſuperficie aquarum ſtagnantium in foſſis **bey der Schiffmatt; bey dem Eckboltzheimer Ziegeloffen; gegen der Hohenwart.** Hæc Lenticularia eſt admodum fragilis.

⊙ *Lenticularia media, monorrhiza, foliis oblongis, utrinque viridibus Michelii Nov. Plant. Gen. p. 16. ubi Icon. Tab. II. fig. 2.* quam etiam extare idem monet in Epit. Camerar. p. 852. & in Mathiolo Ejuſd. ed. Germ. 391. ſuper ruſticanam domunculam, ſub ſigno † Creſcit hæc

ſpecies

ſpecies itidem **in Gräben bey Quatzenheim.** Lenticularia forma ad Lenticulam accedit, flores nondum detecti, ſemina ſub ſupina foliorum cute hærent, poſt corruptam illam demum apparentia auxilio Microſcopii.

*Leucanthemum vulgare Inſt. R. Herb.* Bellis ſylveſtris, caule folioſo, major C. B. Pin. 261. Bellis major Dod. Pempt. 265. J. B. 3. 114. *Marguerite*, **Gänßblumen / groſſe wilde Maßlieben.** Eſt Bellidioides Act. Ac. R. Sc. Anno 1720. p. 361. Perenn. flor. Majo ad Aug. **auf denen Wieſen bey Oßwald** & paſſim in pratis. Flos radiatus, ſemifloſculi candidi, calyx ſqamoſus, ſemina nuda, angulata.

*Leucanthemum vulgare, caule villis caneſcente Inſt. R. Herb.* Bellis ſylveſtris caule folioſo, hirſuto, major, acutiore folio C. B. Pin. 261. **Groſſe Gänßblumen mit rauhen Blättern.** Perenn. flor. per totam fere æſtatem **bey Dorlisheim / an dem Dattelbrunnen /** Septembri adhuc florentem vidimus **auf der Lingelsheimer Nachtweyd.**

*Leucoium Heſperidis folio Inſt. R. Herb.* Glaſtifolia Cichoroides J. B. & Turritis ſecunda Cluſio J. B. 2. 836. Turrita major, Plateau Cluſ. Hiſt. cxxvi. Perenn. flor. April. Majo **in dem Oſtwinckel** copioſe. Hæc ſpecies nihil differt à Turriti foliis inferioribus cichoraceis cæteris perfoliatæ Inſt. R. Herb. confirmat hoc Bot. Paris. quod etiam male pro ſynonymo poſitam eſſe Glaſtifoliam Cichoroidem J. B. recte monet p. 197.

*Leucoium vernum, perenne, album, majus Inſt. R. Herb.* Draba alba, ſiliquoſa, C. B. Pin. 109. Heſperis Alpina, ſive muralis minor, repens J. B. 2. 880. Draba II. Cluſ. Hiſt. cxxv. Perenn. flor. April. Majo **auf St. Otilien an den Mauren ; zwiſchen den Steinen der** Rotundæ **einer abgebrannten Capell daſelbſten** copioſe. Hæc planta à Turriti ramoſa vulgari Inſt. Rei Herbar. parum differre videtur, nec ab illa diſcrepare aliter, quam quod magnitudine admodum variet, & quod foliis radii colorem floris pallide cœruleum in album tandem convertant, & ſic ſerius illam intuentem fallant. Folia inferiora junioris plantæ per terram ſparſa in orbem poſita ſunt, hirſuta, incana, in locis ſiccis in muris, planta autem in horto culta magis viridis eſt & glabra.

*Leucoium vernum, perenne, album, minus Inſt. R. Herb.* Hoc obſervavimus minori forma, foliis anguſtis, integris, ſine inciſuris hiſpidis iisdem in locis, floſculis pallide cœruleis ab initio, poſtea albis. Differt à priori ætate & magnitudine, non ſpecie.

*Lichen* eſt Plantæ genus ſubſtantiæ coriaceæ & membranoſæ, quod Tournefortio in Inſt. Rei Herbar. floribus carere viſum fuit, à Michelio vero Nov. Plant. Gen. flore apetalo, diverſæ in variis figuræ cum ſuo receptaculo inſtructum exhibetur, una cum accuratis deſcript.

&

& figuris nitidis Tab. 36. ad 56. Semina in quibuſdam tantum ſpeciebus deprehenſa ſunt hactenus, quæ tamen verno tempore germinare, & incrementum capere idem Sagaciſſimus Naturæ Scrutator obſervavit; flores ſuſpicatur eſſe corpora, quæ Autor Inſt. R. Herbar. p. 548. ſemina vocat. Vaſcula ſeminalia acetabuli formam exhibent, ſemen pulverulentum. Lichenum ſpecies, ſæpe ut muſcorum, ſine neceſſitate multiplicari à Botanicis exiſtimat Clariſſ. Buxbaum, Plant. minus cognitar. Cent. II. Tab. 7. fig. 3. atque id ipſum demonſtrat in variis ſpeciebus.

*Lichen Dioſcoridis & Plinii ſecundus, colore cinereo Col. Part.* 1. 331. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens, colore cinereo C. B. Pin. 361. *Mouſſe*, Mooßflechten. Viget in dem Hanſauer Wald / & aliis ſylvis paſſim, præcipue Novembri, & omni tempore. Eſt Lichenoides cruſta folioſa, ſuperne cinereo glauca, inferne nigra & cirroſa, ſcutellis nigricantibus Dillen.

*Lichen Dioſcoridis & Plinii ſecundus, colore viridante Col. Part.* 1. 331. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens, colore viridante C. B. Pin. 361. ibidem.

*Lichen Dioſcoridis & Plinii ſecundus, colore flaveſcente Col. Part.* 1. 331. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens, colore flaveſcente C. B. Pin. 361. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens flavus Raji Hiſt. 116. Gelbes Baummooß. Eſt Lichenoides cruſta folioſa, ſcutellata, flaveſcens Dillenii. Februario, Martio præcipue viget in dem XV. Wört / in der Ruprechtsau in ſylvis; an alten Dielen der Gartenwände. Tales Lichenes contagii inſtar arbores, potiſſimum frugiferas, cingere ſolent, non ſine harum maximo detrimento.

*Lichen cruſtæ modo arboribus adnaſcens, pullus Inſt. Rei Herb.* Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens, pullus Raji Hiſt. 116. in dem Hanſauer Wald an jungen Eichbäumen. Eſt Lichenoides cruſta folioſa ſcutellata pullum Dillen.

*Lichen cruſtæ modo arboribus adnaſcens tenuiter diviſus Inſt. Rei Herbar.* Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens, cinereus, mollior, & in anguſtiores lacinias diviſus Raji Hiſt. 116. an den Baumrinden gegen Hochfeld; auf alten Dielen der Hütten im Thal hinter Barr &c.

*Lichen cruſtæ modo ſaxis adnaſcens, verrucoſus, cinereus, & veluti deuſtus Inſt. R. Herb.* Auf dem St. Otilien Gebürge an rauhen dürren Orten; in dem Cronthal bey Maßlenheim.

* *Lichen arboreus, ſive Pulmonaria arborea J. B.* 3. 759. Muſcus pulmonarius C. B. Pin. 361. Pulmonaria Dod. Pempt. 474. *Pulmonaire de Chêne*, Lungenmooß / Baumflechten / Baumlungenkraut. Icon flor. & ſeminum extat apud Michelium Nov. Plant. Gen. Tab. 45. Deſcript. ibidem. p. 86. copioſe luxuriat in dem Hochgebürg gegen Hochfeld / an

den alten Eichbäumen und Buchbäumen. Variat colore, & laciniis, earumque diviſionibus & figura. Interdum peltas illum proferre copioſas, fuſcas per totam foliorum ſuperficiem, quamvis rarius, Flora Jenenſis affirmat. Novembri nova folia acquirit & magis viret. Eſt adſtringens & vulneraria planta, utilis in Hæmoptiſi. In cereviſia decocta Pulmonaria Querna, Ictericum ſanavit ab omnibus Medicis derelictum Ephem. Nat. Cur. Ann. 3. obſ. 290.

*Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, maximus, cinereus Inſt. R. Herb.* Stein-Leberkraut / Felſen-Leberkraut / auf dem Gebürge bey Haßlach an den Felſen; auf dem St. Otilien Gebürg.

*Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, maximus, rufeſcens Inſt. R. Herb.* Oberhalb Peris-Cloſter / an den Felſen.

*Lichen cinereus, arboreus, marginibus fimbriatis Inſt. R. Herb.* Muſcus arboreus, ſupinus, marginibus piloſis Raji Hiſt. 116. an denen Stämmen der Weydenbäumen in der Ruprechtsau.

*Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, rufeſcens, ſuperne planus, inferne reticulatus Inſt. Rei Herb.* in denen Waldungen bey Wangenburg.

*Lichen pyxidatus, major, Inſt. R. Herb.* Muſcus pyxioides terreſtris C. B. Pin. 361. Muſcus pyxidatus J. B. 3. 767. Muſcus terreſtris pyxidatus alabaſtriculos imitatus Lob. Icon. 267. Eſt Lichenoides tubuloſum, pyxidatum, cinereum Dillen. viget Septembri, Octobri, in ſcopulis, petris auf dem Gebürge bey der ſchwartzen See unter der Heyde an dürren Orten; creſcit quoque copioſe in ſylvis prope Scaturiginem admirabilem à Sta. Otilia nomen trahentem, cujus aqua limpidiſſima, per quindecim annos à nobis aſſervata, nullum depoſuit ſedimentum, nullum contraxit mucorem, nec ab ullo liquore præcipitante quicquam ad fundum miſit, clara ſemper, & ſine ullo fœtore. Figura & magnitudine multum variat, uti videre eſt apud Michel. Nov. Pl. Gen. p. 82. Tab. 41. 42. Germanice vocatur Kelchſchwämme / Kelch-Mooß.

*Lichen pyxidatus. minor Inſt. R. Herb.* Muſcus pyxioides ſaxatilis C. B. Pin. 361. Prodr. 152. J. B. 3. 767. Septembri auf den Felſen des Niedecker und des St. Otilien Gebürges. Deſcript. & Icon. in Michel. Nov. Pl. Gen. p. 83. Tab. 41. fig. 4.

*Lichen pyxidatus, acetabulorum oris coccineis & tumentibus Inſt. R. Herb.* Muſcus multiformiter pyxidatus apicibus coccineis D. Plot. Hiſt. Staff. 199. Tab. 14. fig. 1. Eſt frequens vere ad arborum truncos putridos in dem Gansauer Wald; und auf Steinen des Otilien Gebürges. Eſt Lichenoides tubuloſum pyxidatum, tuberculis amœne coccineis, proliferum Dillenii.

*Lichen pyxidatus, acetabulorum oris fuſcis & tumentibus Inſt. Rei Herbar.* auf liegenden faulen Bäumen in dem Ruprechtsauer Wald. &c.

*Lichen*

*Lichen cinereus, vulgaris, capillaceo folio, minor Inſt. R. Herb.* Muſcus arboreus cum orbiculis C. B. Pin. 361. Muſcus quernus, fruticoſus, τρικόφυλλον Col. part. 1. 333. Muſcus arboreus, peltatus, ſcutellaris J. B. 3. 764. Eſt Conferva arborea, cinerea, vulgaris, brevior, cum orbiculis Dillen. Cat. Pl. Giſſenſ. Datur etiam in ſylvis ſine orbiculis hic Lichen.

*Lichen cinereus, latifolius, ramoſus Inſt. R. Herb.* Muſcus alter, quernus, latifolius, Coralloides ἄφυλλον Col. p. 1. 335. Muſcus Arboreus, coralloides C. B. Pin. 361. Äſtiges Baummooß / an den Bäumen in dem Bewald. Icon in Bot. Paris. Tab. XX. fig. 6.

*Lichen capillaceus, longiſſimus, ex Fago & Abiete pendens Inſt. R. Herb. Coroll.* An muſcus arboreus, barbatus J. B. 3. 764. Groß Baummooß in denen Waldungen gegen Hochfeld an alten Bäumen / auch an Bircken copioſe. Eſt varietas ſequentis.

☉ *Muſcus arboreus, Uſnea Officinarum C. B. Pin.* 361. Muſcus quernus Lob. Icon. 244. Muſcus arboreus villoſus J. B. 3. 763. Baummooß. Reperitur in arboribus ſenio confectis, & aridis, ex quibus videtur nutrimentum capere, ut aliæ plantæ paraſiticæ. Eſt Conferva arborea cinerea, longa Dillen. Cat. Pl. Giſſ. in cunctis ſylvis obvia.

☉ *Lichen fruticoſus, pendulus, candicans, extremitatibus cauliculorum umbilicatis, coccineis.* Elegantem hanc Plantam obſervavimus menſe Septembri in dem XV. Wört / in Höhlen und Löchern unter der Erden / wo Quellwaſſer heraus lauffen / nahe an dem Rhein bey einem Graben / und zwar aus unterſchiedenen Orten neben einander. Lichen hic non in fundo ſcaturiginis radices ſuas firmaverat, ſed in ſuperna ſuperficie interna parvorum illorum antrorum ubi ſuſpenſus & pendulus deorſum propendebat. Tota Planta pedalem longitudinem æquabat, caulis primarius & craſſiſſimus in parte inferiori lignoſus erat, & nigricabat, mox ubi candidi & flexiles ramuli ex illo emergebant, in illorum exortu ex caule primario, eorumque divaricationibus hi parvo circulo coccineo circumdati erant, & in ſingulis ramulorum extremitatibus obtuſis & umbilicatis talis color vividus apparebat, in planta recens extracta, qui tamen brevi diſparuit, & in nigrum verſus eſt in planta ſiccata atque arida. Ramuli, in plurima ſegmenta diviſi inſtar parvi fruticuli erant candicantes, & foliis nudi, exſiccati autem contrahebantur in tenuiſſima filamenta nigricantia. Veſtigia florum atque ſeminum non videre licuit, quod tamen illa in hiſce coccineo colore à Natura notatis partibus hæreant non levis videtur eſſe ſuſpicio; an extremitates illæ coccineæ ſint capitula florida ramulorum?

☉ *Lichen petræus, latifolius, ſive Hepatica fontana C. B. Pin.* 362. Raji Hiſt. 1. 124. Lichen ſive Hepatica fontana J. B. 3. 758. Lichen Fuch-

ſii 476. Hepatica Officinarum Botan. Paris. ubi deſcript. quoque. Marchantia major, capitulo ſtellato, radiis teretibus, capſularum ſeminalium crenis in longiuſculum veluti pilum deſinentibus. Michel. Nov. Plant. Gen. p. 1. ubi deſcriptio & Icon. Tab. 1. fig. 1. Erdleberkraut / Brunnleberkraut / Steinleberkraut. Umbellas ſive capitula profert Majo ad Junium in den Wegen feuchter Gärten; in denen Brunnbütten; an feuchten ſchattichten Orten in dem Gebürge.

⊙ *Lichen petræus, ſtellatus*, C. B. *Pin.* 362. Lichen ſecundus Lob. Icon. 246. Lugd. 1084. Hepatica ſecunda Tabern. Icon. 815. Steinleberkraut. Creſcit in ſchattichten Gärten / an feuchten Bergwänden gegen Wangenburg. Eſt Marchantia Comm. Ac. R. Sc. Anno 1713. Marchantia capitulo ſtellato, radiis teretibus Michel. Nov. Plant. Gen. Tab. 1. fig. 2.

⊙ *Lichen petræus, umbellatus* C. B. *Pin.* 362. Lichen tertius Lob. Icon. 246. Lugd. 1084. Hepatica tertia Tabern. Icon. 815. Marchantia capitulo non diſſecto Michel. Nov. Pl. Gen. Tab. 1. fig. 5. Bey Quellen und Bächlein in dem Urbisthal; in feuchten Gärten Majo, Jun. viget.

⊙ *Lichen petræus, cauliculo pileolum ſuſtinente* C. B. *Pin.* 362. Lichen Plinii primus pileatus Col. Part. 1. 331. Lichen Michel. Nov. Plant. Gen. 78. Tab. 1. Jungermannia nemoroſa, pediculo altiſſimo, tenerrimo & candicante Flor. Jen. 345. Aprili, Majo in ſchattichter Waldung oberhalb Otterot.

⊙ *Lichen minimus, foliolis laciniatis Raji Hiſt.* 126. Bey dem St. Ottilien Brunnen an dem Felſen / neben der Quelle.

⊙ *Lichen ſive Lichenoides erectum, terreſtre, cruſta folioſa, cinereo vireſcente ubique Dillen.* Martio viget auf faulendem Laub in den Hochfelder Waldungen.

*Liguſticum Alpinum, multifido, longoque folio Inſt. R. Herb.* Bergpeterſein. Daucus Alpinus, multifido longoque folio, ſive montanus, umbella candida C. B. Pin. 150. Daucus Creticus Cam. Epit. 536. Perenn. flor. Jul. in monte Waſſerfall des Elſaſſiſchen Furtengebürgs / ubi hoc vidit in rupibus C. B. Flos roſaceus, umbellatus, ſemina duo oblonga, cum liris foliaceis.

* *Liguſtrum J. B.* 1. 528. Liguſtrum Germanicum C. B. Pin. 475. Phyllirea Dod. Pempt. 775. *Fræne*, Hartriegel / Beinhöltzlein. Fructus Dintenbeere vocatur, quod nomen ipſi commune cum Ceraſo Mahaleb, ſed ex baccis Liguſtri hodie fit Atramentum. Deſcript. Liguſtri in Bot. Paris. Perenn. flor. Jun. in dem Gauſener und Jllkircher Wald in den Hecken. Flos monopetalos, infundibuliformis, quadrifidus, calyci exiguo innitens, in cujus imo fit fructus, ſeu baccæ ovatæ,

ovatæ, molles, ſucci plenæ, quarum ſingulæ ſemina quaterna continent, altera parte gibba, altera vero parte plana. Folia in gargariſmatibus una cum floribus uſitata, adſtringentia ſunt, & ulcera faucium detergunt, guſtu amara.

*Liguſtrum foliis è luteo variegatis H. R. Par.* Liguſtrum variegatum Munting. Hiſt. 258. *Frœne panaché.* Perenn. flor. Jun. in dem Ruprechtsauer Wald/ aliquando occurrebat hæc planta in uno tantum ramo variegata, nec adeo ſpecioſa, ut illa Muntingii, an vitium vel morbus, an varietas? Semina exinde produxerunt plantam in totum non variegatam, ſed viridem, ſi vero talis ramus propagatus fuiſſet per ollam fiſſam, durch ein Anhängel / conſtanter mixturam coloris lutei & viridis ſervaſſet.

*Lilium floribus reflexis, montanum, flore rubente* C. B. Pin. 77. Lilium flore rubente, ferrugineo, majus, & minus J. B. 2. 692. Lilium ſylveſtre Dod. Pempt. 201. Türckiſcher Bund / Goldwurtz / Heydenlilien / Berglilien / Icon quoque in Garidel Hiſt. Plant. Tab. 63. Floret Jun. auf denen Gebürgen gegen Hochfeld; bey Gingberg oder Gängburg und Niedeck; præcipue vero auf dem Hochgebürg hinter Hohenac / in quibus Alſatiæ ſuperioris jugis, lilia floribus reflexis montana diverſorum colorum creſcunt annotante Dno. Frantz Ruprecht von Ichtersheim in Topographia Alſatiæ ſuperioris p. 4. Flos veluti campaniformis, ex ſex petalis, nunc magis nunc minus repandis conſtat, fructus oblongus, plerumque trigonus, trilocularis, ſemina marginata, gemina ſerie ſibi ſuper incumbentia, radix flava, bulboſa, ex plurimis ſquamis carnoſis conſtans, ſibi invicem appoſitis, axi affixis, interdum in inſignem magnitudinem excreſcit.

*Lilium floribus reflexis, montanum, flore maculis rubris inordinatis aſperſo* C. B. Pin. 77. Lilium montanum, flore purpuraſcente, punctato Eyſt. Perenn. flor. Junio auf dem Gebürg bey Sirrbaden. Goldwurtz mit getüpffelten Blumen.

*Lilium floribus reflexis, alterum, lanuginoſum, hirſutum* C. B. Pin. 78. Lilium montanum ſive ſylveſtre, I. majus Cluſ. Hiſt. 134. Berglilien. Perenn. flor. Junio bey Mollkirch; auf dem Gebürg bey den drey Aehren. Culturâ hirſutiem exuit.

*Lilium floribus reflexis, albis, non punctatis* C. B. Pin. 78. Lilium montanum minus, album, non punctatum Eyſt. Goldlilien mit weiſſen Blumen. Auf dem Hochfeld / und eine Stunde hinter Hochfeld.

*Lilium purpuro croceum, majus* C. B. Pin. 76. Lilium rubens, vel croceum, majus J. B. 2. 688. Lilium purpureum, majus Dod. Pempt. 198. Goldlilgen / Feurlilgen / Gelblilgen. Perenn. flor. Junio auf dem Hochgebürg hinter Rappolswihr copioſe, in planitie Alſatiæ nullibi.

 Radix

Radix ejus in Tartaria Orientali, ſiccata & contuſa coquitur cum lacte, quam pultem aſſumunt pro nutrimento quotidiano, vocatur radix Saranam, ſiccata in furno albiſſimam præbet farinam, quæ loco panis utuntur Tartari, die Calmucken / & pultes ex ea conficiunt. Ysbrand. Ides Reiß in Chinam p. 228. In Chili, Indiæ occidentalis regione, ex hac farina bellaria & ſaccharo condita conficiunt. *Fraſier Voyage de la mer de Sud*; *Tom.* 2. *p.* 135. Cui Hemerocallis audit, nec forte differt à Lilio mont. flor. reflexis, niſi colore floris.

*Lilium flavum, anguſtifolium C. B. Pin.* 79. Lilium nutante flore flavo J. B. 2. 697. Lilium montanum flavo flore Lob. Adv. Part. 2. 505. Flor. Perenn. hinter Hohenac dem Hochgebürg.

* *Lilium convallium album C. B. Pin.* 304. Lilium convallium vulgo J. B. 3. 531. Lilium convallium Dod. Pempt. 205. *Muguet à fleur blanche, Lis de Vallée*, Mayenblumen / Perenn. flor. Majo in dem Oſtwinckel unter den Hecken und Bäumen; in dem Wald hinter Barr copioſe; und andern Wäldern. Flores in hac ſpecie ex una tantum parte ſinguli propendent, albi, campaniformes, ventricoſi, multifidi, nudi, fructus eſt bacca mollis, rubra, per maturitatem, & globoſa, ſemina denſe congeſta, folia nervoſa, radices reptatrices. Flores vi cephalica & aperitiva gaudent, fragranti odore præditi, pulveriſati ſternutationem valide movent, & radices tanto magis, ex illis cum vino ſpiritus deſtillatur, utilis in Apoplexia, vertigine, paralyſi, cum hoc ſuam eſſentiam Ambræ conficit Ettmüllerus, ad languentem ſenum virilitatem ſuſcitandam, & Melancholicorum triſtitiam atque timorem diſſipandum. Infuſio florum cum aceto facta, crebro naribus offerri ſolet cum linteolo in deliquio animi, & in ipſa Peſte, Spiritus cum vini ſpiritu præparatus, per nares attractus ſæpe odontalgiam ſiſtit, & illitus parti laboranti in doloribus rheumaticis, contuſionibus & luxationibus magnarum eſt virium, & in crebro uſu.

*Lilium convallium, floribus è folliculis prodeuntibus Mapp.* Lilium convallium cum pluribus florum ordinibus J. B. 3. 533. Perenn. flor. April. Majo auf dem Wangenburger Gebürg gegen Zabern / ſed alias rariſſime occurrit. Radix ejus, qualis in albo vulgari, candicans, fibris inſtructa & repens, folia ſimilia vulgari, ſi exceperis, quod illa, quæ in baſi complicata inſtar vaginæ caulem ambiunt, rubeant; ex hac theca cauliculi prodeunt, cum floribus ex utraque parte propendentibus, horum ſinguli folliculo albicante, inferne parum rubente, culmum fere lato, uncias duas longitudine ſuperante interdum, inſtructi ſunt. Cum olim Clariſſimo Tournefortio, Præceptori tunc noſtro in Re Herbaria Honoratiſſimo plantam hanc, à ſe nondum viſam obtuleramus, is pro ea, qua in mos erat benevolentia, hanc noſtro de nomine appellare, & hoc nos honore afficere voluit. Poſtquam

vero



*Lilium convallium floribus è folliculis prodeuntibus Mapp.*

*J. Striedbeck fecit Argent.*

vero Iconis hujus plantæ nulla uſquam fiebat, apud Autores probatos mentio, quantum reſcire licuit, hanc æri incidi curavimus, quam exhibemus minori forma quam in Natura. Interea temporis in notitiam venit Florilegium Theod. de Bry de Anno 1612. quod eandem quoque Tab. 128. ſub nomine Lilii convallium albi depingit, minus tamen accurate, nec naturæ ſatis convenienter, nam & folliculi nimis breves & flores ſolito majores ſunt ibi repræſentati.

*Lilium convallium floribus è folliculis prodeuntibus, foliis ex luteo & viridi variegatis.* Eſt Varietas in terra humidiori producta, folia ſecundum longitudinem variegata ſunt per dimidiam partem. Semen hactenus in Horto nullum produxit utraque, facile rurſus degenerat in terra ſicciori, & priſtinum virorem recuperat hoc Lilium convallium.

*Lilium convallium latifolium C. B. Prodr.* 136. Pin. 304. J. B. 3. 533. Perenn. flor. Majo **unten an Rheinau / gegen dem neuen Dörfel**; in confiniis Sundgoviæ vidit. C. B. Rarius occurrit. Folia duplo majora, ſubrotunda, tria latifolia.

*Linagroſtis panicula ampliore Inſt. R. Herb.* Linagroſtis Tabern. Hiſt. 559. Gramen tomentarium, Linum pratenſe Tabern. Icon. 230. Gnaphalium Tragi, ſive Juncus bombycinus J. B. 2. 514. **Wieſenflachs / Flachsgraß / Mattenflachs / Wieſenwolle.** Eſt gramen tomentoſum, pratenſe, panicula ſparſa C. B. Pin. 4. Deſcript. in Michel. Nov. Pl. Gen. p. 53. Icon. Tab. 31. Scheuchz. Agroſt. p. 302. & p. 306. Icon. Tab. VII. fig. 1. & ſequenti. Figura quoque in Garidel Hiſt. Pl. Tab. 44. Eſt Gramen Junceum, lanatum, vel juncus bombycinus vulgaris Parckin. Perenn. flor. Majo, Jun. ad Jul. ubi lanam fert, **auf einer ſumpfichten Wieſe bey der Lingelsheimer Nachtweyd / gegen Oſtwald** copioſe; **auf tieffen feuchten Wieſen bey Mertzweiler.** Eſt frequens planta in his locis. Eſt gramen Eriophoron Sim. Pauli Quadripart. Bot. p. 325. Poſſet hæc ſericea lanugo ad fulciendas togas cubiculares inſervire, in copia plantata.

*Linagroſtis panicula minore Inſt. Rei Herbar.* Eſt Pſeudolinum Caſt. Icon. 262. Michel. Nov. Pl. Gen. p. 54. Differt revera à priori, quamvis Scheuchzerus de hoc dubitare videatur in Agroſt. p. 308. Flos apetalos, duobus ſtaminibus conſtans, è calyce monophyllo ſquamiformi ſurgens, ſemen angulare, pappis ſericeis in baſi circumdatum. Panicula quaſi barbam bombycinam propendentem refert, quæ nihil aliud eſt, quam faſciculus ſeminum ſuis pappis inſtructorum. Simon Pauli in Quadrip. Bot. refert: Islandos hunc pappum, in ellychnia contorquendi artem callere, indeque confectas ſebo perductas plantas claritate luminis cæteras omnes antecellere.

* *Linaria vulgaris, lutea, flore majore C. B. Pin.* 212. Linaria lutea, vulgaris J. B. 3. 456. Linaria prima Dod. Pempt. 183. *Linaire com-*

*mune, ou Lin ſauvage*, Leinkraut / Garnkraut / wild Flachs. Icon quoque in Rivino. Perenn. flor. Jun. ad Auguſt. imò ad Octobrim in der Ruprechtsau; in dem XV. Wört. Flos monopetalos, anomalos, perſonatus, poſterius in caudam deſinens, anterius in duo labia diviſus, quorum ſuperius bifariam, vel multifariam, inferius vero trifariam ſecatur, fructus teſta ſubrotunda, bilocularis, ſemina vel compreſſa, marginata, vel annulata ſub rotunda, calyx monophyllus, quinque partitus. Virtutes vid. ſub Linaria ſegetum Nummulariæ folio.

*Linaria vulgaris lutea, flore minore* C. B. *Pin.* 213. Perenn. flor. Jul. Aug. auf dürren Wieſen gegen Oßwald.

*Linaria flore pallido, rictu aureo C. B. Pin.* 213. Linaria Pannonica, flore luteo, minore quam in vulgari J. B. 3. 485. Linaria Pannonica I. Cluſ. Hiſt. 322. Perenn. flor. Jul. auf der Metzgerau; auf der Ganſau.

*Linaria vulgaris, flore majore, albo* C. B. *Pin.* 213. Perenn. flor. Jul. bey der erſten Bleich / unterhalb dem Waſſerzoll; an dem Gebürg bey dem Sultzbad.

*Linaria ſegetum, Nummulariæ folio, villoſo Inſt. R. Herb.* Elatine folio ſubrotundo C. B. Pin. 252. Elatine folio ſubrotundo J. B. 3. 372. Veronica fœmina Fuchſii ſive Elatine Dod. Pempt. 42. *Velvote*, niederich Ackerleinkraut mit rundlichten Blättern und gelben Blumen. Icon. in Rivino, ſed non hirſuto folio, ſcil. lanugo foliorum non bene expreſſa eſt ſub Tit. Elatine. Eſt Linaria hirſuto folio, flore ex herbido flaveſcente M. H. 2. 503. Nullam hactenus extare figuram, quæ flores ejus exacte repræſentet, Tournefort. monet Hiſt. Plant. Paris. p. 110. Flor. Jul. auf Ackern gegen Oßwald nach der Erndte; bey Illkirch copioſe auf den Feldern; bey Wört im Untern Elſaß; In Sundgovia frequentem vidit J. B. in humidis arvis. Labellum & calcar ex herbido flavent, folia molli lanugine obducta, & ex rotunditate acuminata ſunt. Modum quo vaſculum ejus ſeminale dehiſcit, & ita ſe à Linaria diſtinguit, deſcribit Dillen. Cat. Plant. Giſſ. App. p. 116. Eſt planta Vulneraria, detergens, & ſanguinem purificans, apta ad ſanguinis balſamum reſarciendum, ad curandas ſcrophulas, lepram & cancrum admodum utilis, virtutes ejus à Veteribus neglectæ fuerunt, & illis incognitæ Garidel Hiſt. Plant. 288.

*Linaria ſegetum, Numulariæ folio aurito & villoſo, flore luteo Inſt. R. Herb.* Elatine folio acuminato, in baſi auriculato, flore luteo C. B. Pin. 253. Elatine fæmina folio anguloſo J. B. 3. 372. Elatines altera Icon. Dod. Pempt. 42. Niederich Ackerleinkraut mit rauhen Blättern / und gelben Blumen. Rarius occurrit. In Sundgovia inter ſegetes provenit teſte J. B. & C. B. Flores monopetali, irregulares, clauſi, labiati, calcaro inſtructi, ſemina rotunda plurima, tecta capſula, rotunda,

tunda, bipartita. Tota planta humi repit, viticulas longas ſpargit, in agris circa Hünningen.

*Linaria pumila, vulgatior, arvenſis Inſt. R. Herb.* Antirrhinum arvenſe minus C. B. Pin. 212. Antirrhinum minimum J. B. 3. 465. Antirrhinum alterum, minimum, repens Lob. Icon. 406. Wild Löwenmaul / klein Orant. Flor. Jun. Jul. auf denen Feldern bey der Carthauß; bey Oſ-wald. Icon in Rivino. Niederich Ackerleinkraut. Flores obſoleti coloris.

*Linaria Hederaceo folio glabro, ſeu Cymbalaria vulgaris Inſt. Rei Herbar.* Cymbalaria floſculis purpuraſcentibus J. B. 3. 685. Cymbalaria Italica folio Hederaceo Lob. Icon. 615. *Linaire de muraille*, Cymbelkraut. Icon in Rivino. Perenn. flor. April. ad Aug. an den alten Mauren der Stadt-gräben; an den Rebmauren bey Barr; an den Brunnbütten inwendig; an den alten Mauren der Häuſer an der Jll. Sunt qui hanc Plantam olim ex Italia ad nos delatam fuiſſe mediantibus ſeminibus, & poſtea ſe ita longe lateque multiplicaſſe perhibent.

⊙ *Linckia terreſtris, gelatinoſa, membranacea, vulgatiſſima, ex pallida & vireſcente fulva Michelii Nov. Plant. Gener. p. 126. Tab. 67. fig. 1.* Semina oſtendit Icon, inſtar monilium perlarum diſpoſita. Muſcus fugax, membranaceus, pinguis, qui ſtatim poſt pluvias oritur Botan. Monſp. Noſtoc cinifionum eſt Paracelſi Comm. Acad. R. Sc. Anno 1708. p. 293. & Anno 1722. p. 78. Uva terreſtris, pinguis, & fugax Raji Synopſ. Ed. 3. 64. num. 11. Reperitur tempore, quo pluviæ deciderunt, auf Wieſen vor dem Ganſauer Wald; in locis incultis herboſis, alias in pratis.

* *Lingua Cervina Officinarum C. B. Pin. 353.* Scolopendrium vulgar. Brunſf. & Tragi. Phillitis ſeu Lingua Cervina vulgi J. B. 3. 756. Phyllitis vulgaris Cluſ. Hiſt. CCXXIII. *Langue de Cerf*, Hirſchzung. Perenn. Granulati & muſcoſi flores, atque ſemina minutiſſima æſtate in dorſo foliorum & in effloreſcentiis ſeminalibus hirſutis, ſerie vermiculari, per totam folii averſam ſuperficiem hærent ad Autumnum. Capſulæ ſeminales conſtant tenui pellicula, orbiculari, lenticulari, cava, annulo elaſtico cincta, quæ maturum fructum rumpens, ſemina diſplodit tenuiſſima; folia ſimplicia, longa. Creſcit auf ſchattichen Gebürgen hinter Barr; zu Leberau copioſe hinter Markirch; in Thälern bey Teutſch Rumbach / eine Stund hinter Leberau; auf dem Rapolſweiler Gebürg gegen der Glaßhütt; zu Münſter in Gregorienthal copioſiſſime. Tempore verno folia ejus vino infunduntur, cum Pimpinella ſanguiſorba minore, radice Helenii, Caryophyllatæ, & foliis Fragariæ, ad ſanguinem effœtum purificandum & volatiliſandum. Rajus pulverem herbæ ſiccæ efficacem dicit contra paſſionem hyſtericam, palpitationes cordis & motus convulſivos; datur ad drachmam unam in vino.

⊙ *Linocarpum ſerpilli folio, multicaule, & multi florum Michelii Nov. Plant. Gen. p.* 22. *Tab.* 21. Polygonum minimum ſeu Millegrana minima C. B. Pin. 282. Millegrana minima Lob. Icon. 482. Ger. emac. 569. & Raji Hiſt. 1026. Millegrana minima ſive Herniaria minor Parck. Theatr. 447. Flor. Jul. Aug. **auf ſandichten Ackern in der Rupprechtsau / und hinter der Citadell.** Eſt Radiola Eph. Nat. Cur. Cent. 5. & 6. App. ubi deſcript. Radiola Dillenii Cat. Plant. Giſſ. 161. & Michel. Nov. Plant. Gen. p. 126. ubi deſcript. & Icon. p. 136. Tab. VII. Linoides Ruppii Flor. Gen. corr. p. 72. Flores tetrapetali, capſulæ vel vaſcula in octo loculamenta rotatim diſpoſita, in ſingulis ſemen unicum. Cuncta adeo exigua, ut vix niſi per lentem vitream diſtingui poſſint.

* *Linum arvenſe C. B. Pin.* 214. Linum ſylveſtre, ſativum plane referens J. B. 3. 452. Sylveſtre Linum Trag. 354. **Wilder Flachs.** Flor. Jun. **auf dem** Glacis **bey dem Rheingieſſen; auf Ackern bey Fulen/ unter dem Habern.** Flos caryophyllæus, pentapetalus, fructus globoſus, acuminatus, ex multis capſulis compoſitus, introrſum dehiſcentibus, ſemina plana, fere ovata, in ſingulis capſulis. Emolliendi ſcopo ſemen quam maxime in uſu in cataplasmatibus, balneis &c. Pulvis ſeminis lini cum pauca quantitate nucis moſchatæ ſæpius de die exhibitus in diarrhœa & dyſenteria eſt efficax, dolores mitigat & morbum curat haud raro.

*Linum ſylveſtre, anguſtifolium, floribus dilute purpuraſcentibus vel carneis C. B. Pin.* 214. Linum ſylveſtre, anguſtifolium album, lineis in umbilico purpureis J. B. 3. 453. Linum ſylveſtre VI. anguſtifolium Cluſ. Hiſt. 318. *Lin ſauvage*, **wilder Flachs.** Perenn. flor. Jun. Jul. **auf der Sanſau an dürren graſichten Orten; zwiſchen Oßwald und Gravenſtaden** in pratis.

*Linum ſylveſtre, anguſtis & denſioribus foliis, flore minore C. B. Pin.* 214. Linum ſylveſtre, tenuifolium Lob. Icon. 413. **Schmahlblätteriger wilder Flachs mit blauen Blumen.** Flor. Jul. **auf denen Wieſen gegen Oßwald und Lingelsheim** copioſiſſime.

*Linum pratenſe, floribus exiguis C. B. Pin.* 214. Alſine verna, glabra, floſculis albis, vel potius linum minimum J. B. 3. 455. **Klein Wieſenflachs mit weiſſen Blümlein; klein Vogelkraut.** Floret circa finem Maji ad Aug. Paſſim in pratis obvium **zwiſchen dem Oſtwinckel und der Hohenwart; in der Rupprechtsau; auf Wieſen bey Reichshofen; bey Mertzweiler** copioſe. Eſt ſpergula bifolia lini capitulis Flor. Pruſſ. 261. Fig. Ob vim Catharticam vocatur etiam, Linum Catharticum Gerard. emac. & Wedelii. Ob amaritiem febrifugum eſt, pugillus unus vel alter in vino infunditur per noctem, in cineribus calidis, pulvis plantæ ſiccæ aut ſuccus expreſſus idem præſtat.

* *Lithoſ-*

* *Lithoſpermum majus, erectum* C. B. *Pin.* 258. Lithoſpermum ſive milium ſolis J. B. 3. 500. Lithoſpermum minus Dod. Pempt 83. *Gremil, Herbe aux Perles*, Meerhirſen / Steinhirſen / Perlkraut. Perenn. flor. Majo ad Jul. in der Ruprechtsau; im Oſtwinckel copioſe. Flores monopetali, infundibuliformes, multifidi, ora lata, calyx ad baſin uſque ſectus, quatuor ſemina duriſſima, glaberrima, polita, ſubrotunda. De virtute hujus ſeminis lithontriptica adeo decantata experientia iterata Clariſſ. Tournefortii docuit, eam eſſe vanam, & nullam. Pulvis vulgo adhibetur cum aliis contra calculum.

*Lithoſpermum arvenſe, minus Inſt. R. Herb.* Echium ſcorpioides arvenſe C. B. Pin. 254. Echium ſcorpioides ſoliſequum flore minore J. B. 3. 589. Blaue Maußöhrlein. Floret circa finem Maji & Jun. poſtea perit, auf den Ackern bey Oſtwald; vor dem Steinſtraſſerthor.

*Lithoſpermum arvenſe, minus, floribus luteis, vel luteo cæruleis Inſt. R. Herb.* Kleine gelbe Maußöhlein mit haarichten Blättern. Flor. Jun. Jul. auf denen Fruchtfeldern bey Niederhaußbergheim; vor dem Spitalthor. Eſt Myoſotis arvenſis, hirſuta, minor Dillenii Cat. Giſſ. Deſcript. ſeminum in Bot. Paris. Flores parvi lutei dum aperiuntur, poſtea in cœruleum tranſeunt, vel potius umbilicus luteus manet, in locis aridis flore eſt fere toto luteo.

⊙ *Lithoſpermum arvenſe, medium, flore cæruleo Bot. Par.* Ubi Deſcript. & ſynonyma. Alſine Myoſotis ſive Auricula muris Lob. Icon. 461. Scorpioides mas Dod. Pempt. 72. Myoſotis ſylvatica, præcox, latifolia, hiſpida Flor. Jen. 9. Myoſotis hirſuta, montana & ſylvatica Dillen. Cat. Giſſ. 46. Groſſe blaue Maußöhrlein mit haarichten Blättern. Flor. April. Majo, in der Ruprechtsau in trockenen Gräblein; in dem Gauſauer Wald / ubi triplo majorem obſervavimus, majori flore, & diutius florentem.

⊙ *Lithoſpermum arvenſe, medium, flore albo.* In dem Barrer Waldweg nach der Ertzgrub / gegen Hochfeld. Folia hirſuta. Hoc Dnus. Bürckel obſervavit, mecumque communicavit. Flor. Junio.

*Lithoſpermum minus, repens, latifolium* C. B. *Pin.* 258. Lithoſpermum majus Dodonæi flore purpureo, ſemine Anchuſæ J. B. 3. 592. Lithoſpermum majus Dod. Pempt. 83. Steinſaamen. Perenn. flor. Majo auf denen Gebürgen hinter Heiligenſtein / gegen St. Otilien zu. Eſt Lithoſpermum repens, majus Cluſii Hiſt. CXLIII. ubi elegans figura. Caules ad terram inclinantes radices agunt, inſtar flagellorum piloſellæ. Flor. Jenens. Eſt quoque Lithoſpermum perenne procumbens, flore purpuro-cœruleo majore Mor. H. 3. 447.

*Lithoſpermum paluſtre, minus, flore cæruleo Inſt. R. Herb.* Echium Scorpioides paluſtre C. B. Pin. 254. Echium Scorpioides ſoliſequum, flore majore, cœruleo J. B. 3. 589. Blauer Augentroſt / Vergiß mein nicht /

nicht / Je länger je lieber / noſtratibus Waſſermaußöhrlein mit blauen Blumen / Waſſerſcorpiongraß. Perenn. flor. Jun. Jul. an denen Gräben der erſten Bleich bey dem Waſſerzoll ; in der Ruprechtsau an feuchten Orten / auch in dem Waſſer. Flores in ſummis ramulis inſtar Heliotropii reflexi. Deſcript. apud Dillen. App. ad Cat. Giſſ. p. 99. Interdum in locis paluſtribus & foſſis majus deprehenditur. Folia tunc glabra, minus hirſuta & majora ſunt, ſed non eſt nova ſpecies, tantum varietas. Semina quatuor ſunt lævia, & minime dura ut in Lithoſpermo. Flos monopetalus, rotatus in quinque rotunda & plana ſegmenta diviſus, florum tubulo perbrevi, calyx multifidus.

*Lithoſpermum paluſtre, minus, flore albo Inſt. R. Herb.* Echium ſcorpioides, paluſtre, flore niveo C. B. Pin. 254. Echium Scorpioides, ſoliſequum flore majore albo J. B. 3. 589. Perenn. flor. Jun. Jul. auf dem Schießrein an dem Waſſer / ſed rarius ; auf Wieſen in dem Urbisthal / Auguſto adhuc florebat gegen Oberhütt. In paluſtribus prope Waſſerfall C. B.

*Lonchitis aſpera C. B. Pin.* 359. Lonchitis altera, cum foliis denticulatis, ſive Lonchitis altera Mathioli J. B. 3. 744. Lonchitis aſpera, major Matth. 922. Groß Miltzkraut / Spicantmännlein. Eſt Lonchitis fæmina Tabern. In monte Waſſerfall illam ſe vidiſſe meminit J. B. Creſcit etiam in Sundgoviæ locis montoſis, aſperis, an Bergwänden monente C. B. in monte Reichenſtein. Folia ejus ſunt filicis foliis æmula, hiſpida, per limbum inæqualiter ſibi oppoſita, anguſta, pinnulis ad baſin auritis, fructus ut Filicis, Flores muſcoſi, absque cauliculis foliorum dorſo affixi, ſemina plura, minutiſſima, in pericarpio ſeu veſiculis, per maturitatem in binas partes dehiſcentibus, averſæ foliorum parti adnata. Pediculi pedales, primi in ambitu dentati, in brevem ſpinulam deſinunt, Miltzkraut mit haarichten zackichten Blättern.

*Lonchitis aculeata, major Inſt. R. Herb.* Filix aculeata, major C. B. Pin. 358. Filix mas, aculeata, major, Prodr. 151. *Lancette*, Lonchitidi affinis J. B. 3. 739. Hanc quoque in monte Waſſerfall vidit. C. B. Nos carere bona Icone Clariſſ. Tournefort indicat in Hiſt. Plant. Paris. p. 488. Deſcriptionem J. B. præferendum eſſe illi C. B. idem docet. Pediculi pedales, folioſi, primi dentati, in ſpinulam deſinunt.

*Lonchitis aculeata, minor C. B. Pin.* 358. *Prodr.* 151. Hanc eodem in loco legit C. B. Eſt Filix mas, non ramoſa, pinnulis latis, auriculatis, ſpinoſis Ger. emac. 1130. ſine fig. Raji Hiſt. 1. 143. ubi deſcriptio. Figura in Barrelier Icon. Plant. p. 1121. Pinnulis eſt brevibus, integris, non dentatis, in ſpinulam acutam deſinentibus.

*Lotus ſive Melilotus pentaphyllos, minor, glabra C. B. Pin.* 332. Lotus corniculata, glabra, minor J. B. 2. 356. Trifolium corniculatum

I. Dod.

I. Dod. Pempt. 573. *Lotier*, fünffblättiger glatter Lotus. Perenn. flor. Jun. Jul. auf den Wieſen der Gansau / und in der Ruprechtsau. Flos papilionaceus, fructus ſiliqua multilocularis, ſemina ſubrotunda, folia terna ad exortum pediculi duabus alis ceu foliolis ſtipata, ſingula ſemina inter ſe ſepimento diſtincta.

*Lotus pentaphyllos, flore majore, luteo, ſplendente* C. B. *Pin.* 332. Loti corniculatæ major ſpecies J. B. 2. 355. Trifolium corniculatum tertium Dod. Pempt. 574. *Lotier*, Vogelwicken. Perenn. flor. Jul. vor dem Steinſtraſſerthor an dem Waſſer; auf dem Schieſrein an den Gärten und Gräben; bey der erſten Bleich in der Ruprechtsau.

*Lotus corniculata, hirſuta, minor J. B.* 2. 356. In ſandichten Orten und ſteinichten Gruben bey der Rheinbruck. Kleine rauhe Vogelwicken. Flor. Majo, Jun.

*Lotus pratenſis, ſiliquoſus, luteus, major & durior* C. B. *Pin.* 332. Lotus pratenſis, ſiliquoſus Cluſ. Hiſt. CCXLIIII. Schottenklee. Perenn. flor. Majo, Jun. in der Ruprechtsau gegen der Schiffmatt copioſe. Eſt Lotus tetragonolobos Rivini.

*Lunaria major, ſiliqua longiore J. B.* 2. 882. Viola Lunaria major, ſiliqua oblonga C. B. Pin. 203. Viola Lunaris II. Tabern. Icon. 314. Mondveyel / Silberblätter. Eſt Bulbonac Flor. Jen. Perenn. Flor. Majo eine Stund von Markirch in dem Gebürg unter den Hirſchzungen. Flos cruciformis, fructus planus, bilocularis, ſemina reniformia, quaſi marginata.

*Lunaria major, ſiliqua rotundiore J. B.* 2. 881. Viola Lunaria major, ſiliqua rotunda C. B. Pin. 203. Viola latifolia Dod. Pempt. 161. Viola Lunaris I. Tabern. Icon. 313. Silberblatt. Non eſt perennis, biennio tamen durat, poſtea perit. Flor. Majo Jun. eine Stund hinter Teutſch Rumbach in einem Thal; hinter Haßlach in dem Riedecker Thal. In Alſatiæ montibus provenire illam Tabern. quoque annotat. Icon utriusque in H. Eyſt.

* *Lupulus mas C. B. Pin.* 298. *J. B.* 2. 151. Lupulus Dod. Pempt. 409. Cam. Epit. 933. *Houblon mâle.* Hopffen mit Blumen. Perenn. Flores fert herbaceos, racemoſos, apetalos, ſtamineos, pollinem luteum ſpargentes, à fructu tota planta remotos, calyx quinque partitus, caules volubiles. Floret Jul. Aug. nullo ſubſequente fructu an der Landſtraſſen gegen Eckboltzheim. Pollen iſte vim fœcundantem habet, ſimiliter ac in cannabi mare, Femel dicto, aliisque contingit, quam agricolæ ideo non prius evellunt, antequam floruerit, & in Palma dactylifera, ejusque duplici ſexu in India Orientali obſervatur, ubi Palmæ fæmineæ mediante tali pulvere genitali Palmæ maris vel halitu ejus, quaſi conjugali coitu imprægnantur per ventum, aut per immiſionem floris palmæ maris in ſpadam palmæ femineæ cultro prius apertam,

 quo

quo ſine fructuum rudimenta indeclinabili abortu decidant, nec ad maturitatem perveniunt teſte Kempffero in Amœnitatibus Exoticis p. 706. Dactyli etiam tales ſunt ſine nucleo, ſine germine, adeoque ſine facultate germinandi & ſeſe propagandi, docente eodem.

* *Lupulus fœmina C. B. Pin.* 298. *J. B.* 2. 151. *Cam. Epit.* 934. *Houblon femelle*, **wilder Hopffen.** Flores nulli præcedunt, ſed embryones, fructus ſquamoſi foliacei in alia planta hærent, in ſarmentis fruticum Auguſto & Septembri, ſub illorum foliolis ſingulis ſingula ſemina recondita, fere rotunda, calyptra obvoluta. Radix repentiſſima. Frequens hæc planta **an den Hecken in der Ruprechtsau; an den Zäunen gegen dem alten Lazareth.** Cereviſiæ immiſta hæc ſemina cum ſuis capſulis foliaceis ei vim inebriantem communicant, eamque diutius ab acore conſervant. Pugilli duo infunduntur fructuum ſquamoſorum in ſero-lactis, vino albo, vel in brodio, in ſcorbuto, malo hypochondriaco, obſtructionibus & cutis vitiis utiles, & ſanguinem purificant. Folia amara ſunt atque detergunt vias urinarias.

*Luteola herba Salicis folio C. B. Pin.* 100. Lutea Plinii quibuſdam J. B. 3. 465. Lutum Herba Dod. Pempt. 80. *Gaude*, *Herbe à jaunir*, **Streich-kraut.** Flor. Jun. Jul. **in dem Oſtwinckel; auf dem** Glacis **vor dem Fiſcher-thor; in der Ruprechtsau.** Flos polypetalos, anomalos, fructus globoſus, concavus, tricuſpis, ſemina ſubrotunda, ſplendentia, capſula rotunda tecta, folia oblonga, integra. Cum alumine cocta hæc herba, colore luteo tingit pannos & ſericum, colore cœruleo tincta jam viridi colore imbuit.

*Lychnis annua, minima, flore carneo, lineis purpureis diſtincto Inſt. R. H.* Betonicæ ſive Tunicæ minimæ ſimilis planta J. B. 3. 338. Flor. Jun. ad Aug. ad Septembr. **in dem Oſtwinckel auf den Ackern; gegen der Hohenwart; in der Ruprechtsau;** in agris montis **Roßberg** prope **Maß-münſter** reperit illa J. B.

*Lychnis minor, ſaxifraga Pluck. Almag. Botan.* Caryophyllus ſaxifragus C. B. Pin. 211. Saxifraga antiquorum quibuſdam J. B. 3. 338. Saxifraga magna Mathioli & Italorum Lob. Icon. 428. *Saxifrage ordinaire, ou Caſſepierre*, **klein Grießkraut.** Flor. Aug. Illa quam obſervavimus planta menſe Septembri, loco ſaxoſo, ſterili & arido, ubi Bruſca Ellam ſubintrat, tunc temporis ſicco, alias aquis præterfluentibus obruto, optime convenit cum Icone Lobelii ſtirp. adver. p. 183. quam nomine varietatis Anglicæ ſaxifragiæ indigitat & dicit communem in Italia, Gallo Provincia, Anglia. Interea parum vel nihil differt ab Alchimilla ſupina Gramineo folio, minore flore Inſt. R. Herb. quæ non adeo infrequens in his oris eſt. Magnam varietatem in illa obſervavit C. B. Saxifragæ vocem eſſe multivocam Lobelius annotat.

Illa

Illa, quam Tabernæmont. exhibet nomine ſaxifragæ Anglicæ, plane non quadrat, in ſynonymis mira confuſio.

*Lychnis montana, viſcoſa, alba, latifolia C. B. Pin.* 205. Polemonium petræum Gesneri J. B. 3. 351. Lychnis ſylveſtris IX. Cluſ. Hiſt. 291. Lychnis ſylveſtris Tabern. Icon. 293. Wild Frauenröslein / hoher Steinbrech. Perenn. flor. Majo, Junio in den Holwegen von Heiligenſtein gegen St. Otilien; an rauhen ſteinichten Wänden / kleinen Berglein zwiſchen Moteren und dem Bienwald copioſe. In Muteto C. B. Eſt Lychnis ſylveſtris flore albo Eyſt. Florum petala ſuperne alba, ſubtus vireſcentia interdiu ſe contrahunt.

*Lychnis pratenſis, flore laciniato, ſimplici Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 537. Flos cuculi, Odontidis quibusdam J. B. 3. 347. Caryophyllus pratenſis flore laciniato ſimplici, ſive flos Cuculi C. B. Pin. 210. Armerius ſylveſtris Dod. Pempt. 177. Rothe Gauchblumen / Kukucksblumen / Kukucksnägelein. Perenn. flor. Majo ad Jul. auf den Matten bey Eckboltzheim & paſſim in pratis.

*Lychnis pratenſis, flore laciniato, ſimplici albo Inſt. R. Herb.* Caryophyllus pratenſis, flore laciniato, ſimplici, ſive flos Cuculi, flore albo C. B. Pin. 210. Weiſſe Gauchblumen. Perenn. flor. Majo, Jun. auf denen Wieſen bey der Ganſau; auf dem Glacis vor dem Metzgerthor.

*Lychnis ſegetum major C. B. Pin.* 204. Pſeudomelanthium J. B. 3. 314. Nigellaſtrum Dod. Pempt. 173. *Nielle*, Rade / Ratte / Radenblumen / Radenkorn / Kornnägelein. Icon in H. Eyſtet. flor. Junio in denen gebauten Feldern bey Illkirch / Oſwald / Hanßbergheim / unter der Frucht faſt aller Orten. Calycis ſegmenta prælonga ultra petala longe excurrunt. Aves hæc ſemina nigra cum frumento, hordeo permixta, Rade unter Frucht / non attingunt, nec in cibum aſſumunt. Lychnidis flos eſt caryophyllæus, pentapetalus, calyx tubulatus, fructus plerumque conicus, apice dehiſcens, calyce involutus, petala plerumque cordiformia, ubi conjunguntur duo aut tria foliola corollam effigiant, ſemina variæ in variis ſpeciebus figuræ.

*Lychnis ſegetum rubra, foliis perfoliatæ C. B. Pin* 204. Vaccaria Dod. Pempt. 104. J. B. 3. 357. Kühkraut Flor. Jun. Jul. auf denen Ackern bey Oßwald / modo major, modo minor, modo latioribus foliis, modo anguſtioribus, colore floris magis intenſo, vel remiſſo, perianthium eſt valde anguloſum, vires urinam provocandi ei adſcribuntur.

*Lychnis ſegetum foliis perfoliatæ, flore pallido C. B. Pin.* 204. Ibidem. Und auf Ackern gegen Niederhaußbergheim.

*Lychnis ſylveſtris, quæ Behen album vulgo C. B. Pin.* 205. Been album ſive Polemonium Dod Pempt. 172. Perenn. flor. Jul. Aug. auf denen Matten in dem Oſtwinckel / und bey dem Canal. Vulgo Papaver ſpumeum

meum audit, quia ſæpius inter foliorum & geniculorum ſinus, ſpumea albicans aſpergo hæret, in quo animalculum latitat Rajus C. C. 112.

*Lychnis ſylveſtris, quæ Behen album vulgo, foliis anguſtioribus C. B. Pin.* 205. Perenn. flor. Jun. Jul. auf Wieſen bey dem Maurhof.

* *Lychnis ſylveſtris, quæ Saponaria vulgo Inſt. R. H.* Saponaria major, lævis C. B. Pin. 206. Saponaria vulgaris J. B. 3. 346. Saponaria Dod. Pempt. 179. *Savoniere, Lampette*, Seiffenkraut / Speichelwurtz. Eſt Saponaria H. Eyſt. ubi Icon elegans. Perenn. flor. Jun. Jul. an der Breuſch bey der grünen Wart; an denen Hecken gegen Oßwald bey dem Waſſer. Maculæ unctuoſæ veſtium tolluntur, ſi cum radice Saponariæ laventur, loco ſaponis. Radix vim ſternutatoriam habet. Saporem habet acrem, viſcoſum abſtergentem notabilem; operatur fere ad modum quo ſalina fixa calcinata operantur, abluendis manuum ſordibus inſervit. Herba in Scabie laudatur.

⊙ *Lychnis ſylveſtris, quæ Saponaria vulgo, apicibus violaceo purpureis & majoribus.* Perenn. flor. Jun. Jul. Aug. hinter Barr/ gegen Hoch-Andlau/ und bey dem Dorff Hönen copioſe. Caules glabri ſunt, folia obſcurius viridia, flores fortius & ſuaviter odorati, petala cum ſtaminibus rubentia, breviora, & in extremitate latiora quam in vulgari, crenata, apices magni, violaceo purpurei, nigricante pulvere petala defœdantes, qui alias ordinarie albidi ſunt, calyces breviores, glabri, & hinc inde rubore ſuffuſi.

⊙ *Lychnis ſylveſtris, quæ Saponaria vulgo, flore albo Bot. Paris.* Oberhalb Blobsheim auf der Krafft an dem Waſſer.

*Lychnis papaver ſpumeum, anguſtifolia, glabra, flore purpureo Mor. H. R. Bleſ.* Perenn. flor. Jun. Jul. auf dem Glacis vor dem Spitalthor gegen der Jll. Caules in parte inferiori intenſe rubri ſunt.

*Lychnis ſeu Saponaria flore pleno Inſt. R. Herb.* Saponaria flore pleno Corn. 209. Zu Gravenſtaden bey einem Haag / propagatur adnata prole.

*Lychnis ſylveſtris, anguſtifolia, caliculis turgidis, ſtriatis C. B. Pin.* 205. Muſcipulæ majori calyce ventricoſo ſimilis J. B. 3. 350. Lychnis ſylveſtris altera, incana, caliculis ſtriatis Lob. Icon. 338. Waldlychnis mit pauſenden und geſtrifften Kelchen. Flor. Jun. Jul. auf dem Glacis vor dem Spitalthor; in dem Gansauer Wald. In locis humidis folia latiora & magis viridia acquirit.

⊙ *Lychnis ſylveſtris, anguſtifolia, caliculis turgidis, ſtriatis, folio variegato.* Flor. Jul. auf dürren ſandichten Boden bey Sundthof / rarius occurrit.

*Lychnis ſylveſtris, alba, ſimplex C. B. Pin.* 204. Ocimoides album multis J. B. 3. 342. Ocimaſtrum, ſive Ocimoides Tabern. Icon. 299. Weiſſer Widerſtoß. Perenn. flor. Jun. ad Aug. an den Hecken vor dem

Jllkircher

Illkircher Wald; an den Gärten in der Ruprechtsau; an der Landſtraſſen vor dem Spithalthor. In Hortos translata, vel alias in pinguiori ſolo plantata, petalis florum multiplicatis flores plenos facile præbet. Folia lata, petala bifida. Ea quæ pleno flore multiplicatur per avulſionem juniorum adnatorum germinum, quæ ſeorſim in alia transplantantur vaſa, uti & ſequens flore pleno.

*Lychnis ſylveſtris ſive aquatica, purpurea, ſimplex* C. B. *Pin.* 204. Ocimoides purpureum multis J. B. 3. 343. Ocimaſtrum rubrum Tabern. Icon. 299. Rother Widerſtoß. Perenn. flor. Jun. Jul. in dem Gebürg und Waldung hinter Barr gegen Hochfeld / an Bächlein und feuchten Orten; in dem Bienwald copioſe in aquoſis. Eſt mas vel fæmina Botan. Paris. Caulibus infirmioribus, foliis mollioribus & flaccidioribus, floribus rubellis à præcedente differt.

*Lychnis ſylveſtris, viſcoſa, rubra, anguſtifolia* C. B. *Pin.* 205. Lychnis ſylveſtris IIII. Cluſ. Hiſt. 289. Odontidi ſive flori cuculi affinis, Lychnis ſylveſtris I. Cluſ. Pan. 4. Hiſt. J. B. 3. 348. Pechnelcken/ Kleblychnis/ wilde Purpur-rothe Marienrößlein. Ibidem in magna copia zwiſchen Motern und Bienwald. Eſt viſcaria Rivini. In der Hart bey Othmarsheim illam obſervavit Tabern.

*Lychnis ſylveſtris, viſcoſa, anguſtifolia, alba H. Edinburg.* Flor. Majo auf den Bergwieſen in dem Urbisthal an den Hecken.

*Lychnis ſaxatilis, Alpina, glabra, pumila Inſt. R. Herb.* Alſine Alpina, glabra, C. B. Pin. 257. Auricula muris Alpina, glabra, ſive Lychnis glabra, minima, aut Caryophyllæi minima ſpecies, flore albo J. B. 3. 360. Hanc in monte Roſsberg prope Masmünſter in rupibus ad meridiem ſitis invenit Junio florentem J. B.

* *Lycoperdon vulgare Inſt. R. Herb.* Fungus rotundus, orbicularis C. B. Pin. 374. Fungus orbicularis Dod. Deſcript. Pempt. 484. Fungus pulverulentus, dictus Crepitus Lupi J. B. 3. 848. *Veſſe de Loup*, Boviſt. Viget Sept. & Octob. auf den Wieſen bey Oßwald / nahe bey dem Wald; in dem Ganſauer Wald. Deſcript. quoque in Bot. Paris. Clariſſ. Dillenius duplicem imo triplicem obſervavit hunc fungum, quorum alter in ſuperficie lævis eſt, & in pratis atque ſylvis Julio comparet, & ad Septembrim pulverem emittit, alius ſuperficie granulata cum aliquali pediculo, qui Septembri oritur, in tertia ſpecie plures juxta ſe oriuntur. Pulvis in hoc fungo contentus, nil aliud eſt quam ſemina tenuiſſima vix conſpicua docente Michelio Nov. Pl. Gen. 217. ubi occurata deſcript. & Tab. 9. fig. & ſeq. Aliud Lycoperdon pediculo vel altiori baſi donatur, aliud absque pediculo vel nulla baſi donatur ibid. Pulvis ille, ubi maturuit inſtar fumi in auras abit per foramen in ſummo hians. Ad hæmorrhagias compeſcendas uſurpatur.

*Lycoperdon minus & multiplex, ovatum Inſt. R. Herb.* Viget Septembr. Octobr. auf der Nachtweyd bey Oßwald. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 346.

*Lycoperdon minus & multiplex, ſphæricum Inſt. R. Herb.* Septembr. auf der Lingelsheimer Nachtweyd / ad arborum radices.

*Lycoperdon veſicarium, ſtellatum Inſt. R. Herb. Tab.* 331. *Fig. G. H.* Bocc. Muſ. Part. I. Tab. 305. fig. 4. repertum auf dem Gebürg und Waldung hinter Barr à Dno. Bürckel. In nimiis hæmorrhagiis narium fiunt turundæ ex Crepitu Lupi, naribus intrudendæ, quæ felicius adhuc operantur, ubi ſpiritu vini rectificatiſſimo prius imprægnatæ fuerint.

*Lycopus paluſtris, glaber Inſt. R. Herb.* Marrubium paluſtre, glabrum C. B. Pin. 230. Marrubium aquaticum quorundam J. B. 3. 318. Marrubium aquatile Dod. Pempt. 595. Waſſer-Andorn. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. an Gräben gegen der Tabackmühl bey dem Schießrein; locis paluſtribus bey den neuen Fortificationen vor dem Fiſchertbor. Flos monopetalos, fere campaniformis, quadrifidus, ſegmentis ſubrotundis, calyx brevis, in ſex ſegmenta diviſus acuta, verticilli denſiores, longius diſtantes, ſemina ſubrotunda.

*Lycopus paluſtris, foliis in profundas lacinias inciſis Inſt. R. Herb.* Marrubium aquaticum, ſeu aquatile, foliis tenuius diſſectis Mor. H. R. Bles. In einem Graben bey Oßwald / bey der letzten Brücke.

*Lycopus paluſtris, villoſus Inſt. R. Herb.* Marrubium paluſtre, hirſutum C. B. Pin. 230. Perenn. flor. Jul. Aug. in der Ruprechtsau bey der erſten Bleich; auf dem Baßberg bey Buchsweiler; in Gräblein bey der Walckmühl nahe an der Brück.

* *Lyſimachia humifuſa, folio rotundiore, flore luteo Inſt. R. Herb.* Nummularia major, lutea C. B. Pin. 309. Nummularia ſive Centimorbia J. B. 3. 370. Nummularia Dod. Pempt. 600. *Nummulaire*, Pfenning-kraut / Egelkraut / Perenn. flor. Jun. in ſchattichten feuchten Orten in der Ruprechtsau; auf feuchten Wieſen bey Oßwald; bey Eckboltzheim. Vim habet adſtringentem & inter vulneraria nummeratur.

*Lyſimachia humifuſa, folio ſubrotundo, acuminato, flore luteo Inſt. R. H.* Anagallis lutea nemorum C. B. Pin. 252. Anagallis lutea Nummulariæ ſimilis J. B. 3. 370. Anagallis lutea Lob. Icon. 466. *Mouron à fleur jaune*, gelber Gauchheil / Waldpfenningkraut Perenn. flor. Jun. ad Aug. auf dem Gebürg und Waldung hinter Barr / an feuchten ſchattichten Orten.

*Lyſimachia lutea, major, quæ Dioſcoridis C. B. Pin.* 245. Lyſimachia lutea J. B. 2. 901. Lyſimachium luteum Dod. Pempt. 84. *Corneille, Perce boſſe, Lyſimachie*, gelber groſſer Weyderich. Perenn. flor. Jul. an dem Waſſer auf dem Schießrein; in dem Oſtwinckel in den Hecken. Flos monopetalos, rotatus, & multifidus, ſparſus in ſummis ramis, fructus

teſta fere globoſa, apice dehiſcens, ſemina plura, anguloſa, folia oblonga, bina, terna, quaterna, ad ſingulos nodos caulium.

*Lyſimachia lutea, major, quæ Dioſcoridis, foliis ternis C. B. Pin.* 245. Perenn. flor. Jul. bey der erſten Bleich der Ruprechtsau an dem Waſſer; an Gräben paſſim, gelber Welderich mit 3. neben einander ſtehenden Blättern. *Lyſimachie.* Eſt Lyſimachia lutea Eyſtet.

*Lyſimachia lutea, major, quæ Dioſcoridis, foliis quaternis C. B. Pin.* 245. Perenn. flor. Jun. Jul. neben den Gräben der Landſtraß gegen der Carthauß; bey der Mühl gegen dem Waſſerzoll.

*Lyſimachia trifolia, lutea, ſpicata C. B. Pin.* 245. Lyſimachia lutea Κανδος altera Col. Part. 1. 257. Rariorem hanc plantam in monte St. Otiliæ Julio florentem, obſervavit Vir Ampliſſimus & Experientiſſimus Dnus. Doctor Maugue, Medicus Provincialis Alſatiæ, Patronus meus gratioſus. Caulis anguloſus, ſtriatus, folia terna, minora, quam in vulgari, flores lutei, in quinque ſegmenta diviſi, in alis, foliorum ex longis pediculis in ſummo folioſum cacumen, denſe in acutum ſtipatum, calyx quinque lobatus. Nobis nondum obviam facta, nec viſa.

# M

* M*Alva vulgaris, flore majore, folio ſinuato J. B.* 2. 949. Malva ſylveſtris, folio ſinuato C. B. Pin. 314. Malva ſylveſtris, major Tabern. Icon. 768. *Mauve*, Roßpappeln / Papellen / groſſe wilde rothe geſtriffte Pappeln. Perenn. flor. Jun. Jul. bey der Spitalmühl an dem Waſſer; an den Hecken in der Ruprechtsau paſſim. Flos monopetalos, aliis polypetalos, campaniformis patens, pentapetaloides, ad unguem uſque fiſſus, fructus planus, orbiculatus, caſei ſpeciem formans, ſuis in orbem accretis capſulis, ſemina reniformia, ordinata ſerie ſibi invicem impoſita. Folia minus ſecta quam Aloeæ, minus villoſa & incana quam Altheæ folia, quibus notis ſpecificis differunt, in eſſentialibus conveniunt. Malva eſt emolliens, fibras partium tenſas relaxat, & acrimoniam temperat.

*Malva vulgaris, flore minore, folio rotundo J. B.* 2. 949. Malva ſylveſtris, folio rotundo C. B. Pin. 314. Malva ſylveſtris, minor Tabern. Icon. 769. *Petite Mauve*, gemeine Pappeln / Gänßpappeln / Haſenpappeln. Perenn. flor. Jun. an denen Wegen und Gärten gegen der Aubrück; an der Landſtraſſen vor dem Spitalthor. Interdum apices purpurei obſervati fuerunt, qui alias albi ſunt.

*Malva ſylveſtris, rotundo, variegato folio H. R. Par.* Perenn. flor. Jun. bey den Ställen vor dem Metzgerthor. Varietas prioris.

*Malus ſylveſtris, fructu valde acerbo*, *Inſt. R. Herb.* Poma auſtera Car. Steph. Ruſt. 146. *Pomme d'Etranguillon*, *Pommes de Bois*, **wilder Apf-felbaum.** Flor. April. Majo, **in dem Illkircher und Gansauer Wald.** Flos roſaceus, pentapetalos, fructus pomum umbilicatum, quinque-loculare, carnoſum, ſemina calloſa, oblonga, facies propria.

*Malus acido fructu*, *ſylveſtris H. R. P.* Mala ſylveſtria rubra C. B. Pin. 433. Mala ſylveſtria rubentia Tabern. Icon. 1008. Poma Malacria Ruell. de Nat. ſtirp. p. 252. *Pomme de Malingre*, Flor. Majo **in dem Ruprechtsauer Wald.**

*Malus ſylveſtris, acido fructu albo Inſt. R. Herb.* Mala ſylveſtria, minora alba C. B. Pin 433. Malus ſylveſtris, minor Tabern. Icon. 1009. **Holtzäpffel / wilder Apffel.** Ex pomis his ſylveſtribus diſſectis, baccis Juniperi, Prunis ſylveſtribus, Berberis fructu, radice Helenii & Roremarino conficitur apud nos Lora, *Cidre*, **Leyr** / hyemali tempore cum ſuperfuſa aqua, doliolo ad calorem fornacis poſito, ut fermentatio eo felicius procedat, pauperes loco radicis Helenii addunt raphanum ruſticanum, fit exinde potus tempore æſtatis pergratus, non ſolum pauperibus uſitatus ſed & opulentioribus in æſtu caniculæ. Tandem etiam ex hiſce ingredientibus fit acetum, acerrimi ſaporis.

⊙ *Malus ſylveſtris, fructu dulci Dillenii Cat. Plant. Giſſ.* 54. & *Append. p.* 39. **Süſſer wilder Apffelbaum.** Creſcit copioſe fructu albo & rubro dulci **bey Heiligenberg gegen Haßlach und Niedeck** / in locis montoſis cultis & ad feliciorem frumenti proventum, non quidem aratro, ſed pala & ligone bene ſubacta terra inter arbores, unde, ut veritati conſentaneum videtur, dum terra etiam circa earum radices bene culta eſt hoc modo, poma guſtu magis ſapida fiunt, mitiora redduntur, atque aciditatem amittunt, ſicut circa pyra idem contingit ibidem.

* *Marrubium album, vulgare C. B. Pin.* 230. Marrubium album J. B. 3. 316. Marrubium ſive Praſium album Tabern Icon. 539. *Marrube blanc*, **weiſſer Andorn.** Perenn. flor. Jul. **auf dem Schießrein bey den Gärten / auf dem Weg gegen dem Rheinzoll** copioſe; **bey Oßwald unter Weydenbäumen.** Circa Colmariam & Enſishemium vidit J. B. Non extare figuram accuratam monet Tournef. Hiſt. Plant. Paris. Icon tamen elegans in Rivino, in H. Eyſt. quoque, ſed non æque bona. Flos monopetalus, labiatus, galea ſurrecta, bicorni, barba tripartita, ſemina nuda, quaterna, oblonga, flores in denſum verticillum congeſti, folia rugoſa. Odorem habet fortem, & penetrantem, ingratum, folia amara. Syrupus de Praſio in Aſthmate humido utilis, expectorationem promovet, cum oleo Tart. per deliquium miſtus, icterum curat Garidel. p. 300. unciæ duæ ſyrupi cum ſcrup. olei Tart. per deliquium miſcendæ, doſis cochlear unum ſæpius per intervalla ſumendum.

Mar-

*Marrubiaſtrum vulgare Inſt. R. Herb.* Sideritis Alſines Triſſaginis folio C. B. Pin. 233. Prodr. 111. ubi indicat hanc plantam reperiri circa Argentinam. Flor. Jun. auf den Ackern bey Illkirch unter der Gerſt. Eſt Stœchas arvenſis minima Rivini, qui nitidam ejus Iconem exhibet. Caules ſunt quadranguli, pedales, ſubhirſuti, in plures ramos diſperſi, in terram reclinati, folia rara, ſerrata, flores ſubcœrulei è calyculis prodeuntes, ſpinoſis appendiculis præditis, in denſos verticillos congeſti, galea floris fere integra, & plana, barba trifida, ſegmento medio integro, majore, ſemen parvum, ſubrotundum.

* *Matricaria vulgaris ſeu ſativa C. B. Pin.* 133. Matricaria, vulgo minus Parthenium J. B. 3. 129. Artemiſia tenuifolia Tabern. Icon. 8. *Matricaire*, Metram / Mutterkraut / Flor. Jun. auf denen Mauren zu Schiltigheim; an denen Zäunen der Ruprechtsau / ubi jam à longo tempore ſe ſponte ex deciduo ſemine multiplicando creſcit, ad ſeptem annos durat non obſtante frigore hyemis, & luxuriat, atque ita ex adoptiva indigena facta eſt, ſicut Virga aurea Virginiana Zanoni, Linaria hederaceo folio ſeu Cymbalaria, &c. Inſt. R. Herb. Matricaria habet odorem fortem, penetrantem, turget ſale volatili oleoſo, aromatico, menſes movet & lochia, atque paſſiones hyſtericas & motus ſpaſmodicos mitigat hinc ortos, decocta vermes pellit. Flos radiatus, in faſciculis vel umbellis radiis albis plerumque donatus, calyx ſquamoſus, hæmisphæricus, ſemina oblonga, folia multifariam ſecta, & quaſi per conjugationes.

*Matricaria Tanaceti folio, flore minore, ſemine umbilicato Inſt. R. Herb.* Tanacetum montanum, inodorum, minore flore C. B. Pin. 132. Tanacetum inodorum II. Cluſ. Hiſt. 338. Bergmutterkraut mit kleinen Blumen / Perenn. flor. Jul. auf dem Gebürge in dem Urbisthal / oder Orvé-Thal oberhalb Kayſersberg. In monte Muteto C. B. vidit.

*Matricaria Tanaceti folio, flore majore, ſemine umbilicato Inſt. Rei Herb.* Tanacetum montanum, inodorum, flore majore C. B. Pin. 132. Tanacetum inodorum I. Cluſ. Hiſt. 338. Wundrheinfarren / Bergmutterkraut mit groſſen Blumen. Perenn. Flor. Jun. Jul. Auguſto etiam adhuc florentem inveni auf dem Hochgebürge bey Rappolſtein / und oberhalb Duſenbach hinter Rapolswihr in den Gebüſchen.

*Medica ſylveſtris, floribus croceis J. B.* 2. 383. Trifolium ſylveſtre, luteum, ſiliqua cornutâ, vel Medica fruteſcens C. B. Pin. 330. Medica flavo flore Cluſ. Hiſt. CCXLIII. *Lucerne*, groſſe kriechende Linſen; wild Burgunder Heu mit gelben Blumen / Sichelklee. Perenn. flor. Jun. Jul. auf dem Glacis vor dem Weiſſenthurn; an der Landſtraſſen daſelbſt; auf dem Spitalwall. Eſt Falcata Rivini, ubi optima figura, quia ſiliqua falcis inſtar incurvata eſt. Sichelklee. Flos papilionaceus, fructus ſiliquoſus

quoſus, ſeu cochleæ æmulus, ſemen reniforme. Siliqua hîc non tam cochleæ æmula, quam falcata eſt, an Medicago potius?

*Medica echinata, minima J. B.* 2. 386. Trifolium echinatum, arvenſe, fructu minore C. B. Pin. 330. Tribulus minor, rectus, Dalechampii Lugd. 513. Flor. Majo, auf ſandichten ſteinichten Äckern in der Ruprechtsau; auf Bergwieſen hinter Otterott. Fructus ejus rotundus, Julio maturus & niger.

*Melampyrum purpuraſcente comâ C. B. Pin.* 234. Melampyrum multis, ſive Triticum Vaccinum J. B. 3. 439. Triticum Vaccinum Dod. Pempt. 541. Buchwaitzen / Kühwaitzen mit purpurfarbem Gipffel / Wachtelwaitzen. *Blé de Vache, Blé noir.* Deſcript. in Bot. Paris. Icon. in Rivino. Jun. Jul. in der Frucht auf den Äckern bey Oßwald.

⊙ *Melampyrum flore albo.* Flor. Jun. Jul. auf dem Paßberg bey Buchsweiler; zwiſchen Jnnenheim oder Jnlen und Niederehnheim oder Niederneh in dem Obern-Elſaß. Tabern ad radices arborum. Flos tam purpurei quam albi coloris eſt monopetalus, anomalus, perſonatus, bilabiatus, labium ſuperius galeatum, inferius integrum, fructus ſubrotundus, bilocularis, bifariam dehiſcens, ſemina oblonga, granorum tritici æmula, ſed minora, flores in pulchra coma collecti, cruciatim diſpoſiti, interdum maculæ luteæ in labio inferiori. Folia conjugata.

*Melampyrum luteum, latifolium C. B. Pin.* 234. Melampyrum ſylvaticum, flore luteo, ſive Satureia lutea, ſylveſtris J. B. 3. 441. Milium ſylvaticum I. Alſine ſylvatica & Milium ſylvaticum II. Tabern. Icon. 242. Breiter Waldhirſe / gelber Kühwaitzen. Icon in Rivino. Eſt Parietaria ſylveſtris H. Eyſt. Æſt. o. 12. 2. f. 2. fig. Flor. Jun. in denen Waldungen hinter Barr / an ſchattichten Orten; auf der Oßwalder Nachtweyd. Eſt modo magis modo minus latifolium aut anguſtifolium, folia conjugata, flores lutei vividi.

⊙ *Melampyrum luteum latifolium, rictu albo.* Flor. Jun. auf dem hohen Rappolswihrer Gebürg / ſemel tantum hæc varietas obvia nobis facta eſt.

⊙ *Melampyrum ſylvaticum Rivini.* Melampyrum cœrulea coma C. B. Pin. 234. Parietaria Lipſienſium Tragi. Melampyrum purpuro violaceum Schwenckf. Melampyro affinis Parietaria quorundam cœrulea J. B. 3. 441. Wald-Kühwaitzen mit blauen Blumen. Flor. Jun. ad Aug. in dem Oſtwinckel; auf dem Gebürg und Waldungen bey Zabern. Inter ſegetes non raro occurrit. Habet flores aureos violaceis, interdum albis comæ foliis interjectos.

* *Melilotus Officinarum Germaniæ C. B. Pin.* 331. Trifolium odoratum, ſive Melilotus vulgaris, flore luteo J. B. 2. 370. Melilotus Germanica Lob. Icon. 43. *Melilot*, gemeiner edler Steinklee. Deſcriptio in Bot. Paris. quoque, Icon in Rivino, Flor. Jun. Jul. bey der Carthaus; auf dem

Glacis

Glacis bey dem Cronenburg; an dem Canal; in der Ruprechtsau auf Feldern. Flores papilionacei in ſpicam collecti, capſula nuda, non recondita in calyce ut in trifolio, ſemen rotundum unicum. Odorem habet fragrantem, exinde Emplaſtrum de Meliloto, emolliens duros tumores; herba uſitata in clyſteribus, cataplaſm. balneis. Helvetii ſuis caſeis Schabzieger immiſcent.

* *Melilotus Officinarum Germaniæ, flore albo C. B. Pin.* 331. Melilotus major, candida Trag. 590. Melilotus flore candido Dod. Pempt. 567. Weiſſer Steinklee / Flor. Jul. an dem Canal bey Eckboltzheim; auf der kleinen Inſul zwiſchen beyden Rheinbrücken; oberhalb Gogenheim gegen Ebersheim copioſe, an der Landſtraſſen; bey den Schantzen vor dem Fiſcher-Thor. Melilotus eſt planta acris, amara, & odorifera, decocta in ptiſanam cum Camomilla utilis in Colica, retentione Urinæ & Rheumatiſmis Garidel Hiſt. Plant. Fiunt exinde fomentationes in Pleuritide, clyſteres carminativi, & cataplaſmata efficacia. Flores & ſummitates utriuſque ſpeciei baſin conſtituunt Emplaſtri de Meliloto Officinarum.

*Melilotus vulgaris, altiſſima, fruteſcens, flore luteo Inſt. R. Herb.* Groſſer Steinklee mit gelben Blumen. Flor. Jul. Aug. an dem Canal bey der Brücken gegen Eckboltzheim. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. Prior communis ſpecies in horto culta nunquam ad tantam altitudinem aſcendit, neque adeo lignoſos caules acquirit. Siliquæ rugoſæ unam vel duas lineas longæ, ſemen continent ſingulæ unicum ſubrotundum.

*Melilotus capſulis, reni ſimilibus, in capitulum congeſtis Inſt. Rei Herbar.* Trifolium pratenſe, luteum, capitulo breviore C. B. Pin. 328. Trifolium pratenſe, luteum, mas, flore minore, ſemine multo J. B. 3. 280. Trifolium arvenſe Tabern. Icon. 523. Gelber Wieſenklee / Feldklee. Perenn. flor. Majo, Jun. auf den Wieſen und Ackern gegen Oſwald / gegen Eckboltzheim / auf dem Schießrein. Eſt Melilotus minima Rivini. Melilotus lutea, minima, hirſuta, procumbens, ſpica breviori, denſiſſime diſpoſita, ſeminis pericarpio renali nigro Moris. Hiſt. T. 2. 162. Vulgo apud nos vocatur Trifolium Lupulinum minimum, quod in Alſatia nondum obſervatum.

* *Meliſſa humilis, latifolia, maximo flore purpuraſcente Inſt. R. Herb.* Meliſſa Tragi 12. Lamium montanum, Meliſſæ folio C. B. Pin. 231. Lamium Plinii. Meliſſa adulterina quorundam, amplis foliis, & floribus non grati odoris J. B. 3. Part. 2. 233. Meliſſa Fuchſii Lob. Icon. 515. Honigblumen. *Meliſſe de Montaigne*, Berg-Meliſſen / Grießkraut. Deſcript. in Bot. Paris. Figura nitida in Rivino. Eſt Meliſſophyllum verum Bot. Paris. Fuchſii 498. Flores magni, ſat grati odoris verno tempore, poſtea noti. Perenn. flor. Majo, Jun. auf dem Gebürg hinter Barr. In Muteto C. B. vidit. Flores monopetali, labiati, labium ſuperius ſurrectum, bifidum, inferius tripartitum, flores in alis foliorum, plerum-

que

que ſeni, in utroque latere terni, ſemina ſubrotunda, quaterna, caules non ramoſi. Aquam deſtillatam hujus Meliſſæ in ſuppreſſione urinæ hanc valide pellere, in Hiſt. Plant. Paris. annotatum, inprimis ſi externe oleum cum cepa coctum calide inungatur, aut rapa toſta imponatur. Folia ante florum eruptionem in umbra ſiccata, & in pulverem redacta, magnarum ſunt virium in affectibus renum, & in ſuppreſſione urinæ, ſi ſingulis diebus portio in aqua fervida, cum ſaccharo aut radice liquiritiæ edulcorata, infuſa bis vel ter hauriatur calide in modum Thée Japonenſium. Aqua deſtillata hujus Meliſſæ compoſita, in Hiſt. Plant. Paris. deſcripta, cum vino exhibita, valde efficax in ſuppreſſione urinæ, ſi ſingulis quatuor horis unciæ quatuor aſſumantur, adhibito ſimul clyſtere, & inuncto regioni pubis perinei, & renum oleo olivarum, cui Manipulus aſellorum, decem canthari des & ſcrupulus unus ſeminis Ammi per triduum infuſus, vel ſi leviter cocta hæc cum oleo fuerint.

⊙ *Meliſſa humilis, latifolia, maximo flore, intenſe rubro.* Eſt varietas elegans à nobis detecta ibidem in locis apricis, ſiccioribus, ſpecie non differt, ſed intenſius rubet.

*Meliſſa humilis, latifolia, maximo flore, albo Inſt. R. Herb.* Lamium Pannonicum I. albo flore Cluſ. Hiſt. 37. Perenn. flor. Majo, Junio, ibidem.

*Meliſſa humilis, anguſtifolia, maximo flore Inſt. R. Herb.* Lamii Pannonici I. ſpecies altera. Cluſ. Hiſt. XXXVII. Perenn. flor. Majo, Jun. **auf den Matten bey Andlau.**

* *Mentha aquatica ſeu Pulegium vulgare Inſt. R. Herb.* Pulegium latifolium C. B. Pin. 222. Pulegium J. B. 3. Part. 2. 256. Dod. Pempt. 282. *Pouliot*, **Poley.** Perenn. flor. Jul. **in der Ruprechtsau in tieffen ſumpfichten Orten; an der Breuſch; bey dem Canal.** Abundat ſale volatili oleoſo, aromatico; menſes & lochia movet, atque promovet. Sapore adhuc magis acri prædita eſt, & magis amaro quam Mentha ſylveſtris, odore penetranti. Fluxum mulierum album inhibere docet Garidel Hiſt. Plant. p. 315. Odorem recentis & fumum combuſtæ plantæ pulices fugare tradit idem ibidem.

⊙ *Mentha aquatica ſive Pulegium vulgare, repens, cauliculis longiſſimis, ruberrimis, floribus intenſe rubris.* Creſcit hoc Pulegium humifuſum, longis ramificationibus ruberrimis, longe lateque ſerpens, in loco inundationi Bruſcæ obnoxio, **wo die Breuſch in die Ill fällt.** Caules non erecti, ſed humo appreſſi ſunt, & ſabulo adhærent ruberrimi, Verticilli longius ab invicem diſtant, folia minora. Flores ſaturate rubri, an ob ardorem ſolis talis eſt, locum glareoſum cui adhæret planta, fortiter adurentem, & ipſam plantam quaſi torrentem, quæ antea laxioris compagis diutius ſub mole aquarum latitabat? Obſervavimus

quoque

quoque hanc varietatem in ſcrobe humidiori, non longe à loco nominato diſtante.

* *Mentha arvenſis, verticillata, hirſuta, J. B. 3. Part. 2. 217.* Calamintha arvenſis, verticillata C. B. Pin. 229. Calamintha arvenſis I. Tabern. Icon. 352. Gewürbelte Ackermüntz / Ackernept / Perenn. Flor. Jul. Aug. auf den Ackern bey Haußbergheim; bey dem Lazaret; auf der Lingelsheimer Nachtweyd copioſe, etiam major atque altior, modo flore rubro, modo flore albo. Icon in Rivino.

⊙ *Mentha arvenſis, verticillata, glabra.* Varietas prioris. Caules magis ſunt graciles, folia longiora, anguſtiora, & acutiora, prorſus glabra, & viridia magis, pediculis adhærent longioribus, flores copioſi, pallidiores, verticilli eorum longe ab invicem diſtant, Perenn. Flor. Septembri in dem Oſtwinckel an einem ſchattichten Ort / unter den Bäumen / an dem Waſſer / wo die Uberfahrt iſt. Eſt mentha verticillata, folio anguſtiore Rivini. Irr. M. Mentha paluſtris, verticillata Dillenii. Humidis tantum & umbroſis locis provenire ſolet, atque in agris ubi aquæ ſtagnaverunt.

*Mentha rotundifolia paluſtris, ſeu aquatica major, C. B. Pin. 227.* Mentha aquatica, ſive Syſimbrium J. B. 3. Part. 2. 233. Syſimbrium Dod. Pempt. 97. *Menthe rouge, aquatique*, Waſſermüntz / rothe Bachmüntz / Fiſchmüntz. Perenn. flor. Jul. Aug. vor dem Weiſſenthurn an dem Waſſer; in den Stadtgräben copioſe. Hujus varietas eſt, quæ folio magis oblongo & majori reperitur an den Waſſergräben bey dem Lazaret. In locis ſiccioribus folia admodum hirſuta & rubra ſunt, atque glabra fere. Flores interdum in verticillis minus denſis, & longius ab invicem diſtantibus, locantur, interdum in ſummitate flores tantum conglomerati & globoſi magis quam ſpicati ſunt; In officinis Pharmaceuticis vocatur Mentha rubra. Icon in Rivino. Eſt Mentha paluſtris ſpicata ejuſdem.

*Mentha ſylveſtris longiore folio C. B. Pin. 227.* Menthaſtrum ſpicatum, folio longiore, candicante J. B. 3. Part. 2. 221. Menthaſtrum Dod. Pempt. 96. *Menthe ſauvage*, Pferdtmüntz / Roßmüntz / wilde Müntz. Perenn. Flor. Aug. in der Ruprechtsau copioſe an den Waſſern; auf der Ganſau. Icon. in Rivino.

* *Mentha ſylveſtris rotundiore folio C. B. Pin. 227.* Menthaſtrum folio rugoſo, rotundiore, ſpontaneum, flore ſpicato, odore gravi J. B. 3. Part. 2. 219. *Menthe ſauvage, Baume ſauvage*, wilde Müntz oder Balſam. Deſcript. in Bot. Paris. Perenn. flor. Jul. Aug. Septembri auf dem Schießrein copioſe; bey Oßwald an der Landſtraß; vor dem Spittalthor. Flos monopetalus, labiatus, labium ſuperius fornicatum, inferius tripartitum, flores denſe verticillati, ſemina quaterna in capſula recondita. Folia rugoſa, graveolentia, flores albidi, interdum pur-

purei una cum apicibus. Eſt planta quæ gaudet copioſo ſale volatili oleoſo, aromatico. Duo cochlearia aquæ menthæ cum guttulis Aquæ Reginæ Hungariæ conatum vomendi illorum egregie ſiſtunt, qui cibos retineri nequeunt, inprimis ſi adhuc una vel altera vice aſſumantur mane & veſperi. In colicis doloribus & exinde ortis ſpaſmodicis contractionibus fibrarum inteſtinalium utilis eſt. Aquæ menthæ cochlear unum ſubinde exhibitum, ſoluta prius alvo, vomitum & dolorem ſiſtit, id quod etiam præſtat in morbo Iliaco. Oleum deſtillatum regioni ſtomachi illitum efficax in vomitu & affectibus ventriculi. Omnia tamen præparata pro uſu interno ex mentha criſpa præferenda illis quæ ex ſylveſtri mentha.

* *Menyanthes paluſtre, latifolium & triphyllum Inſt. R. Herb.* Trifolium paluſtre, majus, rotundiore folio C. B. Pin. 327. Trifolium majus Tabern. Icon. 520. Trifolium Fibrinum Officin. *Menianthe*, **Biberklee / Fieberklee / Sumpfklee / Dreyblatt / Scharbocksklee.** Deſcript. in Bot. Paris. Icon. in H. Eyſtet. Perenn. flor. Majo ad Jun. **bey Allenſiffen in Gräben** copioſe. **bey der Lingelsheimer Nachtweyd; vor Gravenſtaden auf der rechten Hand in einem Gräblein gegen Geiſpitzen; in Gräblein bey Blinſchweiler;** in paluſtribus Sundgoviæ vidit C. B. Flores monopetali, infundibuliformes & multifidi profundiſſime inciſi, ſegmentis eleganter per cirrhos albos intus fimbriati, in thyrſum congeſti, fructus oblongus, bivalvis, ſemen ſubrotundum. Folia tria in uno pediculo, radix amariſſima, ſucculenta, ſolo infuſo amaro ex trifolio fibrino & liquiritia in aqua fervida detento, diutius continuato pedes œdematoſi curantur, interpoſitis purgantibus. Infuſum quoque calidum trifolii fibrini vel eſſentia ejus viridis, cum fructu datur in obſtructionibus, malo hypochondriaco, ſcorbuto, ad guttulas XV. vel XX. ad XL.

*Menyanthes paluſtre, anguſtifolium & triphyllum Inſt. R. Herb.* Trifolium paluſtre minus, acutiore folio C. B. Pin. 327. Trifolium fibrinum Tabern. Icon. 521. **Schmahles Biberklee.** Peren. flor. Majo ad Jun. ibidem, **und auf Hochfeld bey Quellbächlein /** una cum præcedenti permiſtum.

*Mercurialis montana, ſpicata* C. B. *Pin.* 122. Cynocrambe fæmina, ſive Mercurialis repens J. B. 2. 979. **Wald- oder Bergbingelkraut Weiblein.** Deſcript. in Bot. Paris. Perennis. Floret Aprili, Majo, **zu oberſt auf dem Ungersberg in dem Wald / bey der** Chriſtophoriana; **in ſchattichten Waldungen gegen Hochfeld; gegen Niedeck;** in confiniis Sundgoviæ vidit C. B. Tota planta eſt viroſi odoris, venenata, narcotica.

*Mercurialis montana, teſticulata C. B. Pin.* 122. Cynocrambe mas, ſive Mercurialis repens J. B. 2. 979. Cynocrambe Mercurialis ſylveſtris Dod.

Dod. Pempt. 659. *Mercuriale ſauvage*, **Wald- oder Bergbingelkraut Männlein.** Deſcript. in Botanico Pariſienſi ubi flores utriusque Mercurialis montanæ vocantur nudi, monopetali, virides, in tres lobos diviſi æquales, in medio octo vel decem ſtamina, inter duas capſulas ſeminales exurgunt duæ tubæ inſtar cornu incurvatæ. Mercurialem floriferam & fructiferam ex uno eodemque ſemine oriri Ruppius affirmat in Flor. Jenens. Perenn. flor. April. Majo, **auf dem Hochgebürg und Waldung hinter Haßlach / gegen Niedeck** copioſe; **auf dem Paßberg bey Buchsweiler.** Plantæ hujus, in hortum translatæ radices mire ſerpunt & luxuriant. In monte Muteto utramque vidit C. B.

*Mercurialis ſpicata, ſive fæmina, Dioſcoridis & Plinii* C. B. *Pin.* 121. Mercurialis fæmina Dod. Pempt. 658. J. B. 2. 977. **Weiblich Bingelkraut.** *Mercuriale.* Eſt Mercurialis florifera Bot. Paris. Floret Majo & tota æſtate ibidem, & in Hortorum ſemitis.

* *Mercurialis teſticulata, ſive mas, Dioſcoridis & Plinii C. B. Pin.* 121. Mercurialis mas Dod. Pempt. 658. J. B. 2. 977. *Mercuriale*, **männlich Bingelkraut / Bingelkraut Männlein.** Eſt Mercurialis vulgaris, annua, fructifera Botan. Paris. Floret Majo & tota æſtate ad Septembrim **auf dem Schießrein an den Gärten.** Flores apetali, ſtaminei, mares, in ſpicam congeſti, ſteriles. In fæmina nulli flores, ſed embryones abeunt in fructum, ex duabus capſulis compoſitum, ſemen ſubrotundum. Foliorum recentium utriuſque mercurialis manipulus in brodio fervido infuſus, egregie alvum laxat. Pulvis foliorum ſiccatorum cum butyro in bolos formatus, idem præſtat, folia aliquot convoluta & ano intruſa, alvum ſolicitant. Succus majori doſi, ad unciam unam, cum melle purgat. Eſt uſus creberrimi mel mercuriale in clyſteribus, & planta ipſa in decoctis emollientibus pro iisdem. Succus verrucas pellit ſale ſuo nitroſo, ſæpius affrictus, Rajus.

*Meſpilus Apii folio, ſylveſtris, ſpinoſa, ſive Oxyacantha C. B. Pin.* 454. Oxyacantha vulgaris, ſive Spinus albus J. B. 1. 49. Oxyacanthus, ſive ſpina acuta Dod. Pempt. 751. *Epine blanche, Aubepin*, **Hagdorn / Weißdorn.** Deſcript. in Bot. Paris. Flor. Majo **in dem Ruprechtsauer Wald gegen dem Rhein; in dem Eckboltzheimer Wald; in den Hägen und Zäunen um die Gärten /** in dumetis paſſim. Fructus acerbus, adſtringens in planta nondum matura, ubi ad plenam maturitatem pervenit, dulcis & viſcoſus Garidel.

*Meſpilus Apii folio, ſylveſtris, triphylla, ſterilis, robuſtioribus ſpinis H. Cathol.* **in dem Eckboltzheimer Wald gegen dem Canal über.**

*Meſpilus folio rotundiori, fructu nigro, ſubdulci Inſt. R. Herb.* Alni effigie crenato folio, minor C. B. Pin. 452. Vitis Idæa III. Cluſ. Hiſt. 62. *Amelanchier*, **Fliegenbeer / Flübierlein.** Flor. Majo **in dem Barrer Waldweg / eine Stund von Hochfeld im Aufſteigen /** ubi illum obſerva-


vit

vit inter Sorbum Aucupariam, Acerem majorem, candidum, & Acerem Platanoidem; atque inter chartas ejus ramulum exſiccavit Dnus. Bürckel, Med. Studioſus, atque rei Herbariæ admodum peritus. In confiniis Sundgoviæ hunc Meſpilum vidit C. B. in Landscron. Eſt planta minus frequens in his terris, magis in calidioribus Regionibus, ut in Gallo Provincia. Fructus eſt edulis, ſuavis ſaporis, & quaſi in quinque loculamenta diviſus, in ſingulis hæret ſemen nigrum, modice planum, inſtar granorum Pyri. Bot. Paris. Folia prima lanugine obſita ſunt, cum adoleſcunt, lanugo evaneſcit, & folia magis crenata apparent. Figura bona apud Tabernæmont. ſed falſa ſunt ſynonyma, quæ ibidem allegat.

*Meſpilus folio ſubrotundo, fructu rubro Inſt. R. Herb.* Cotonaſter Gesneri, J. B. I. 73. Eſt Chamæmeſpilus Alpina Munting. Beſchrübing der Aardgewaſſen Fig. 54. p. 217. Deſcript. p. 218. Icon. elegans ibid. Meſpilus humilis ejuſdem, Berg-Miſpelbaum / Noſtratibus Zwerg-Meſplen / Wildkütten / in Bernenſium agro vocatur Melpi, eſt Meſpilus humilis, montana, Meſpilus humilis, folio mali Cydoniæ, rotundo, non ſerrato Herm. H. L. B. Meſpilus pumila fol. Cydon. Hoffmanni Flor. Altorf. Vitis Idæa arboreſcens Mali, Cotoniæ vel Styracis folio Breyn. Prodr. Chamæmeſpilus Cordi C. B. Pin. 432. Perenn. Flor. ineunte Vere Aprili, Baccæ matureſcunt initio Julii ad Auguſtum in excelſis montium jugis, weit hinter dem St. Ottilien Gebürg / wo annoch drey oder vier Altär geſehen werden in der Höhe / aus drey rohen ungehauenen Steinen erbauet / zwey ſtehen aufrecht / der dritte breit und platt / liegt oben darauf. Vor Zeiten haben die alten Heyden darauf geopffert. In omnibus Alpibus frequentem hunc fruticem dicit J. B. qui illum etiam in Aquicida monte, vulgo Waſſerfall; auf dem Elſaßiſchen Furtengebürge vidit Auguſto cum fructu maturo. Flores roſacei, fructus meſpilaceus, ſeu baccæ umbilicatæ, in plures partes diſſectæ in umbilico, hærent duæ vel tres in extremis ramulis, rubentes, cum obducta lanugine incana, intus tribus oſſiculis inſtructæ, paulo majores quam in Oxyacantha, & rotundiores. Folia in averſa parte incana, craſſiuſcula, lubrica, & non ſerrata, ex rotunditate acuminata.

* *Meſpilus Germanica, folio Laurino, non ſerrato, ſive Meſpilus ſylveſtris C. B. Pin.* 453. Meſpilus vulgaris J. B. I. 69. Meſpilus Dod. Pempt. 801. *Neſlier*, Meſplen / Miſpeln / Neſpelbaum. Flor. Majo auf dem Hochgebürg Bölchen in dem Obern Elſaß; bey Blinſchweiler in den Reben auf den hervorragenden Felſen und Klippen. Sunt quoque pumilæ ibi wie Spalierbäume cum ſpinis. Major domeſtica, quæ copioſe provenit bey dem Cloſter Schwartzach / ſola cultura & inſitione differt. Sylveſtris ſpinoſa eſt, & fructum minorem perficit Septembri & tardius Novembri adhuc, quo tempore demum magis ſapidus idem fit. Ex

Allatia

Alſatia majores importari ſolere Baſileam Novembri J. B. annotat. Flos roſaceus, pentapetalus, calyx foliatus, quinquefidus, ſtellatus, fructus fere globoſus, coronatus, carnoſus, mollis, unicapſularis, oſſicula quinque aut tria condens, nucleo facta oblongo. Flores ſinguli tantum in extremitate ramulorum juniorum unius anni proveniunt. Fructus præprimis immaturi ob vim adſtringentem in diarrhoeis laudantur. Nuclei diureticam vim poſſident, & ad ſabulum ex renibus expellendum deprædicantur.

⊙ *Meſpilus ſylveſtris, foliis trifidis, ſplendentibus Bot. Paris.* Oxyacantha Paſſæi Part. alt. N. 16. Deſcript. in Bot. Paris. Flor. Majo **in der Ruprechtsau unter andern Hägen.** Flos pentapetalus, numeroſis ſtaminibus albis & apicibus purpureis inſtructus, fructus parum majores, citius floret & fœtidi ſunt flores.

* *Meum foliis Anethi C. B. Pin.* 148. Meum vulgare, ſive Radix Urſina J. B. 3. Part. 2. 11. Meum Dod. Pempt. 305. **Bärwurtz / Bärenfenchel.** Perenn. flor. Jun. **auf der oberſten Fläche und Bergwieſe des Hochgebürgs Hochfeld; und bey Oberhütt in dem Urbisthal** copioſe. Eſt Meum Athamanthicum M. U. 4. Meum vulgare tenuifolium Cluſ. Hiſt. CXCVIII. Fœniculum Alpinum, perenne, capillaceo folio, odore medicato Tournef. pag. 312. edit. ult. Eſt Meum Rivini. Semen quibuſdam Aromatariis & Materialiſtis noſtratibus vocatur ſed falſo, **Römiſcher Mackümmig** / cum pane coctum in clibano ſurditatem curat, à ſero ſpiſſiori in cavernulis aurium commorante, ſi admoveatur ſæpius talis panis recens è furno extractus, diſſectus, bene calidus, linteo involutus, auribus. Vidit quoque hanc plantam J. B. in monte Roſsberg & prope **Maßmünſter.** Radix odorem habet fortem & aromaticum, turget ſale volatili oleoſo, eſt emmenagaga, diuretica, flatus diſcutiens, efficax in colica, paſſione hyſterica, ingreditur Theriacam. Nimio uſu dolorem capitis facere Garidel. H. Plant. annotat. Flos roſaceus & umbellatus, fructus gemellus, oblongus, ſemina longa hinc gibba & ſtriata, inde vero plana, folia capillacea, omnium herbarum tenuiſſima, fœniculaceis longe tenuiora, ſemina vero fœniculaceis majora, latiora, odor medicatus totius plantæ.

⊙ *Millefolium aquaticum, umbellatum, capillaceo brevique folio C. B. Pin.* 141. Myriophyllum Math. Millefolium aquatile Dod. Myriophyllum aut Maratriphyllum paluſtre Lob. Millefolium & fœniculum aquaticum Tab. **Waſſerfenchel / Fenchelgarben.** In Michelfelden Sundgoviæ vidit C. B. mihi nondum viſa eſt. Creſcit in aquis ſtagnantibus, flores lutei ſunt. Deſcriptio accurata nondum extat.

*Millefolium nobile Tragi* 476. Tanacetum minus, album, odore camphoræ ſive Achillæa Dioſcoridis C. B. Pin. 132. Achillæa Millefolia odorata J. B. 3. 140. **Edelgarbe / Schaafrippe oder Gerbel / weiſſe Edel-**

Rheinfarren. Perenn. flor. Jul. Aug. zwiſchen Oſten und Eigelsheim auf Brachackern / florentem adhuc invenimus Septembri copioſe ; zwiſchen Baſel und Schlettſtatt / auf feiſten Fruchtackern. Tabern. obſervavit, ſed rarius. Verſus Otmarſum illam vidit J. B. Rarius occurrit hæc Planta, quam etiam Tragus minus cognitam dicit, odorem habet ſuavem aromaticum, foliis magis incanis, caule non adeo alto uti ſequens.

*Millefolium purpureum majus C. B. Pin.* 140. Millefolium rubro colore Cluſ. Hiſt. 331. Schafgarben mit rothen Blumen. Flor. Jul. auf der Contreſcarpe bey dem Steinſtrafferthor / caulibus tres circiter pedes altis ibi apparet. Oleum ſaphirini coloris per deſtillationem elici vi egregia antiſpaſmodica præditum docet Hoffmannus in dem Unterricht von den Artzneyen p. 399. & ſequent. Infuſio calida, vel levis decoctio in aqua nimias hæmorrhagias ſiſtere dicitur, in hæmorrhoidibus, & fluxu albo magni uſus, ad ſanguinem ſpiſſum & difficulter per venam portæ, vel glandulas vaginæ uteri meantem, fluxiliorem reddendum. Cæterum eſt vulneraria, adſtringens, & omnis generis alios fluxus ſuſpendere dicitur. Folia millefolii leviter contuſa, & auribus indita, ſedare ſæpius dolorem dentium Clariſſ. Garidel Hiſt. Plant. p. 318. propria experientia edoctus affirmat. Folia maſticata, & vulneri minori applicata, ſanguinem ſiſtere dicuntur.

* *Millefolium vulgare album*, C. B. Pin. 140. Millefolium Stratiotes, pennatum terreſtre J. B. 3. 136. Millefolium ſive Achillæa Dod. Pempt. 100. *Millefeuille*, Schafgarben / Garbenkraut mit weiſſen Blumen. Peren. flor. Majo ad Jul. ad Septembr. auf dürren Wieſen bey Oßwald; in der Ruprechtsau; an denen Landſtraſſen. Noſtratibus Rhizotomis vocatur Heyl allen Schaden. Flos radiatus, calyx ſquamoſus, fere cylindricus, ſemina tenuia & longa, folia tenuiter diſſecta, flos in umbellas vel faſciculos denſiſſime digeſtus. Floſculi ſunt hermaphroditi, ſemifloſculi feminei, ovaria placentæ inſident, iisdem virtutibus gaudet ac antecedens, & magis uſualis.

⊙ *Montia aquatica major Micheli Nov. Plant. Gener. p.* 18. *Tab.* 13. *Fig I.* Alſine aquatica ſurrectior, J. B 3. 786. Cameraria aquatica major. Eph. N. C. Cent. 5. & 6. App. & Cat. Plant. Giſſ. Dillenii p. 46. & 114. Tab. 6. quoad Caracterem. Floret Martio, Aprili, Majo neben der Ill bey der Arbogaſter Brücke. In rivulis quibuſdam Sundgoviælegit J. B.

⊙ *Montia aquatica, minor Michelii Nov. Plant. Gen. p.* 18. *Tab.* 13. *Fig.* 2. Portulaca arvenſis C. B. Pin. 288. Portulaca exigua, ſive Adrachion arvenſe Cam. Hort. 131. Alſineformis, paludoſa, tricarpos, floſculis albis inapertis Pluck. Phytograph. Tab. 7. fig. 5. Alſine parva paluſtris, tricoccos, Portulacæ aquaticæ ſimilis Raji Hiſt. 1035. & Synops. Ed. 2. 211. n. 13. & Ed. 3. 352. Alſine paluſtris ſerpillifolia Ger. Emac. 614. Flor. Aprili, Majo, circa meridiem flores

demum

demum aperiuntur, auf Hochfeld dem Hochgebürg / neben einer Sammlung von Schneewaſſer / in loco ubi aquæ ſtagnarunt. In dem Wörterwyler Bann des Untern Elſaſſes copioſe, ex relatione Dni. Höfel, Med. Licent. Rei Herbar. periti. Montia aquatica eſt ſecundum acutiſſimum Michelium loc. cit. plantæ genus flore monopetalo, anomalo, tubulato, utrinque patente, & bilabiato, pars ſuperior pene tripartita, inferior una cum tubo bifida. Ex calice bifolio ſurgit piſtillus, qui abit in fructum ſubrotundum, obtuſum, & fere trigonum, unicapſularem, in tres partes dehiſcentem, quarum ſingulæ vehementer vi elaſtica lateralibus oris, tanquam valvulis introrſum convolvuntur, tribus plerumque ſeminibus fœtum, ut plurimum reniformibus. Deſcriptio quoque figura & character utriusque Montiæ extant in Bot. Paris. p. 10. Tab. 111. fig. 4. Eſt ibi Alcinoides annua, verna Vaillantii, cujus deſcriptio nonnihil diſcrepat ab hac Dni. Michelii. Flos albus circa meridiem eſt obſervandus, ſemina nigra ſunt.

⊙ *Morſus Ranæ, foliis circinatis, floribus albis Hiſt. & Comment. Acad. Reg. Scient. Anno* 1705. *T.* 4. *Fig.* 512. Morſus Ranæ Lob. Tab. Icon. 59. Dillen. Cat. Plant. Giſſens. App. p. 149. Nymphæa minor ſive Morſus Ranæ J. B. 3. 773. Nymphæa alba minima C. B. Pin. 193. Froſchbiß. Creſcit in ſtagnantibus & torpentibus aquis. Perenn. flor. Jun. ad Auguſt. in Gräben vor dem Spittalthor; in den Stadtgräben bey dem Fiſcherthor; in der Ill bey dem Wacken copioſe. Eſt Morſus ranæ foliis Aſari Flor. Jenens. corr. p. 49. Stratiotes Aſari folio quibuſdam. Microlevconymphæa Boerhave Ind. Plant. Alt. Flos eſt tripetalos, roſaceus, alius nodoſus, ſub baſi craſſior, & fertilis, alius non nodoſus & ſterilis, uterque ab altero tota planta remotus, Dillen. l. c. Ovarium triloculare, loculi bifariam diviſi, fructus eſt ſex capſularis, rotundus, calyx bifolius.

*Moſchatellina foliis Fumariæ bulboſæ J. B.* 3. 206. Ranunculus nemoroſus, Muſcatellina dictus C. B. Pin. 178. Minimus Ranunculus Septentrionalium herbido muſcoſo flore & Muſcatella Cordi Lob. Icon. 674. *Petite Muſcée*, Biſam Hanenfuß / Biſamkraut / Waldrauch / Moſchatelle. Eſt radix cava minima Tabern & Fumaria tuberoſa bulboſa minima ejuſdem. Perennis flor. Aprili in den Hecken bey Oßwald; hinter dem Berghauß St. Paul bey Cronweiſſenburg abundare vidit Tabernæm. Ampla Deſcriptio in Bot. Paris. Flores ſunt monopetali, rotati, & multifidi, in capitulum collecti, embryoni inſidentes, calyx trilobatus, ſtellatim expanſus, ſtabilis, fructus eſt bacca mollis, umbilicata, ſucculenta, ovarium quadriloculare, tetraſpermum, ſemina compreſſa, alba, folia fumariæ bulboſæ, odorata, radicula tuberoſa; Eſt Ranunculus Moſcatella Sim. Paul. 123. fig. bona.

Muſcus.

# Muſcus. *Mouſſe.* Mooß.

Quos floribus carere exiſtimabat Clariſſ. Tournefortius & quorum Icones nonnullas tradit in Inſt. R. Herb. Tab. 326. eorum Figuras nitidiſſimas exhibet celeberrimus Vaillantius in Bot. Paris. Tab. XXIII. & ſequent. uſque ad Tab. XXX. & Deſcriptionibus illuſtrat oculatiſſimus Michelius Nov. Plant. Gen. p. 108. junctis una Iconibus florum atque ſeminum Tab. 59. Suſpicatur Autor hic laudatiſſimus inter Muſcos alias plantas eſſe mares, alias feminas, & in iisdem plantis ſæpe tales flores permixtos eſſe. In genere Muſci ferunt capitula varie diſpoſita, in quibus pollen, qualis fere in apicibus vel antheris liliorum alborum, in Oſmunda, Lunaria, Ophicgloſſo, Lycopodio, Equiſeto, & cunctis, quæ, ex commune hactenus recepta ſententia, nec florem nec fructum ferunt. In capitulis hiſce muſci quoque gignunt pollinem ſulphureum, ipſa capitula nunc nuda, nunc calyptrata ſunt; modo ſeſſilia in ipſis foliis, modo ſingulari petiolo erecto donata, annotante Clariſſ. Buxbaum Plant. Hallens. p. 230. Muſci porro dividuntur in apocarpos, hoc eſt petiolis verſus capitula deſtitutos, ſive quorum capitula pullis petiolis inſident, & pediculis inſtructos, hi vero poſteriores denuo in terreſtres repentes & erectos ſive Polytricha Flor. Jen. corr. p. 283. In Muſcis mire variat Natura, eorumque fructu. Muſcum plantam notiſſimam, & ubique obviam accurate definire, nequidem Philobotanis conceſſum eſſe Rajus exiſtimat Method. Plant. p. 6. Cum Muſci irrigantur, aqua pluvia figura eorum magis diſtincte in oculos incurrit, unde etiam hyeme & autumno indagandi ſunt, quo tempore magis vigent. Muſcos quorum folia ſive cauliculi in tenuia capillamenta dividuntur, tam aquaticos quam arboreos, Dillenius Confervas nominat.

⊙ *Muſcus apocarpos, hirſutus, ſaxis adnaſcens, capitulis obſcure rubris Scher. ap. Raji ſuppl. p.* 40. *Raji Hiſt.* 3. 40. *N.* 10. *& Bot. Paris. Tab.* XXVII. *fig.* 15. Locis umbroſis & humidis ſylvarum & montium ſaxis copioſe adhæret zwiſchen dem St. Ottilien Gebürg und Girrbaden; oberhalb Peris oder Pairis gegen der ſchwartzen See / an den groſſen Steinen in dem Bach; in feuchten Holwegen gegen Lützelburg copioſe; auf dem Gebürg bey Waſſenburg. Capitula gignit Februar. ſine pediculis. Eſt Sphagnum cauliferum & ramoſum, ſaxatile, hirſutum, vireſcens, capitulis obſcure rubris Dillen. Cat. Plant. Giſſ. 229. Icon. in Bot. Paris. Tab. XXVII. fig. 15. Sed minori forma, flagellis craſſioribus, longiſſimis, bicubitalibus & ultra. In Vogeſi montibus obſervavimus hunc muſcum copioſe parietibus ſaxorum adnatum locis nominatis, cujus figuram hic quodammodo exhibet Tab. IV. a. eſt idem ab initio in denſum ceſpitem collectus, b. extremitates flagellorum repræſentat.

*Muſcus*

p 200

b



c



a



*Muſcus, capillaceus, folio rotundiore, capſula oblonga, incurva Inſt. Rei Herb.* Cauliculi præ pondere capitulorum maturorum veluti in ſemicirculum flectuntur, poſtea vero depoſito polline hæc leviora fieri, & elaterem per ſiccitatem rigidum acquirere, iterumque erigi, ut capituli, antea maxime nutantia non niſi adunca appareant. Flor. Jenens.

* *Muſcus capillaceus, major, pediculo & capitulo craſſioribus Inſt. R. Herb.* Polytricum aureum, majus C. B. Pin. 356. Polytricum Apuleji majus quibuſdam J. B. 3. 760. Adiantum aureum Tabern. Icon. 797. *Perce Mouſſe*, **Großgulden, Widerthon/ Widertodt.** Eſt Muſcus coronatus major, pileolo villoſo, aureo M. H. 3. 630. Eſt Polytrichum vulgare & majus, capſula quadrangulari Dillenii. Flor. Majo ad Jul. Novembri capitula nova producit, quæ dein ad Majum & Junium matura fiunt, & rumpuntur; **in feuchten ſchattichten hohen Waldungen und Gebürgen gegen Hochfeld; hinter Otterot; bey Wangenburg; in dem Brumter Wald an feuchten ſumpfichten Orten; oberhalb** Peris **gegen der ſchwartzen See unter den groſſen Steinen**; radicibus cubitum longis reperitur hic muſcus **in dem Niedecker Thal / auf alten umgefallenen Bäumen /** & quoque dodrantalibus cauliculis rigidis, quibus menſe Novembri capitula quadrangularia nova innaſcuntur, & quibus calyptræ villoſæ inſident ex obſervatione Dillenii Cat. Plant. Giſſ. p. 221. Dicitur hic muſcus J. B. 3. 361. Polytrichum Scoparium, Muſcus Scoparius Lobel. Icon florum & ſeminum extat apud Michelium Nov. Plant. Gen. Tab. 59. Capitula ejus quadrangularia quoque, villoſa & rubra, polline florido, luteo, Majo menſe & Junio plena ſunt, Julio rumpuntur & eo mediante ſui propagationem perficiunt, & quidem ex mente Clariſſ. Dillenii l. c. p. 232. illum effundendo ſupra radices capillarium, illisque ſic germinandi facultatem communicando, in aliis muſcis hoc ipſum contingere ſpargendo talem pulverem fœcundantem ſuper extremitates & ramulos. Icon extat in Botanico Paris. Tab. XXIII. Fig. 8. Mirum eſt quantum pro diverſo anni tempore & loco naturali variet hic muſcus, quod ſuo calculo confirmat celeberrimus Buxbaum Plant. minus cognit. Cent. I. Tab. 62. Decoctum hujus muſci eſſe ſudoriferum, in Pleuritide valde utile docet Tournefort. Hiſt. Paris. p. 497.

*Muſcus capillaceus, major, ſtellatus Inſt. R. Herb.* 551. Cujus Icon. in Bot. Par. Tab. XXIV. fig. 5. & apud Buxbaum Plant. minus cognit. Tab. 62. Cent. I. Eſt Muſcus roſeus, Polygoni folio Bot. Paris. Flor. April. Majo. Eſt interdum ſtellatis foliis circa pediculum & capitulum, non eſt ſterilis, ſed capitula profert elegantia.

*Muſcus capillaceus, medius, capitulis globoſis Inſt. R. Herb.* Muſcus trichoides minimus, ſericeus, capillaceus, capitulis ſphæricis Mor. Hiſt.

 Oxon.

Oxon. Part. 3. 628. Sect. 15. Tab. 6. Fig. 6. Muſcus trichoides, medius, capitulis ſphæricis D. Docdii Raji Synopſ. 30. in rupibus, auf den Felſen in dem Münſterthal/capitula producit primo vere. Eſt Bryum trichodes vireſcens, erectis majuſculis capitulis maliformibus Dillen. Majo capitula perficit.

*Muſcus capillaceus, minor, calyptra tomentoſa Inſt. Rei Herb.* Muſcus coronatus, rigidus, minor & humilior, capitulis villoſis, brevioribus Mor. Hiſt. Oxon. 3. 630. Sect. 15. Tab. 7. fig. 7. Adianthum pileolo villoſo, minimum Raji Synopſ. 28. an Polytrichum capitulo candicante Tragi? Loniceri? Flor. Jul. in denen Waldungen gegen Hochfeld bey dem rothen Kreutz / auf umgefallenen faulen Bäumen; an feuchten Orten hinter Wangenburg; auf dem Gebürg bey Waſſenburg. Summitates capitulorum ex luteo rubent in hoc noſtro muſco, reliqua pars villoſa candicat. Summitates cauliculorum & foliorum antequam pediculi cum capſulis floridis erumpant, admodum pulchræ & viſui acceptæ, figuram ſtellarem exhibent, in denſum admodum ceſpitem coagmentatæ ſunt, ex quo vidimus capitula candida emergere. Icon. in Bot. Paris. Tab. XXVI. fig. 15. ſed minori forma, quam in hoc. Variat hæc planta ſtellatis foliis, ita ut huc quoque pertinere videatur.

* *Muſcus capillaceus, minor, folio breviori, capitulo nutante Inſt. R. H.* Muſci capillaris altera ſpecies Dod. Pempt. 472. Polytricum aureum minus C. B. Pin. 356. Polytricum Apulei minus quorundam J. B. 3. 760. Gulden Widerthon / gulden Widertodt. Flor. April. Majo auf alten feuchten Mauren bey Waſſenburg; im hohen Wald gegen Hochfeld. In tectis arboribus poſt pluvias. Ex ſententia Ruppii Flor. Jen. ætate tantum differt ab hoc. Iisdem virtutibus cum Majori. pag. 201. officinali gaudet.

*Muſcus capillaceus, minor, capitulo longiori, falcato Inſt. R. H.* Muſcus capillaris Dod. Pempt. 475. Muſcus Polytrichoides elatior, foliis anguſtis, pellucidis, & fere membranaceis Raji Synops. 32. Pluck. Phytolog. Tab. 44. fig. 7. Viget April. Majo capitulis pulvere florido fœcundante plenis, quibus maturatis iterum evaneſcit, auf dürren Wieſen gegen dem Rhein-Ziegeloffen; in dem Hanſauer Wald. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 498. Icon. in Bot. Paris. Tab. XXVI. Fig. 17.

☉ *Muſcus capillaris, minor, capitulis erectis, vulgatiſſimus, non villoſus Bot. Paris. Tab.* XXV. *fig.* 4. Auf einer Mauren von Quaterſteinen bey dem Fiſcherthor / poſt pluvias magis ſpecioſus.

*Muſcus capillaceus, minimus, calyptra longa, conoidea, nitida Inſt. R. H.* Muſcus trichoides, minor, pileis magnis, acutis Muſ. Petiv. Cent. I. N. 89. Adianthum aureum perpuſillum, foliis congeſtis, acutis, pileo extinctorii formæ æmulo Raji Synops. 32. Muſcus coronatus, humilis, tenuifolius, pileolo magno, acuto, infra aperto extinctorium referente Moris. Hiſt.

Hiſt. Oxon. Part. 3. 630. Sect. 15. Tab. 7. Fig. 12. Auf dem St. Ottilien Gebürg bey denen alten Mauren von groſſen ungehauenen Steinen / welche ohne Eiſen / und ohne Kalck daſelbſt zuſammen gefügt ſeynd/ hinter welche vor altem die Innwohner ſich und ihr Vieh retirirt haben / wann die Römer bey ihnen eingefallen ſeynd. Icon. in Bot. Paris. Tab. XXVI. Fig. I.

*Muſcus capillaceus, omnium minimus Inſt. R. Herb.* Muſcus coronatus, minimus, foliolis & capitulis oblongis, in pediculis breviſſimis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 63. Sect. 15. Tab. 7. Fig. 18. in der Ruprechtsau auf Dächern und Mauren; in Waſſergruben vor dem Wickhäuſel. Viget Februar. ad April. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 499. Icon. in Bot. Paris. Tab. XXVI. fig. 2. Muſci capillacei minimi varietates egregie figuris exhibet Clariſſ. Buxbaum Plant. minus cognit. Cent. I. Tab. 63. ad Tab. 65. & Cent. II. Tab. II. ad IV.

*Muſcus denticulatus, major C. B. Pin. 360.* Muſcus pulcher, parvus, repens, J. B. 3. 765. Muſcus terreſtris, denticulatus Lob. Icon. 243. Muſcus denticulatus minor, ſericeus, noſtras, capitulis Adianthi Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 626. Sect. 15. Tab. 6. Fig. 35. Viget Junio oberhalb Oberbrunn / loco humido in ſylva.

*Muſcus longiſſimus, aquaticus, capillaceo folio Inſt. R. Herb.* Alga fontalis Trichodes C. B. Pin. 364. Conferva Trichodes vel Trichomanes aquaticum Lugd. 1623. in dem Rheingieſſen. Reperitur alias etiam in aquæductibus.

*Muſcus ſquamoſus major, ſive vulgaris Inſt. R. Herb.* Muſcus terreſtris, latioribus foliis, major, ſive vulgaris Raji Hiſt. 122. Muſcus terreſtris & hortenſis J. B. 3. 764. *Mouſſe*, Erdmooß / das gemeine Mooß auf feuchten Wieſen; in den Baumgärten; auf feuchten Mauren. Eſt Muſcus vulgatiſſimus C. B. Pin. 360. Muſcus vulgaris, terreſtris Lob. Icon. 2. 242. Muſcus terreſtris, repens Buxbaum. Ex ſententia Ruppii Flor. Jen. hic muſcus rariſſime capitula gignit. Eſt Hypnum repens, trichodes, terreſtre, luteo-virens, vulgare majus, capitulis erectis Dillen. Cat. Plant. Giſſ. 215. Pediculi longiuſculi è foliorum alis ſecundum ramulos ſparſim egrediuntur, & ſurculis peculiaribus brevibus folioſis inſident, Septembri capitula nova emittit, quæ Decembri, Januario & poſtea perficiuntur, in muris provenit præcipue. Icon. in Bot. Paris. Tab. XXVIII. 9.

*Muſcus ſquamoſus major, foliis anguſtioribus, acutiſſimis Inſt. R. Herbar.* Muſcus montanus Tabern. Icon. 809. auf dem Gebürg bey Waſſenburg. Eſt Hypnum repens, criſpum, luteſcens, montanum, majus Dillen. Muſco denticulato ſimilis C. B.

*Muſcus Filicinus, major C. B. Pin. 360.* Muſcus Filicinus J. B. 3. 764. Tabern. Icon. 807. Farnmooß. Creſcit an Felſen bey Duſenbach in dem Hochwald oberhalb Rappolsweiler / hunc quoque obſervavit J. B. juxta

rupes in ſylvis umbroſis, non longe à Maßmünſter. Icon. in Bot. Par. xxv. Tab. fig. 1. Eleganter delineatum videre licet apud Buxbaum Plant. minus cognit. Cent. II. Tab. 1. Fig. 1. & 11. cum capitulis inventu rarioribus, quæ egrediuntur reflexa, tumida & brevia, petiolis purpureis inſidentia, nuda è vaginis ex foliis acutis, pellucidis conflatis, & ſuperficiei foliorum circa caules medios adnatis, capitulum maturum eleganter in plures dehiſcit partes, quinque vel ſex plures ſimul naſcuntur. Eſt muſcus hic veluti ſpicatus, ſpicæ autem illæ nihil aliud ſunt quam folia nova nondum explicata, quod etiam Ruppius adnotat Flor. Jen. Inter ſteriles muſcos hunc retulit Rajus Hiſt. 112. capitula proferre obſervavit poſtea Petiver. ſuppl. 27.

*Muſcus Filicinus, minor C. B. Prodr.* 151. Muſcus Filicinus, minor, floridus C. B. Pin. 360. Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 625. Sect. 15. Tab. 5. Fig. 21. **Kriechend Farrenmooß.** Humi repit **in den Waldungen hinter Hochandlau.** Eſt Hypnum repens, filicinum, minus, luteo virens Dillen. Capitula florida, mollia, farinam genitalem, capſula calyptrata incluſam gerentia, quæ pediculis longioribus, è foliorum alis ſecundum cauliculos aut ramulos egreſſis inſident.

*Muſcus ſquamoſus, ramoſus, tenuior, capitulis incurvis J. R. H.* Muſcus terreſtris vulgaris, minor, Adianti Aurei capitulis Raji Hiſt. 122. Icon. in Bot. Paris. Tab. xxvi. fig. 9. vid. muſc. vulg. ſpecies minor p. 206. Uſnea cranii. **In dem Hagenauer Forſt an den Stämmen der Bäumen** copioſe & paſſim. Auguſto nova capitula producit, quæ Februario & Martio perficiuntur, pediculi cum capitulis è foliorum alis ſecundum cauliculos aut ramulos prodeunt. Capitula florida farinam genitalem, capſula calyptrata incluſam gerunt. Dillen. Cat. Plant. Giſſ. App. 85.

* *Muſcus ſquamoſus, vulgaris, repens, clavatus Inſt. R. H.* Muſcus terreſtris, repens, à Trago pictus J. B. 3. 766. Muſcus terreſtris, clavatus C. B. Pin. 360. Lycopodium Tabern. Icon. 814. *Mouſſe terreſtre, Pate ou Griffe de Loup*, **Bärlapp / Truttenfuß / Johannesgürtel / Gürtelkraut / Waldgürtel / Weingrün /** quia pulvere Lycopodii oenopolæ vinum acidum, pendulum hodie reſtituunt integrum, & à nimia aciditate liberant, quod jam Dodoneus docuit ſuo tempore. Forſan ſimilem effectum præſtaret in ventriculo, nimio acido imprægnato. Herba ſicca cum pulvere in vino ſuſpenſa illud flavo colore tingit. Eſt Muſcus clavatus procumbens Eyſt. Jul. & Aug. fert Julos, ſeu ſpicas clavas referentes, ſemine farinaceo refertos, ſulphurei coloris, quod ſpermatis maſculini inſtar ſe habere ſunt qui ſuſpicantur, **hinter Waßlenheim in dem Gebürge** copioſe; **auf Hochfeld an dem Weyer oder See; in dem Börſer Wald / hinter dem St. Ottilien Gebürg** repit copioſe humi; **auf dem Ungersberg** frequens occurrit; in monte Ballon. J. B. obſervavit.

Chara-

Characterem ejus deſcribit Dillenius App. ad Cat. Plant. Giſſens. p. 87. & ſimul docet ſub folioſis ſquamis, in ſpicam aut clavam floridam digeſtis, capſulas farinaceas occultari, incurvas & lunatas, per maturitatem ſe aperientes, & pulverem tenuiſſimum effundentes. Ovaria hæc, ſemine referta, etiam depingit Vaillantius in Bot. Paris. Pulvis hic in Officinis ſemen Lycopodii vocatur, eſt inflammabilis, qui teſte Oleario ad ignes artificiales adhiberi ſolet in Moſcovia, & Perſia, ad eundem ſcopum apud nos quoque hodierna die adhibetur. Poloni ad extirpandum plicam, morbum ſibi familiarem, hunc muſcum adhibent, modum vide in Ephem. N. C. Dec. I. Ann. 2. p. 94. vocatur illis Plicaria.

*Muſcus ſquamoſus, paluſtris, candicans, molliſſimus Inſt. R. Herb.* Muſcus paluſtris Dod. Pempt. 472. Muſcus paluſtris terreſtri ſimilis Raji Hiſt. 122. **Waſſermooß.** Eſt Sphagnum cauliferum & ramoſum paluſtre, molle, candicans, reflexis ramulis, foliolis latioribus Dillen. Cat. Pl. 229. Julio capitula oſtendit, quæ brevi decidunt, ſecus ac in aliis muſcis, in pratis udis **in der Ruprechtsau; in ſumpfichten Orten und auf feuchten Wieſen der Ganſau.** Foliis candicantibus & rubentibus variat, ut & latioribus & ſtrictioribus, capitula gignit ſpadicea, ſine calyptra horizontaliter diſſilientia.

*Muſcus ſquamoſus, foliis acutiſſimis, in aquis naſcens Inſt. Rei Herbar.* Muſcus aquaticus, folio expanſo, Prodr. 154. Fontalis minor, lucens J. B. 3. 778. Muſcus aquaticus, viticulis longis, minus ramoſis, lucidis foliis, acutis, triangularibus, cinctus Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 626. Sect. 15. Tab. 6. Fig. 32. **in dem Thal hinter Barr / an feuchten Steinen in dem Bach** copioſe; **bey der letzten Brück gegen Oßwald / in dem Graben unten an den Stämmen der Bäumen; in Waſſergräben bey dem** XV. **Wört** copioſe; **in Maßmünſter** vidit J. B. Nitidam figuram exhibet Botan. Paris. Tab. XXXIII. fig. 5. Eſt Muſcus apocarpos, aquaticus, foliis triangularibus, complicatis, acutiſſimis, flagellis longis Potamogetonis cujuſdam inſtar fluentibus Rupp. Flor. Jen. Capitula producit in ſingulis foliorum alis ſingula, non prorſus quidem ſeſſilia, ſed perbrevibus petiolis ſuſtentata, nuda tamen, & calyptra deſtituta; Hæc ipſa capitula ſunt duriuſcula & veluti ovata vel pyriformia, in ſummitate apiculata.

*Muſcus ſquamoſus, ramoſus, minor & criſpus Inſt. R. Herb.* Muſcus terreſtris repens, primæ ſpeciei ſimilis, ſed multo minor Raji Synops. 28 Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 625. Sect. 15. Tab. 5. Fig. 5. **In dem Oſtwinckel an den Hecken.** Icon. in Bot. Paris. Tab. XXVII. Fig. 13.

*Muſcus ſquamoſus, Abietiformis Inſt. Rei Herbar.* Muſcus terreſtris, rectus J. B. 3. 767. Muſcus erectus, Abietiformis Raji Hiſt. 121. Eſt Muſcus Abietis facie C. B. Prodr. p. 151. ad radices arborum

 creſcit

creſcit in dem Wald oberhalb Haßlach / gegen Niedeck ; in denen Waldungen gegen Schirmeck / von Schönburg aus. Foliola vix conſpiciuntur, niſi madeſiant, viget Martio & Aprili, fert capſulas ſive globulos ſulphur ſeminale continentes, per totam ramulorum longitudinem in alis foliorum, wilder Sade / Sevenbaum. De viribus hujus plantæ ad procurandum abortum, qua meretriculæ abutuntur, agunt Eph. Nat. Cur. annotante Ruppio in Flor. Jen. Eſt Selago foliis & facie Abietis Ejuſdem. Selago tertia Thalii.

*Muſcus vulgaris, pennatus, major C. B. Pin.* 360. Muſcus pennatus Prodr. 151. Frequens in den Waldungen und Gebürgen gegen Hochfeld unter den Bäumen und an Felſen. Deſcript. & Icon. in Bot. Paris. Tab. XXVIII. Eſt Hypnum repens, filicinum, pennatum Dill.

*Muſcus vulgaris, pennatus, minor C. B. Pin.* 360. Muſci pennati altera ſpecies C. B. Prodr. 151. in dem Ruprechtsauer Wald an feuchten Orten. Icon. in Bot. Paris. Tab. XXIII. fig. 9.

* ⊙ *Muſci vulgaris, terreſtris, ſpecies minor, Adianthi aurei capitulis Dale Phytolog. pag.* 114. *Raji Hiſt.* 122. Muſcus ex cranio humano Ger. Parck. Uſnea cranii humani Offic. Mooß aus eines Menſchen Hirnſchal Bot. Par. Tab. XXVI. fig. 9. Icon.

*Myagrum monoſpermon, latifolium C. B. Pin.* 109. *Prodr.* 51. Myagrum monoſpermon J. B. 2. 894. Eſt Myagrum hortenſe, monoſpermum Eyſt. Æſt. o. f. 8. 10. fig. 1. Hanc plantam ſpontaneam obſervavit J. B. in Vogeſi agro prope Sanctum Mauritium, eſt annua, flor. Majo. Clariſſ. Garidel in ſua Hiſt. Plant. exiſtimat Myagrum monoſpermon minus C.B.Pin. 109. Prodr. 52. Rapiſtrum folio glauco ſinuato, flore albo Bot. Paris. Myagrum ſupinum, album, Erucæ foliis Barr. Obſ. N. 358. & Icon. 1252. in loco ſterili, aut regione calida creſcens, à majori latifolio, in pinguiori ſolo creſcente vix differre. Icon in Buxbaum Plant. minus cognit. Cent. I. Tab. III. fig. II. Flos cruciformis eſt, fructus turbinatus inſtar pyri inverſi, unicapſularis, ad caulem appreſſus, fœtus uno ſemine oblongo, & binis loculis inanibus. Latifolii folia cæſia, caules in baſi amplexantur, Myagrum minus vero figura refert Burſam Paſtoris majorem Bot. Paris.

*Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta, flore majore Inſt. Rei Herbar.* Caryophyllus arvenſis, hirſutus, flore majore C. B. Pin. 210. Auricula Muris pulchro flore albo J. B. 3. 360. Holoſtium Caryophyllæum Tabern. Icon. 233. *Oreille de Souris*, weiß Nägeleingraß / weiſſe Acker-Nägelein / rauhe Hartnägelein. Deſcript. in Bot. Paris. Icon. Tab. XXX. fig. 4. Perenn. flor. April. ad Jun. an denen Ackern bey Oßwald ; an denen Rebmauren gegen Mittelberckheim ; in der Contreſcarpe bey dem Steinſtraſſerthor. Flos roſaceus, fructus cornu bovilli æmulus, apice, de

dehiſcens, calyx multifidus, profunde ſectus, ſemina ſubrotunda, exigua.

*Myoſotis arvenſis, hirſuta, parvo flore R. Herb. Inſt.* Auricula muris quorundam, flore parvo, vaſculo tenui, longo J. B. 2. 359. Perenn. flor. April. Majo an den Wegen in der Ruprechtsau; gegen der hohen Wart. Deſcript. & Icon. in Bot. Paris. Tab. xxx. fig. 3.

*Myoſotis hirſuta, altera, viſcoſa Inſt. Rei Herbar.* Alſine hirſuta, altera, viſcoſa C. B. Pin. 251. Alſine ſpuria IV. Dod. Pempt. 31. Glebichter Ackerhünerdarm. Flor. Majo auf denen Ackern in der Ruprechtsau; an an dem Weg gegen Eckboltzheim. Deſcript. in Bot. Paris. Icon. ibidem Tab. xxx. fig. I. Flore roſaceo exſiccato, calyx acquirit figuram cylindricam, dum lobi ejus propius ad ſe invicem accedunt, & conſtringuntur, vaſculum eſt longius, incurvum, inſtar cornu bovis, lucidum, cui ſummitas ademta, ſuper calycem eminens, in quo ſemina exigua, glabra.

*Myoſotis hirſuta, minor Inſt. R. Herb.* Alſine hirſuta, minor C. B. Pin. 251. Flor. Aprili, Majo auf dürren Wieſen der Gansau. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 120. & in Bot. Paris. Icon. Tab. xxx. fig. 2.

*Myrrhis annua, ſemine ſtriato, lævi Mor. Umb.* 44. Chærophyllum ſylveſtre C. B. Pin. 152. Anthriſcus Plinii quibuſdam, ſemine longo cicutariæ vel chærophylli J. B. 3. Part. 2. 70. Cerefolium ſylveſtre Onoſelinum Tabern. Icon. 94. *Perſil d'Aſne*, wilder Körfel / Eſelpeterlein / quod nomen proprie Chærophyllo ſylveſtri, ſeminibus brevibus hirſutis competit. Eſt Myrrhis Rivini, ubi Icon. Flor. Majo ad Aug. an der Landſtraſſen vor dem Spitalthor; vor dem Weiſſenthurn; an den Hecken in der Ruprechtsau. Radix intra biennium perit, ſed ſecundo demum anno ſemine perfecto exſiccatur, nihilominus annua dicenda. Flos roſaceus & umbellatus, petala inæqualia, fructus gemellus, ſtriatus, lævis, roſtrum avis exprimens.

*Myrrhis tuberoſa, nodoſa, Conyophyllon Mor. Umb.* 67. Cicutaria bulboſa C. B. Pin. 161. Myrrhis odorata, bulboſa J. B. 3. Part. 2. 183. Myrrhis Cicutaria Tabern. Icon. 98. Rappenkörfel / Myrrhenkörfel / Peperlein. Eſt Myrrhis fœtens Rivini. Flor. Majo ad Junium an der Landſtraß nach Lingelsheim in den Hecken copioſe, auf dem Haulenberg bey Mundolsheim; bey der Spitalmühl / ubi humanam altitudinem æquabat. Radix rotunda, brevis, grati ſaporis, antequam cauleſcat, eſui apta eſt, & verno tempore forma parvorum globulorum apparet, intus alba, extus nigricans, Æſtate fit longior. Antequam in uſum trahatur, parum in aqua calida detinenda, & pellicula detrahenda. Radices magis ſucculentæ in acetariis adhibentur, æque ac Rapunculi eſculenti radices, ſi non magis certe, æque ſapidæ una cum tenellis

primis

primis foliis. Semen hujus myrrhidis odoratæ, tuberoſæ, digitis tritum odorem ſeminis aniſi ſpirare dicitur?

*Myrrhis paluſtris, latifolia, alba Inſt. Rei Herbar.* Cicutaria paluſtris, latifolia, alba C. B. Pin. 161. Cicutaria alba Lugd. 789. Wild Körfelkraut. Perenn. Flor. Majo, Jun. bey der Lohmühl/oberhalb der Stadt; an Gräblein in der Ruprechtsau; Michelfeldæ in Sundgovia vidit C. B.. Eſt Myrrhis paluſtris Rivini. Semina gemina.

*Myrrhis paluſtris, latifolia, rubra Inſt. R. Herbar.* Cicutaria paluſtris, latifolia, rubra C. B. Pin. 161. Cicutaria latifolia, hirſuta J. B. 3. Part. 2. 182. Cicutaria rubra Lugd. 789. Perenn. Flor. Majo. Jun. auf dem Cronenburger- und Judenthorwall; auf dem Gebürg gegen Hochfelden/ an feuchten ſchattichten Orten. Prope Maßmünſter ad ripam fluminis vidit J. B. Flores interdum purpurei, interdum albi, ſemina gemina bicornia, ſtriata, mucronata, hirſuta. Eſt Chærophyllum paluſtre, latifolium Boerhave. Quando incipit florere, flores albi, poſtquam ſolis radiis expoſita fuit, ſubpurpurei flores.

# N

* *NApus ſylveſtris C. B. Pin. 95. J. B. 2. 843.* Bunias ſylveſtris, Napus flore luteo Lob. Icon. 200. Icon quoque in Math. Epit. pag. 220. *Navet ſauvage, Navaux ſauvages*, wilde Feldruben/ wilde Steckruben/ noſtratibus Reps dicitur, ad differentiam Napi ſativæ, quæ Rubſamen/ Rubſat vocatur, ex qua non exprimitur oleum. Ex ſemine Rapiſtri, etiam oleum exprimi poſſet, ſed ejus ſemina non ſimul, ſed ſucceſſive tantum matureſcunt; unde non adeo facile & commode colligi poſſunt. Flor. April. Majo auf den Äckern vor dem Steinſtraſſerthor & paſſim. Sponte oritur ad agrorum margines. Napus ſylveſtris ſeritur etiam in agris ideo copioſe, ad exprimendum oleum ex ſemine in copia. Differt à Napo ſativa, quod hujus folia ſucceſſu temporis minus ſinuoſa, minus inciſa, & magis glabra ſint, radix magna, craſſa, & tota Plantæ per omnia major. In ſylveſtri folia magis inciſa ſunt & in adulta inſtar Erucæ fere, aſpera, hirſuta, cauli cubitali ſine pediculis adhærent, eumque amplectuntur, radix parva, turbinata, acrior, flos cruciformis, ſiliqua cornu fungoſum referens, bilocularis, ſemina ſubrotunda; ſemen Theriacam ingreditur, calefactum & truſatilibus modis ſubjectum magnam copiam olei præbet, non ſolum ad lucernarum lumina, ſed & ad cibos à pauperibus adhibetur, Repsſaatöl, aviculis cavea incluſis in cibum cedit, oleum ad tormina infantum adhibetur. Sylveſtris Napus in agris culta & ſata vere, floret verſus autumnum & ſerius, ubi vero autumno ſata fuerit,

ſequentis

ſequentis anni vere, Aprili & Majo floret, ſibi relicta in agris ſponte Aprili, Majo flores producit.

*Narciſſo-Levcoium vulgare Inſt. R. Herb.* Levcoium vulgare C. B. Pin. 55. Levcoium bulboſum, hexaphyllon cum unico flore, rarius bino J. B. 2. 590. Levcoium bulboſum hexaphyllon Dod. Pempt. 230. *Perce nége*, Hornungsblumen / Mertzblumen. Perenn. Flor. circa finem Februar. & Martio. In montibus Sundgoviæ C. B. obſervavit in Muteto, & in umbroſis ſylvarum. Radix bulboſa eſt & tunicata, flos liliaceus, campanæ pendentis inſtar, fructus in tria locumenta diviſus, ſemina ſubrotunda.

*Naſturtium ſylveſtre, capſulis criſtatis Inſt. R. Herb.* Ambroſia campeſtris repens C. B. Pin. 138. Coronopus Ruellii ſive Naſturtium verrucoſum J. B. 2. 919. Cornu cervi alterum, repens Dod. Pempt. 110. Feldkreß/ kriechender Krähenfuß. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 26. Flor. Jun. ad Aug. vor dem Spitalthor; neben den Ackern bey Oßwald; vor dem Cronenburgerthor an der Landſtraſſe; In Alſatia ſuperiori copioſe provenire J. B. teſtatur. Planta hæc ſparſa humi ſerpit, flores cruciformes & vaſcula non in ſummitate caulium, ſed in alis foliorum racematim hærent, ex adverſo foliorum alternorum, una cum capſulis echinatis, ſecus ac in alio quovis Naſturtio, capſulæ rotundæ echinatæ, in duo loculamenta diviſæ ſunt, in ſingulis ſemen planum, ſubrufum inſtar Naſturtii, calyx quadrifidus. Creſcit quoque copioſe auf dem Schießrein.

*Naſturtium ſylveſtre tenuiter inciſum, minori fructu Inſt. Rei Herbar.* Iberis Naſturtii folio C. B. Pin. 97. Iberis Math. 293. Beſamkraut. Flor. Majo ad Aug. vor dem Spitalthor an den Wegen/ und paſſim an alten Mauren. Flos cruciformis, fructus ſubrotundus, planus, bilocularis, ſemina plana, folia multifida.

*Naſturtium ſylveſtre, tenuiſſime diviſum Inſt. Rei Herb.* Thlaſpi Iberidis folio, tenuiſſime diviſo Mor. Hort. R. Bles. klein Beſamkraut/ Wegkreſſen/ wilder Kreſſen. Flor. Jun. bey der Bergerie vor dem Metzgerthor; an der Landſtraß gegen dem Rheinzoll; an dem Weg bey Lingelsheim.

*Naſturtium petræum, foliis Burſæ Paſtoris C. B. Pin.* 104. Burſa Paſtoris minor, foliis inciſis Ejusd. 108. Burſa paſtoris parva, folio glabro, ſpiſſo J.B. 2. 937. Naſturtium petræum Tabern. Icon. 451. Paſtoria Burſa minor Dod. Pempt. 103. Steinkreß / Bergkreß. Perenn. flor. circa finem April. ad Jun. auf dem alten Bergſchloß zu Rappolſtein zwiſchen den Fugen der Steine; Prope Maßmünſter hanc plantam obſervavit J. B. In Sundgovia interdum ad margines agrorum nemoroſorum creſcit, locis ſabuloſis, & in muris. Idem Decript. in Dillen. Cat. Giſſ. Append. p. 123. cui Iberis petræa foliis Burſæ paſtoris audit. Petala ſunt inæqua-

 lia,

lia, capſulæ ſepto intermedio transverſim diviſæ duo utrinque ſemina continent, flos cruciformis, fructus ſubrotundus, planus, in duo loculamenta diviſus ſepto intermedio, ſemina plana, foliola pinnata, plura ad radicem.

*Nidus avis Lugd.* 1073. Orchis abortiva, fuſca, C. B. Pin. 86. Orobanche affinis Nidus avis J. B. 2. 782. *Nid d'oiſeau*, Vogelsneſt / Icon. in H. Eyſt. Tab. 195. Perenn. Flor. Majo, Jun. in ſchattichten Wäldern von Heiligenſtein auß gegen St. Ottilien; in den Gebürgen hinter Barr unter den Bäumen; gegen Niedeck unter dem abgefallenen Laub. Ob colorem fuſcum, obſcurum & ſylvarum umbram non facile ibi ſub obtutum cadit. Flos polypetalos, hexapetalus, inæqualis, fructus utriculus tricapſularis, fœtus ſeminibus minutiſſimis, ſcobiformibus, radices fibratæ, nidi avis æmulæ.

* *Nigella arvenſis cornuta C. B. Pin.* 105. Melanthium ſylveſtre, ſive arvenſe J. B. 3. 209. Melanthium ſylveſtre Dod. Pempt. 303. *Nielle*, wild Nardenkraut / wilder Schwartzkümmel / Flor. Jul. Aug. auf den Brachackern bey Oßwald copioſe. Clariſſ. Tournefortius ſemen hoc cum foliis Majoranæ infundit & in Coryza exhibet. Drachma ejus in aqua Majoranæ calida infuſa, & per nares attracta ſale ſuo volatili mucum narium incidit, ejusque excretionem adjuvat, ingreditur Pulverem ſternutatorium Rulandi.

*Niſſolia vulgaris Inſt. Rei Herbar.* Lathyrus ſylveſtris minor C. B. Pin. 344. Catanance leguminoſa quorundam J. B. 2. 309. Lathyrus anguſtifolius, erectus, folio ſingulari, ſine capreolis D. Niſſole H. R. Monſp. Flor. Majo Jun. auf den Ackern in dem Mittelfeld; bey Erſtein in der Gerſt; in Sundgovia vidit prope Schweighauſen J. B. Inter ſegetes C. B. Eſt Ervum ſylveſtre Dod. Niſſolia parva, flore purpureo Clariſſ. Buxbaum Plant. minus cognit. Cent. III. Tab. 45. Fig. 1. Flos ut Lathyri, caulis non eſt ramoſus, claviculis caret, folia ſingularia, graminea, caulem amplectentia ſine pediculis, ſiliqua teres depreſſa, ſemina nigra, ſplendentia, radix eſt annua, biennium tamen interdum durat, inprimis ſi tempore fœniſecii folia abſcindantur, ſingulis annis per ſemina ſe propagat.

*Noſtoc ciniſlonum Hiſt. Plant. circa Lutetiam* 506. Muſcus fugax, membranaceus, pinguis, Bot. Monſp. Eſt planta ſui generis. De Vegetatione ejus agunt Act. Acad. R. Sc. Ann. 1708. Fabuloſa, quæ de hac planta recenſentur, tædet hic repetere, vanitas vel ex ſolis ſynomynis ejus elucet, quæ ſunt, ex mente Paracelſi & ejus aſſeclarum ſputum Lunæ, Flos Solis, Flos terræ &c. Hæc planta nobis viſa menſe Octobri Anni 1723. trunco ſalicis adhærens in dem XV. Wört.

* *Nymphæa alba, major C. B. Pin.* 193. Nymphæa alba J. B. 3. 770. Dod. Pempt. 585. *Nenuphar, Blanc d'Eau, Lys d'Etang*, weiſſe

See-

Seeblumen / Waſſerlilien Icon elegans in Hort. Eyſtet. Vern. o. 7. fig. 91. F. 3. Perenn. flor. Junio. Jul. in der Ill gegen Oſtwald. Eſt Levconymphæa Boerhave Ind. Plant. alt. pag. 281. Character in ſequenti. Ad ſanguinis acrimoniam temperandam radix & flores.

⊙ *Nymphæa alba, minor H. Eyſtet. Vern.* o. 7. F. 3. *Fig.* 2. *M. H.* 3. 513. Nymphæa alba, minima, flore pleno, odorato Raji Cat. Plant. Angliæ p. 212. Kleine weiſſe Seeblum. Perenn. flor. Jul. Aug. in ſtillen Waſſern zwiſchen Oſtwald und Gravenſtaden. Eſt Levconymphæa minor, Boerhave, Ind. Plant. alt. p. 281. Calyx magnus, herbaceus, tetraphyllus inſtar ſtellæ radiatæ expanſus in utraque Nymphæa alba, flos eorum habet petala viginti, vel & plura, magna, inſtar roſæ eleganter expanſa; intra hæc ſtamina petalodea, quam plurima, inſtructa teſticulis incurvis, ovarium diviſum in loculos viginti, multis ſeminibus plenos, coronatur viginti tubis, in quarum medio apex obtuſus.

*Nymphæa lutea, major C. B. Pin.* 193. *M. H.* 3. 512. Nymphæa lutea J. B. 3. 771. Dod. pempt. 585. H. Eyſt. Vern. o. 7. F. 3. fig. 3. *Nenuphar*, gelbe Seeblumen / noſtratibus Lätſchblätter. Perenn. flor. Jun. Jul. bey Gravenſtaden copioſe, und in aquis ſtagnantibus der Stadtgräben bey dem Spitalthor. Flos roſaceus, petalis parvis, luteis, inſtar roſæ expanſis, rigidis multis conſtans, intra hæ ſtamina numeroſiſſima, in circulum extrrorſum curva, fructus globoſus, urceolatus, multicapſularis, papaverino ſimilis, operculo radiato coronatus, ſemina continens multa, exigua, oblonga, calyx conſtat quinque floralibus foliis in formam roſæ poſitis. Folia orbicularia fere, craſſa, fungoſa, radix vivax, magna, in fundo fluminum creſcens.

# O

O*Enanthe aquatica* C. B. *Pin.* 162. Filipendula aquatica Tabern. Icon. 142. Oenanthe, ſive Filipendula aquatica J B. 3. Part. 2. 191. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. auf ſumpfichten Wieſen gegen Oſtwald; in einer Tieffe gegen dem Waſſerzoll bey der Mühl copioſe inter gramina; in Gräben vor dem Spitalthor. Eſt Oenanthe Rivini. Flos roſaceus & umbellatus, petala inæqualia; cordiformia, fructus gemellus, ſemina ſtriata, in aliquot aculeos deſinentia, quorum medius cæteris validior eſt, Radix bulboſa, ex carnoſis tuberibus conſtans.

*Oenanthe ſive Filipendula aquatica, altera J. B.* 3. *Part.* 2. 192. Oenanthe ſive Filipendula folio Rutæ Ejuſd. ibid. Filipendula paluſtris, Ruta paluſtris Tabern. Icon. 142. Waſſerraute / Waſſerfilipendelwurtz / Bulbulis carens vulgo. Utraque locis gramineis ſiccis, bulboſa eſt, ſæpius autem bulbuli extrahendo abrumpuntur, & inprimis in aqua non reperiuntur. Perenn, Flor. Jul. Aug. zwiſchen Arbogaſt und dem Wick-

häuſel an ſumpfichten Orten. Bulbuli à tenuibus tantum filis pendent.

*Onagra latifolia Inſt. R. Herb.* Lyſimachia lutea, corniculata C. B. Pin. 245. Groſſer gehörnter Weyderich. Flor. Jun. ad Aug. an dem Weg gegen dem Rheinzoll; oberhalb der kleinen Rheinbrück; auf der Schließe an dem Rheingieſſen. Ex Virginia olim allatam, ſponte ſe multiplicando indigenam jam dudum factam fuiſſe, ſunt qui contendunt, ſed hoc potius intelligendum videtur de Onagra latifolia flore dilutiore. Inſt. R. Herb. ſive Lyſimachia corniculata, Virginiana, flore ſulphureo. Differt Onagra à Lyſimachia floribus tubuloſis, ſeminibus non pappoſis, in ſiliqua rigidiori latentibus. Flos roſaceus, fructus cylindriacus, in quatuor partes dehiſcens, quadrilocularis, ſemen non pappoſum, anguloſum.

*Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato, major, floribus dilute rubentibus C. B. Pin.* 350. Polygalon Geſneri J. B. 2. 335. Onobrychis Dod. Pempt. 548. *Sainfoin, Eſparvette*, Hanenkopf / Hanenkamm. Figura elegans in Rivino. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. in denen Klammen bey Niederhaußbergheim copioſe; auf den Berglein zu Mundolsheim bey der Kirch copioſiſſime; auf der Contreſcarpe zwiſchen dem Cronenburg und Steinſtraß / quamvis alias colles amet. Lac pecori auget, unde polygalon audit, hinc pro jumentorum pabulo hodie ſerunt, loco ſterili & ſicciore, quali gaudet Onobrychis, Schleſiſche Sammlungen / Anno 1720. Eilffter Verſuch.

⊙ *Onobrychis fol. Viciæ fructu echinato major, caulescens & ramoſa Schol. Bot.* auf denen Berglein zu Mundolsheim.

*Onobrychis fol. Viciæ, fructu echinato, major, floribus eleganter rubentibus C. B. Pin.* ibidem. Flores in Onobrychi ſunt Papilionacei, denſe ſpicati, ſiliqua quaſi criſtata vel echinata, ſemine fœta reniformi.

* *Ophiogloſſum vulgatum C. B. Pin.* 354. Ophiogloſſum J. B. 3. 708. Dod. Pempt. 139. Natterzünglein / *Langue de Serpent.* Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 28. Perenn. flor. Majo, Junio, marceſcit & evaneſcit auf denen Bergmatten bey Barr; auf denen Bergwieſen gegen Hoch-Andlau/ ubi duas quaſi vidimus ſpecies, unam cum radicibus ex luteo rubentibus, alteram radicibus albis. Prior tanquam majorum virium laudatur præ ſecunda, Icon in Inſt. R. H. De ſemine & ſeminalibus organis conſtat, de flore prægreſſo vix dubitare licet, quamvis viſum fere ſubterfugiat, eumque ipſe Tournefortius neget, cum ex recentiorum obſervationibus nulla detur planta ſemen ferens, quæ flore careat. Cellulæ ſeminales duplici ordine poſitæ ſunt per longitudinem in fructu lingulato, ſemine pleno matureſcente, diſruptæ ſponte inſtar pollinis ſemen excutiant tenuiſſimum, ope microſcopii inſpiciendum; diſruptis cellulis fructus denticulatus fit utrinque. Ob vim

vim ſubadſtringentem ceu vulnerarium egregium in & externe uſurpatur.

*Ophris bifolia* C. B. *Pin.* 87. Bifolium majus, ſive Ophris major quibuſdam J. B. 3. 533. Pſeudorchis bifolium Dod. Pempt. 242. *Double feuille*, Zweyblatt / Hertzkraut. Perenn. flor. Majo, Junio bey Oſwald; in dem Ruprechtsauer Wald/ wo die Redoute geſtanden. Differt ab Orchide radicibus fibroſis. Flos polypetalos anomalos, petala habens ſex diſſimilia, quinque ſuperiora galeam æmulantur, inferius capitatum, & quaſi anthropomorphon, fructus eſt utriculus trivalvis, ſemina minutiſſima. Radix fibroſa.

*Ophris trifolia* C. B. *Pin.* 87. Tabern. Icon. 726. Perenn. flor. Jul. in confiniis Sundgoviæ circa Landscron ubi illam una cum majori vidit C. B.

*Opulus Ruellii* 281. Sambucus aquatica, flore ſimplici C. B. Pin. 564. Sambucus aquatica J. B. 1. 552. Sambucus paluſtris Dod. Pempt. 846. *Obier*, Schwelgenbaum; weiß Schwelgen. Deſcript. in Bot. Paris. Floris umbellæ laterales multo majores quam in medio, hi ſunt fœcundi, illi ſteriles. Flos monopetalos ſed multiplex, alius in circumferentia rotatus, mas, ſterilis, alias vero in centro pelviformis, fructum ferens, ſeu baccam mollem, compreſſam, umbilicatam, fœtam ſemine ſeu oſſiculo cordiformi & compreſſo.

*Orchis militaris, major Inſt. R. Herb.* 432. Cynoſorchis militaris, major C. B. Pin. 81. Orchis ſtratevmatica, major J. B. 2. l. 19. pag. 758. Orchis latifolia, altera Cluſ. Hiſt. 267. Eſt Orchis latifolia Eyſt. Tab. 195. Teſticulus V. militaris Tabern. Icon. 663. *Grand coullon de Chien*, groß Knabenkraut mit breiten Blättern. Perenn. flor. Majo, Jun. in dem Illkircher und Ganſauer Wald copioſe; auf Bergwieſen an dem Fuß des Ottilienberges von Otterot aus frequens occurrit. Flores quoad colorem admodum variant, odore gravi præditi ſunt, & hircum olent, modo plus minusve rubentes, punctis purpureis notati vividioris coloris, interdum labium ex roſeo albidum eſt, & galea purpurea, quæ alias fuſca & nigricans. Icon florum in Inſt. R. Herb. Tab. 247. Fig. B. & in Bot. Paris. Tab. XXXI. 27. 28. Totius plantæ figura elegans in Hort. Eyſtet. Tab. 195. Eſt Orchis magna, latis foliis, galea fuſca vel nigricante J. B. 2. 759. Flos Orchidis eſt polypetalus, anomalus, petalis ſex diſſimilibus conſtans, mirabilis fabricæ, varie figuratus, vix deſcribendus. Petala quinque galeam æmulantur, inferius multiforme. Fructus utriculatus, trilocularis, trivalvis, ſemen pulverulentum, folia ſimplicia, liliacea, radices carnoſæ, fibratæ, nunc ſubrotundæ teſticulorum inſtar, nunc compreſſæ & in digitos fere deſinentes. Bulbus vel teſticulus unus flaccidus reperitur, alter plenus,

dum quotannis ſuperius anni bulbus corrumpitur, & novus renaſcitur. Turget radix ſucco viſcido, albo.

⊙ *Orchis militaris, major, flore albido, galea griſeâ.* Varietas quæ obſervatur **in dem Jllkircher Wald.**

⊙ *Orchis militaris, major, tota purpurea.* Elegans varietas **auf einer Bergwieſe an dem Fuß des Ottilienbergs.** Galea purpurea, reliqua pars floris impenſe rubet, occurrit quoque **in dem Jllkircher Wald.**

⊙ *Orchis militaris, major, ſpica laxâ.* Varietas ibidem obſervata menſe Majo. An Orchis ſpica laxâ Dillen.? Cat. Giſſ. 85.

*Orchis militaris, minor Inſt. R. Herb.* Cynoſorchis militaris minor C. B. Pin. 81. Orchis ſtratevmatica minor J. B. 2. lib. 19. 758. Teſticulus ſtratevmaticus minor X. Tabern. Ic. 664. Perenn. Flor. Majo **auf dem St. Ottiliengebürg.** Eſt varietas majoris, in locis ſiccis & aridis Bot. Paris. Creſcit quoque **auf der Metzgerau bey dem Schießberg.** Eſt Orchis minor, flore incarnato Eyſtet.

* *Orchis latifolia, hiante cucullo, major Inſt. Rei Herbar.* Cynoſorchis latifolia, hiante cucullo, major C. B. Pin. 80. Orchis galea & alis fere cinereis J. B. 2. 757. Satyrium triphyllon Tabern. Icon. 675. Satyrion, *Coullon de Chien*, **groß Knabenkraut / Stendelwurtz mit Aſchenfarbigen Blumen / Guguckſblumen** noſtratibus ruſticis locorum montoſorum incolis. Deſcript. in Bot. Paris. Icon. in Inſt. Rei Herbar. 247. & in Fuchſio nomine Orchis mas latifolia p. 554. Perenn. flor. Jun. **in der Ruprechtsau auf Wieſen zwiſchen Mayerhöffen.** Teſticulus ſive portio radicis quæ turgida eſt, altera flaccida exiſtente, in lacte cocta egregie Hecticos, Tabidos juvare dicitur, eandem Venerem ſtimulare decantatur, ſi in fruſtula conciſa cum ovis frixis exhibeatur maritis, experimento muliercularum ruſticarum noſtratium; in Electuario diaſatyrionis reliqua ingredientia plus præſtant quam radix ad excitandam Venerem.

*Orchis latifolia, hiante cucullo altera Inſt. R. Herb.* Cynoſorchis latifolia, hiante cucullo altera C. B. Pin. 81. Cynoſorchis prior Dod. Pempt. 234. J. B. 2. 758. **Bergknabenwurtz.** Perenn. flor. Majo. ibidem **und auf Berglein hinter Niederhaußbergheim.** Hæc ſimiliter eſt magnarum virium ad opus Venereum, unde Rhizotomæ noſtrates non exiguum quæſtum faciunt ex hac radice, quam utpote in magno uſu receptam, & à multis deſideratam undique conquirunt lucri cauſa. Celeberrimus Garidel in ſua Hiſt. Plant. per experientiam ſæpe repetitam ſibi conſtare ait, virtutem hanc rad. orchidis, ad opus Venereum excitandum eſſe valde æquivocam, vel nullam, & fabuloſam, ſi præconceptæ opiniones ſeponantur.

*Orchis latifolia, ſpica compacta Inſt. R. Herb.* Cynoſorchis latifolia, ſpica compacta C. B. Pin. 81. Orchis ſive Cynoſorchis tertius Dodonæi,

næi, Lobelio major, alter J. B. 2. 762. Cynoſorchis tertius Dod. Pempt. 235. Perenn. flor. Majo in dem Illkircher Wald. Eſt Cynoſorchis major IV. Tabern. figura ibidem.

*Orchis militaris, montana, ſpica rubente, conglomerata Inſt. Rei Herbar.* Cynoſorchis militaris, montana, ſpica rubente, conglomerata C. B. Pin. 81. Prodr. 28. **Wohlriechend roth Knabenkraut mit gedrungenem Strauß.** Perenn. flor. Jun. **auf Bergmatten bey Barr; in der Ruprechtsau in den Hecken des Walds; in dem Gansauer Wald an graſichten Orten; auf den Matten bey Haßlach gegen Niedeck.**

⊙ *Orchis militaris, montana, ſpica alba, conglomerata.* Perenn. flor. Jun. **in der Ruprechtsau in dem Wald gegen dem Rhein.** Inter copioſas ſpica rubente, conglomerata Orchides ſemel hanc obſervavimus, rariſſime occurrit, nec, quod ſciam, adhuc deſcripta eſt.

⊙ *Orchis militaris, montana, ſpica conglomerata, ex albo & purpureo variegato.* Flor. Jun. ibidem **in dem Ruprechtsauer Wald.**

*Orchis militaris, pratenſis, elatior, floribus variegatis Inſt. R. Herb.* Cynoſorchis militaris, pratenſis, elatior, floribus variegatis C. B. Pin. 81. Prodr. 28. **auf graſichten Orten auf dem Paßberg bey Buchsweiler**; in pratis Michelfeldæ obſervavit C. B.

*Orchis militaris, pratenſis, humilior Inſt. Rei Herbar.* Cynoſorchis militaris, pratenſis, humilior C. B. Pin. 81. Orchis parvis floribus, multis punctis notatis, an Cluſio Orchis Pannonica 4. J. B. 2. 765. Orchis Pannonica IIII. Cluſ. Hiſt. 268. **Klein punctirtes Knabenkraut.** Perenn. Flor. Majo, Jun. **bey Oßwald auf den Wieſen** copioſe. Eſt Orchis militaris, minor, & minima Rivini. Icon quoque in Flor. Jen. corr. p. 238.

*Orchis Morio, mas, foliis maculatis C. B. Pin.* 81. Orchis major, tota purpurea, maculoſo folio. J. B. 2. 763. Teſticulus Morionis mas Dod. Pempt. 236. **Geſprenckt Knabenkraut / Ragwurtz Männlein mit geſprengten Blättern.** Floret omnium prima, Aprili in Muteto C. B. Eſt Morio mas Tabern. Cynoſorchis morio Lob. Eſt minus frequens. Creſcit **auf Wieſen bey Oßwald.**

*Orchis Morio, foliis ſeſſilibus, maculatis* C. B. Pin. 82. Cynoſorchis Delphinia, maculoſis foliis, flore purpuro violaceo J. B. 2. 760. Cynoſorchis maculata Tabern. Icon. 660. Perenn. Flor. Majo **auf den Matten gegen Haßlach und Niedeck.**

*Orchis foliis ſeſſilibus, non maculatis C. B. Pin.* 82 Orchis major, purpurea, & aliorum colorum, cum alis virentibus J. B. 2. 761. Orchis V. Cluſ. Hiſt. 268. **Ragwurtz Weiblein mit purpurfarben Blumen.** Perenn. flor. Majo, Jun. **auf trockenen Wieſen in der Ruprechtsau; auf der Gansau** copioſe. Variat colore interdum, alæ ſemper virent.

*Orchis*

*Orchis foliis ſeſſilibus, non maculatis, flore lacteo* C. B. *Pin.* 82. Perenn. in der Ruprechtsau / an graſichten Orten.

* *Orchis Morio, fæmina* C. B. *Pin.* 82. Teſticulus Morionis fæmina Dod. Pempt. 236. Stendelwurtz mit Violblauen Blumen. Flor. April. Majo in dem Oſtwinckel copioſe; auf der Oßwalder Nachtweyd; Deſcript. in Bot. Paris. in Colore admodum variat, ſuavem caryophylli odorem ſpirat, interdum tres teſticulos habet, hæ radices adhibentur etiam in Confectione diaſatyrii. In agris incultis ſæpe uberrimus hujus plantæ proventus eſt.

*Orchis Morio, fæmina, flore roſeo H. R. P.* Stendelwurtz mit roſenfarben Blumen. Perenn. flor. Majo auf Wieſen gegen Oßwald.

*Orchis Morio, fæmina, flore niveo & verſicolore H. R. P.* Perenn. flor. Majo in der Ruprechtsau / gegen dem Engelländiſchen Hof.

⊙ *Orchis Morio, fæmina, parva Botan. Paris.* Perenn. flor. Majo auf Bergwieſen oberhalb Mutzig. Deſcript. ibid. Icon apud J. B. 2. 764. fig. 2. Tit. Icones Orchidum quorundam.

⊙ *Orchis Morio, fæmina teſticulis ternis Bot. Paris.* In dem Oſtwinckel hanc varietatem obſervavimus Majo.

*Orchis flore nudi hominis effigiem repræſentans, mas* C. B. *Pin.* 82. Orchis Anthropophora, Oreades, altera Col. Part. 2. 8. ubi Icon & Deſcript. Perenn. flor. Majo in der Ruprechtsau in prato & loco herbido gegen dem Auenheimer Wört; auf einer Bergwieſe in dem Urbisthal. Orchis hæc elegans & rara in Hortum tranſlata major & ſpecioſior reddita fuit in lætiore ſolo, per tres annos flores exhibuit intenſe purpureos vel rubentes quoad galeam, quæ trifida eſt, punctis & lituris ſanguineis in albo variegata, labium inferius obſcure homunculum cum brachiis & cruribus, atque exiguo proceſſu inter crura exhibet, unde denominatio orta. Caput ſub galea latet, calcaria obtuſa, folia liliacea in medio quaſi aſpergine quadam ſplendida, ſive maculis dilutioris coloris viridis notata erant, quæ notam caracteriſticam hujus Orchidis conſtituunt. In areſcente flore demum brachium & pedes incurvantur, in recenti magis recti ſunt. Radix teſticulata, magna ſatis, altero teſticulorum exiſtente vegetiori, altero flaccidiori & rugoſo vernali tempore.

*Orchis flore ſimiam referens* C. B. *Pin.* 82. Cynoſorchis latifolia, hiante cucullo minor Ejuſd. Pin. 81. Cynoſorchis altera Dod. Pempt. 234. Orchis altera, Oreades Cercopithecophora Col. Part. I. 320. Gemein Knabenkraut. Perenn. flor. Majo bey Oßwald und in der Ruprechtsau copioſe. Icon floris in Inſt. R. Herb. Tom. 2. Tab. 247. fig. a. & in Bot. Paris. Tab. XXXI. N. 25. Flos intus modo magis purpureus, modo dilute carneus cum galea cinerea. Hæc orchis ex mente Clariſſ.

riſſ. Tournefortii parum differt ab Orchide nudi hominis effigiem repræſentante fœmina C. B. Pin. Icon. Lobel. & Tabern. nil valet.

⊙ *Orchis flore ſimiam referens, candidiſſima.* Eſt hæc ſpecies ex rarioribus, nobis tantum bis obviam facta. Flor. Majo, **bey Oßwald auf einer Matt neben den Reben; und in der Ruprechtsau wohl unten.** Flos lacteo candore & nivea albedine ſpecioſus, cæterum præcedenti per omnia ſimilis eſt. Hanc quoque provenire **auf einer Wieſen in dem Ganſauer Wald bey dem Rhein** ex relatione Amici, Experientiſſimi Domini **Ehrmann** / Medicinæ Doctoris habeo. Planta hæc colorem album ſervavit in Herbario ſicco.

*Orchis barbata, odore Hirci, breviore latioreque folio* C. B. *Pin.* 82. Orchis barbata, fœtida, J. B. 2. 756. Tragorchis, Teſticulus Hirci Dod. Pempt. 237. **Geilwurtz / Bocksbödlen / Bocksgeil.** Perenn. flor. Majo, Jun. **bey Biſchoffsheim / gegen dem Waſſer / in den Hecken; zwiſchen Buchsweiler und Zabern auf dem Baßberg** copioſe; **in der Ruprechtsau bey des Jägers Hof; auf dem Gebürg bey Rappolsweiler.** Teſticulus ſive globulus radicis turgidus ex hac Orchide cum lacte coctus juvare dicitur Hecticos, Tabidos. Sunt ex mulierculis noſtratibus ruſticis quæ illas in taleolas ſciſſas & cum ovis frixas viris ſuis exhibent ad augendam virilitatem. In pago quodam Hircus odorem hujus radicis teſticulatæ percipiens, quam forte puella cum flore manu tenebat, hanc conatus eſt humi proſtrare, œſtro Venereo percitus.

*Orchis odore Hirci, longiore, anguſtioreque folio* C. B. *Pin.* 82. Teſticulus Hircinus Tabern. Icon. 672. Prioris varietas **gegen Mutzig** in dumetis. Aliquando hanc ipſam Orchidis ſpeciem obſervavimus flore pallidiore, labellum propendens, cum ſuo arunco, paucioribus purpureis maculis notatum, nec ut in altero ex fuſco rubrum.

*Orchis odore Hirci, minor* C. B. *Pin.* 82. Tragorchis minor, flore fuliginoſo, J. B. 2. 764. Tragorchis minor & verior, ſive Corioſmites vel Coriophora flore inſtar Cimicum Lob. Icon. 177. **Stinckend Wantzenknabenkraut.** Perenn. flor. Majo ad Jun. **bey Lingelsheim** copioſe; **auf Bergmatten hinter Barr.** Odor & color eſt inſtar cimicum.

*Orchis ſpiralis, alba, odorata J. B.* 2. 796. quoad deſcript. Triorchis alba, odorata, minor C. B. Pin. 84. Teſticulus odoratus ſive Orchis ſpiralis, minor Lob. Icon. 186. **Klein gewunden Knabenkraut / Herumtrat.** Deſcript. in Bot. Paris. Eſt Orchiaſtrum autumnale, pratenſe, ſpirale, album, odoratum Michel. Nov. Plant. Gen. p. 30. Tab. 26. ubi figura elegans, hactenus bona non extabat. Perenn. flor. circa finem Auguſt. & Septembri **auf trockenen Wieſen der Ganſau**; in locis herbidis **gegen dem Rhein-Ziegeloffen.** In Ericetis circa Michelfeldam vidit C. B. Flos caret calcaribus, radix ex pluribus bulbulis longis

conſtat napi aut rapunculi radici æmulis, flos habet ſexpetala ut aliæ Orchides.

⊙ *Orchis repens Eyſtet.* Æſt. ord. 4. f. 5. Pſeudorchis C. B. Pin. 84. Orchis minor, radice repente Cam. Icon. 35. Orchis radice repente J. B. 2. 770. Klein kriechend Knabenkraut. Hanc in monte Waſſerfall / dem Fuß des Elſaßiſchen Juravorgebürgs obſervavit C. B. Flor. Jun. Jul. in umbroſis montium & ſylvarum hinter Rappolsweyler auf dem Hochgebürg eandem quoque provenire ab incolis ibidem Rhizotomis certior facti ſumus. Deſcriptionem accuratam non habemus; Figura in Camerario bona. Flos conſtat quatuor tantum petalis.

*Orchis bifolia, altera C. B. Pin.* 82. Orchis Hermaphroditica, bifolia J. B. 2. 772. Teſticulus Vulpinus IV. Hermaphroditicus Tabern. Icon. 669. Fuchshödlein / weiß Knabenkraut mit langen Spörlein / *Couillon de Renard.* Perenn. flor. Majo, Jun. in dem Ruprechtsauer Wald / wo die Redoute nahe dabey geſtanden. Eſt Orchis flore libellam referens Bot. Paris. Eſt Teſticulus vulpinus H. Eyſtet. ubi Icon elegans.

*Orchis alba, bifolia, minor, calcari oblongo C. B. Pin.* 83. Orchis alba, calcari longo J. B. 2. 771. Orchis Serapias Dod. Pempt. 237. Weiß Stendelwurtz mit langen Spörlein / und wohlriechenden Blumen / Fuchshödlein. Perenn. flor. Majo, Jun. bey Hangenbietenheim an denen Reben / ubi frequens eſt; auf dem Gebürge hinter Barr; und auf den Bergen zu Heiligen oder Helgenſtein copioſe. Flos egregie odoratus eſt & ſuaveolens. Figura extat in H. Eyſt. nomine Orchidis albæ minoris. Ord. Æſt. Fol. 4. fig. 4.

*Orchis trifolia, major C. B. Pin.* 83. Triorchis trifolia Tabern. Icon. 678. Bergknabenkraut / Nagwurtz. Perenn. flor. April. circa finem & Majo ad Jun. auf dem Gebürg hinter Schönburg gegen dem Steinthal. Eſt Orchis alba calcari longo J. B. 2. |XIX. p. 771. Bot. Paris. ubi plura ſynonyma. Parum vel nihil differt a præcedenti.

*Orchis Fucum referens, major, foliolis ſuperioribus candidis & purpuraſcentibus C. B. Pin.* 83. Orchis Fuciflora, galeâ & alis purpuraſcentibus J. B. 2. 766. Orchis Serapias, ſecundus, major, Dod. Pempt. 238. Icon. elegans in H. Eyſt. majori fere forma quam naturali. Knabenkraut wie eine Angelmuck noſtratibus, Hummelblum. Perenn. flor. ab initio Junii in dem Ganſauer und Jllkircher Wald; in der Ruprechtsau; auf dem Paßberg bey Buchsweiler; auf Bergmatten bey Barr copioſe, cum apice luteo in extremitate petali inferioris, qua ratione differt hæc Orchis ab Orchide Araneam referente Bot. Paris. Icon. H. Eyſtet. hunc apicem luteum adjecit huic ſpeciei, ſed minus naturæ convenienter, flos habet calcar, Bot. Paris. radix teſticulata. Icon quoque elegans in Buxbaum Pl. minus cognit. Cent. III. Tab. XXIII.

⊙ *Or-*

⊙ *Orchis Fucum referens, major, foliolis ſuperioribus candidis, linea in medio viridi notatis.* Hanc varietatem obſervavimus **auf dem Baßberg / bey Buchsweiler; auf dem Haulenberg bey Mundolsheim** illam vidit Dnus. Bürckel, in inveſtigandis plantis ſolertiſſimus. In horto poſtea culta hæc planta, ſimiles prorſus flores produxit.

*Orchis Fucum referens, colore rubiginoſo C. B. Pin.* 83. Orchis ſive Teſticulus Sphægodes, hirſuto flore J. B. 2. 767. Teſticulus Vulpinus, ſecundus, ſphægodes Lob. Icon. 179. **Braune Hummelblumen.** Perenn. flor. Majo **in der Ruprechtsau/ bey dem Engelländiſchen Hofe; bey Oßwald auf einer Matte neben den Reben** copioſe. Icon. flor. in Inſt. R. Herb. cum ſuis varietatibus. Flos ut plurimum eſt quaſi ſericea hirſutie leviter obſitus, Icon quoque in Buxbaum Cent. III. Tab. 28. Plant. minus cognitarum p. 14. Foliola ſuperiora viridia.

*Orchis Fucum referens, floribus variegatis C. B. Pin.* 83. Perenn. flor. Majo ibidem, **auf dem Baßberg.**

*Orchis Fucum referens, flore ſubvirente C. B. Pin.* 83. Orchis Melitias J. B. 2. 767. Orchis Serapias, ſecundus, minor, Dod. Pempt. 238. Perenn. flor. Majo ibidem, una cum aliis permiſta.

*Orchis Muſcæ corpus referens, minor, & galea & alis herbidis C. B. Pin.* 83. Orchis Myodes galea & alis herbidis, & Orchis Serapius, tertia Dodonæi & Myodes 1. Lobel. J. B. 2. 767. Orchis Myodes prima, floribus Muſcam exprimens Lob. Icon. 181. **Klein Fliegenſtendelwurtz / Fliegenblumen / Knabenkraut wie eine ſchwartze Fliege.** Perenn. Flor. ab initio Maji ad Jun. **bey Oßwald; in dem Jllkircher Wald; auf den Berglein bey Mundolsheim.** Floris Iconem nitidam exhibet Botan. Paris. Tab. XXXI. fig. 7. Creſcit hæc ſpecies ſolitaria, adeo ut vix duæ vel tres plantæ in uno loco occurrant.

⊙ *Orchis Araneam referens, petalis ſuperioribus magnis intenſe purpureis, roſtello longiori, aviculam mentiente, apice lutea in extremitate petali inferioris.* Orchis Araneam referens Bot. Paris. Tab. XXX. Fig. 10. 11. 12. 13. ſine deſcriptione. Icon. quoque in Inſt. R. Herb. 11. Tab. 247. Lit. K. D. Perennis, flor. Majo, Jun. **auf dem Baßberg bey Buchsweiler.** Flores in eleganti hac ſpecie minores ſunt, quam in Orchide, (cui alias admodum ſimiles ſunt,) fucum referente, foliolis ſuperioribus candidis & purpuraſcentibus C. B. petala ſuperiora majora ſunt, ſub rictu ſeu roſtello ſtamina cum apicibus aurei coloris hærent, in extremitate petali inferioris prominentia lutea conſpicitur, folia latiora ſunt & magis viridia & denſius collocata. Varietates florum delineatæ in Bot. Paris. Tab. XXX. fig. 10. & in Buxbaum Plant. minus cognit. Cent. III. Tab. 23. & 24. Radix teſticulata. Illa Orchis, quam C. B. Araneam referentem, Lobelius Icon. 185. Arachnitin, Ephem. Nat. Cur. Ann. II. Obſ. XLI. Tab. V. Araneis ſimilem cum figura, nominat, neque

que à Tournefortio, neque à Vaillantio, nec à Boerhavio agnita, nec in Alſatia huc uſque viſa eſt.

⊙ *Monorchis flore calcari deſtituto ac radice unico tantum prædita bulbo.* Michel. Nov. Plant. Gen. p. 30. Tab. 26, Orchis parva, autumnalis, lutea J. B. 2. 768. Menzelio Pugill. rar. Plant. Ruppio Flor. Jen. pag. 240. & C. B. vocatur Monorchis odorata, Moſchata, **gelb wohlriechend Knabenkraut mit einer Zwiebel/ gelbe Ragwurtz.** Flores ex herbido lutei ſunt, folia glabra imum caulem alternatim amplectuntur ſtatim à radice, caulis pedalis, ſæpe multo minor. Radix ſecundum J. B. interdum ex pluribus parvis bulbulis conſtat, tenuibus tantum filamentis pendulis, qui facile inter effodiendum remanent, in Alſatia unico tantum teſticulo inſtructa hactenus viſa fuit, & quorundam opinione ceram redolet. Perenn. Flor. Jul. Aug. **bey Oßwald; bey Hangenbietenheim auf den Bergen** copioſe; **zwiſchen Lingelsheim und Geyſpoltzheim; bey Mundolsheim auf dem Haulenberg** frequens eſt, & majori atque ſpecioſa forma ibi obſervatur.

*Orchis Papilionem referens, foliis maculatis* C. B. Pin. 84. Orchis Ornithophora folio maculoſo J. B. 2. 759. Lob. Icon. 183. **Fuchshödlein.** Perenn. flor. circa finem Aprilis & Majo **auf dem Lingelsheimer Feld; auf dem Hochgebürg bey Rappolsweiler.**

*Orchis palmata, pratenſis, latifolia, longis calcaribus* C. B. Pin. 85. Palmata non maculata J. B. 2. 774. Satyrium Baſilicum mas Dod. Pempt. 240. **Breitblätteriche Wieſenhändleinwurtz mit langen Sporen/ Händleinwurtz/ Creutzblumen/ Knabenkraut Weiblein** noſtratibus mulierculis rhizotomis. Perenn. flor. Majo **bey Lingelsheim auf feuchten Wieſen.** Non vel leviter maculata eſt, variat floris colore albo ſed rarius, ſaturato roſeo cum maculis purpuraſcentibus, quæ eſt Palma Chriſti erecta, variegata H. Eyſt. Æſt. o. 4. Fol. 5. Fig. 2. Variat etiam colore carneo, Eſt Palma Chriſti erecta, flore incarnato H. Eyſt. o. 4. fol. 5. fig. 3. Flor. Icon. in Bot. Paris. Tab. 31. fig. 1. Clariſſ. Autor ejus Orchidem Palmatum paluſtrem, latifoliam C. B. Pin. & hanc pratenſem latifoliam pro ſynonymis habet, flores à foliolis, qui eos ſuſtinent in utraque ſeparantur. C. B. Plura ſynonyma recenſentur ibidem.

*Orchis palmata, pratenſis, maxima* C. B. Pin. 85. Cynoſorchis macrocavlos ſive Conopſea, ſive galericulata C. Gemmæ Lob. Icon. 192. Palmata ſive Cynoſorchis macrocavlos galericulata C. Gemmæ J. B. 2. 777. Perenn. flor. Majo in pratis Muteti copioſe in Sundgovia, atteſtante C. B. Prodr. p. 31. ubi Icon. ſed minus adæquata.

*Orchis palmata, pratenſis, anguſtifolia, major.* C. B. Pin. 85. Palma Chriſti tertia Eyſtet. **Schmahlblätterich Händleinwurtz.** Perenn. flor. Majo, Jun. **auf Bergwieſen bey Barr; auf der Lingelsheimer Nachtweyd/** ubi illam Auguſto adhuc florentem obſervavit Dnus. Bürckel, Rei

Her-

Herbariæ ſtudioſiſſimus. Foliis erat valde anguſtis, mucronatis, floribus grandiuſculis albis, interdum etiam occurrunt dilute purpurei, denſe in ſpicam congeſti, labium tripartito diviſum, caulis pedem altus & ultra, radix palmata. An palmat. prat. anguſtifol. C.B. Prodr. pag. 30. ?

*Orchis palmata, pratenſis, maculata C. B. Pin.* 85. Palmata ſpecioſiore thyrſo, fol. maculato J. B. 2. 774. Satyrium baſilicum fæmina Dod. Pempt. 240. **Händleinwurtz mit geflecten Blättern/ Creutzwurtz mit gefleckten Blättern.** Perenn. flor. Majo, Jun. **auf Feldern vor dem Jllkircher Wald; bey Reichſtett** in agris, ex communicatione Dni. Bürckel, ſupra dicti. Eſt Palma Chriſti maculata H. Eyſt. Vern. o. 2. F. 17. fig. 3.

*Orchis palmata, pratenſis, maculata, flore albo C. B. Pin.* 85. Palma Chriſti erecta, flore candido Eyſt. Perenn. flor. Jun. **auf feuchten Wieſen bey Jllkirch; bey Oßwald an tieffen Orten; bey Reichſtett/** non differt ſpecie à priori.

*Orchis palmata, pratenſis, maculata, flore variegato. C. B. Pin.* 85. Palma Chriſti erecta, flore variegato Eyſt. Perenn. flor. Jun. **auf der Lingelsheimer Nachtweyd** copioſe.

⊙ *Orchis palmata, maculata, flore albido, rubellis punctis & ſtriis leviter notato.* Differt à priori notabiliter, caulis & ſpica inſignis magnitudinis, flos fere in totum albus. Perenn. flor. Jun. ibidem.

*Orchis palmata, anguſtifolia, minor, odoratiſſima C. B. Pin.* 86. *Prodr.* 30. **Wohlriechende Händleinwurtz mit ſchmahlen Blättern.** Perenn. flor. Auguſto, Septembri, circa autumnum, **bey Hangenbietenheim gegen dem Canal; bey Eſchau auf Matten; in der Ruprechtsau; in dem Jllkircher Wört.** Variat admodum magnitudine modo dodrantali, modo ſeſqui pedali. Ordinarie minor eſt notabiliter ac ſequens, flores dilutiori colore purpureo præditi, pallide rubri, & ſuaveolentes, calcaria æque longa. In pratis humidis Michelfeldæ quoque vidit C. B. Ex purpura albidos hos flores aliquando obſervavimus **auf dem Paßberg bey Buchsweiler.**

*Orchis palmata, minor, calcaribus oblongis C. B. Pin.* 85. Orchis palmata, anguſtifolia, minor Ejuſd. Palmata rubella, cum longis calcaribus rubellis J. B. 2. 778. Serapias minor, rubello nitente flore, anguſtifolia, nullis inſperſis punctulis Lob. Icon. 189. Perenn. flor. Jun. Jul. **bey Hangenbietenheim; in dem Jllkircher Wald; auf den Berglein bey Mundolsheim** copioſe **bey der Kirch**; in prato inter **Masmünſter** & St. Germain vidit J. B. Flores ſine odore, intenſe rubri ſunt.

*Orchis palmata, montana, maculata C. B. Pin.* 86. Palmata alba J. B. 2. 775. Serapias candido flore, montana, maculatis foliis Lob. Icon. 189. Eſt Palma Chriſti maculata, montana Tabern. **Berghändleinwurtz.** Perenn. flor. Jun. **auf Bergwieſen hinter Barr.**

 ⊙ *Or-*

⊙ *Orchis palmata, montana, maculata, flore variegato.* Palmata maculata J. B. 2. 775. Perenn. flor. Junio bey Hoch-Andlau. Folia pallide magis viridia ac in pratenſi & anguſtiora, atque diſtinctis magis & rotundioribus maculis notata, flores purpurei cum punctis vividioris rubri coloris.

*Orchis palmata, Batrachites C. B. Pin.* 86. Serapias Batrachites vel Myoides Lob. Icon. 193. Flos galeam habet, duas alas, & propendentem infra appendicem homunculum referentem, calcari donatum dicit Bot. Paris. Tab. XXXI. N. 6. ubi figura floris. Eſt Orchis palmata flore viridi C. B. Pin. 86. & Prodr. 30. ubi deſcript. Icon. floris in Bot. Paris. N. 6. 7. 8. l. c. Orchis palmata, flore galericulato, dilute viridi 7. Raji Hiſt. 2. 1224. Perenn. flor. Majo, Junio, in der Ruprechtsau; bey Oſswald; bey Lingelsheim; bey Niederhauſsbergheim.

*Orchis palmata, anguſtifolia, Alpina, nigro flore C. B. Pin.* 86. Palmata minor, odoratiſſima, purpurea, ſive nigra J. B. 2. 778. Palma Chriſti minor, fæmina Tabern. Icon. 681. Perennis Flor. Jun. trium unciarum altitudine vel quatuor; in Hortum tranſlata ultra annum non durat. Creſcit etiam ſub nive in ſummo cacumine in Alſatia auf dem Hochgebürg oberhalb der ſchwartzen See / gantz oben auf / da man auf einer Seit Elſaſs / auf der andern Lothringen überſehen kan. In jugis montium Helvetiæ & ſummis Alpibus dodrantalis provenit. Alias non niſi in ſummis montium jugis provenit, locis tenui gramine veſtitis, incultis in Alpibus Helveticis, inter Juniperos, Ericas & dumeta. Folia croci, caulis palmaris, junceus, lævis, in cujus cacumine flos emicat atro-purpureus, qui recens odorem, quam ſuaviſſimum reddit, & eundem etiam aridus atque in pollinem tritus, diu ſervat. In Hortis non durat ultra annum, ſemen inutile videtur ut in reliquis orchidibus. Klein Händleinwurtz Weiblein / Alpicolis, Brändlen. Eſt Orchidis Serapiadis ſive Satyrii Baſilicum, odoratiſſimo flore minimo quædam ſpecies Alpina, coloris ex puniceo nigricantis J. B. Dyſentericis in pulverem redactum ex vino propinat, vel frixum cum ovis præbet J. B. Eſt Palma Chriſti minor Camerar. Epit. Math. p. 627. Quamvis collectio illa aquarum die ſchwartze See dicta, in Charta Geographica quaſi plana & æqualis repræſentetur, altiſſimis tamen & præruptis montibus circumdata eſt, ſi exceperis illum locum ex quo rivus egreditur, & paulo poſt ſub terram ſe condit.

*Orchis palmata, paluſtris, latifolia C. B. Pin.* 86. Palmata ſive Serapias, paluſtris, latifolia, flore albo ſubpurpuraſcente J. B. 2. 775. Satyrium Baſilicum,ślioſum Dod. Pempt. 241. Breitblätterige Händelwurtz / Waſſerhändelwurtz. Perenn. flor. Majo auf der Lingelsheimer Nachtweyd; auf einer waſſerichten Matte dabey gegen Oſswald zu; in der

Ru-

Ruprechtsau an feuchten Orten; in der Tieffe an dem Glacis vor dem Fiſcherthor / gegen der Citadell. Hanc & Palmatam pratenſem latifoliam longis calcaribus pro iisdem habet Clariſſ. Autor. Botan. Paris.

*Orchis palmata, paluſtris, altera C. B. Pin.* 86. Palmata Serapias, paluſtris, leptophylla, violacea, maculata & non maculata J. B. 2. 776. Serapias paluſtris, altera, leptophylla Lob. Icon. 100. Waſſerhändleinwurtz mit geſleckten Blättern. Perenn. flor. Majo bey Reichshoffen maculata, non maculata auf den Matten bey Haßlach.

*Orchis palmata, paluſtris, maculata C. B. Pin.* 86. Palmata paluſtris, Nephelodes J. B. 2. 777. Cynoſorchis paluſtris, altera, lophodes vel Nephelodes C. Gemmæ Lob. Icon. 194. Perenn. auf feuchten Wieſen bey der Lingelsheimer Nachtweyd; bey Mertzweiler copioſe.

*Orchis palmata, paluſtris, tota rubra C. B. Pin.* 86. Palmata floribus impenſe rubris J. B. 2. 777. Cynoſorchis Dracontias, foliis & floribus impenſe rubris Lob. Icon. 191. Waſſerhändleinwurtz mit gantz rothen Blumen. Perenn. flor. Majo, Junio auf Matten bey Lingelsheim; bey Mertzweiler.

* *Oreoſelinum Apii folio, majus Inſt. Rei Herbar.* Daucus montanus, Apii folio, major C. B. Pin. 150. Libanotis altera quorundam, aliis dicta Cervaria nigra J. B. 3. Part. 2. 165. Schwartzhirtzwurtz / Berg-Peterſilgen / Bergpeterlein / *Perſil de Montaigne.* Eſt Cervaria Rivini. Icon quoque elegans in Garidel Hiſt. Plant. Tab. 116. Perenn. flor. Jul. Aug. auf dürren Matten oberhalb Benfeld copioſe. In Vogeſi montibus obſervavit Tabern. In montibus Sundgoviæ C. B. qui illam quoque foliis tenuius diviſis obſervavit in pratis Michelfeldenſibus. Flos roſaceus, umbellatus, ſemina nuda, gemella, ovata, plana, ampla, ſtriata & marginata. Radix cum ſeminis parva quantitate in vino decocta, cum vinum prius ſacharo edulcoratum fuerit, præſentaneum remedium dicitur in Colica à cauſa frigida. Semen in vino decoctum urinam & menſes pellit, in ſtranguria valde efficax, ſi à nimio potu cereviſiæ recentis contracta.

* *Oreoſelinum Apii folio, minus Inſt. R. Herb.* Apium montanum nigrum C. B. Pin. 153. & Apium montanum, folio ampliore Ejuſd. Apium montanum Dalechampii J. B. 3. Part. 2. 103. & Apium montanum nigrum Ejuſd. 104. Oreoſelinum ſive Veelgutta Dod. Pempt. 696. *Perſil de Montaigne*, Bergpeterlein / Bergeppich / Vielgut / valde bona, multa buona. Perenn. flor. Jul. Aug. in dem Been oder Behwald / ubi ante nos Tabern. frequentiſſimum obſervavit in ſandichtem / ſteinichtem Boden. Creſcit quoque eodem notante auf Bergwieſen unter Bergzabern unten an dem Gebürge; bey Cronweiſſenburg / auf dem Wurmberg gleich unten an dem Keſtenwald copioſe. Hanc quoque obſervavimus auf Bergmatten auf dem Halgenſteiner Hochgebürge / ſonſt Falckenſtein

ckenſtein genannt/ zwey Stund von Blinſchweiler. In Alſatia ſuperiori copioſe creſcentem prope St. Thamarin vidit J. B. Circa Reichenſtein/ in monte Creutzach C. B. In pratis ſiccis & arenoſis non longe à Befordia, ſecus viam. Icon in Rivino nomine Oreoſelini, & in Garidel. Hiſt. Pl. Semina ſtriata & marginata ſunt margine candido, ſummitates ſi terantur ſeminibus demptis, ſuaviſſimum ſpirant odorem, docente Rivino. Iisdem cum præcedente viribus pollet.

*Oreoſelinum pratenſe, Cicutæ folio Inſt. R. Herb.* Daucus Alſaticus C. B. Prodr. 77. Umbellifera Alſatica, magna, umbella parvâ, ſublutea J. B. 3. Part. 2. 106. Perenn. flor. Jul. ad Octobrim auf feuchten Matten bey Ehrſtein; inter Ruffach & Colmariam; inter Colmariam & Sultz hominis altitudinem excedentem J. B. vidit; inter Seleſtadium & Argentinam C. B. æque frequentem ac in dumetis Alſatiæ ſuperioris. Eſt Paſtinaca paluſtris, altiſſima, foliis ſeſeleos pratenſis Flor. Jenens. ſapore & odore Paſtinacæ. An Angelica pratenſis, Apii folio, altera Boerhavii Ind. Pl. Alt. p. 68.?

* *Origanum ſylveſtre, Cunila bubula Plinii C. B. Pin.* 223. Origanum vulgare, ſpontaneum J. B. 3. 236. Origanum ſylveſtre Dod. Pempt. 285. *Origan*, Doſt/ Wohlgemuth/ Orant Deſcript. in Bot. Par. Icon. in Rivino. Perenn. flor. Jul. & Aug. in dem Oſtwinckel copioſe. Flos monopetalus labiatus, labium ſuperius ſurrectum, bifidum, inferius tripartitum, media pars cava, ſemina quatuor ſubrotunda, flores in ſpicis ſquamoſis. Abundat ſale volatili oleoſo aromatico, hinc Emmenagoga, diuretica, decoctio admodum calida in aſthmate humido ad expectorationem ſputi promovendam egregia. Externe adhibetur in balneis, ſemicupiis, in paſſione hyſterica, chloroſi, paralyſi, Tournef. Hiſt. Plant. Paris. Oleum deſtillatum Origani denti carioſo inditum cum pauco goſſypio, prompte dolorem ſedat Garidel Hiſt. Plant. 343. Hoc ipſum etiam oleum Thymi, oleum Caryophyllorum præſtare, idem affirmat.

*Origanum ſylveſtre, floribus ex candido rubentibus. C. B. Pin.* 223. Rothe Doſten mit weiß vermiſcht. C. B. 223. Perenn. flor. Aug. bey Lingelsheim zu den drey Kreutzen; in dem Illkircher Wald.

*Origanum ſylveſtre, album C. B. Pin.* 223. Origanum album Tabern. Icon. 344. Perenn. flor. Jul. Aug. bey Mittelhaußbergheim in den Reben; in dem Illkircher Wald.

*Ornithogalum bifolium Germanicum, cœruleum Inſt. Rei Herbar.* Hyacinthus ſtellaris, bifolius, Germanicus C. B. Pin. 45. Hyacinthus ſtellatus, trifolius, bifolius vernus dumetorum, flore cœruleo J. B. 2. 579. Hyacinthus, cœruleus, mas, minor Fuchs. Hiſt. 837. Blaue Hecken-Sternblumen/ zweyblätteriger teutſcher Hyacinth. Perenn. flor. April.

April. bey Oßwald auf den Wieſen; in dem Oſtwinckel copioſe. Flos liliaceus, hexapetalus, ſtellatus, fructus ſubrotundus, trilocularis, ſemina ſubrotunda, folia longiora. Radice bulboſa aut tuberoſa; differt à Phalangio, bulbillis plurimum ſe multiplicat.

*Ornithogalum album, umbellatum, anguſtifolium C. B. Pin.* 70. Ornithogalum vulgare & verius, majus & minus J. B. 2. 630. Bulbus Levcanthemus minor ſive Ornithogalum Dod. Pempt. 221. Weiſſe Feldzwiebel / Sternblümlein / Ackerzwiebel / perenn. flor. Majo in Sundgovia C. B. in agris vidit.

*Ornithogalum bifolium, Germanicum, flore carneo Inſt. R. Herb.* Hyacinthus ſtellaris, bifolius, Germanicus, flore carneo C. B. Pin. 45. Peren. Flor. April. auf Wieſen bey dem Mauerhoff.

*Ornithogalum, bifolium Germanicum, flore exalbido Inſt. R. Herb.* Hyacinthus ſtellaris, Germanicus, flore exalbido & velut cinericio C. B. Pin. 45. bey Arbogaſt in den Feldern.

*Ornithogalum luteum C. B. Pin.* 71. Bulbus ſylveſtris Fuchſii flore luteo, ſive Ornithogalum luteum J. B. 2. 623. Bulbus ſylveſtris Dod. Pempt. 221. *Oignon ſauvage*, groſſe Feldzwiebel mit gelben Blumen / gelber groſſer Stern. Eſt Stellaris arvenſis flore luteo, umbellato Dillenii. Perenn. flor. April. Majo bey Biſchweiler auf dürren ſandichtem Boden; an der grünen Wart / bey dem Hammerſchlag / oder Kupffer-Hammer. Character apud Dillen. Cat. Giſſ. Figura in Garidel Hiſt. Tab. 74. Flores plus minus ramoſi. In Sundgovia illos vidit. C. B. flore, ſtaminibus & vaſculis duplicatis in ſolo pinguiore aliquando reperiuntur. Dillen. l. c. p. 38.

*Ornithogalum luteum, minus C. B. Pin.* 71. *J. B.* 2. 624. Ornithogalum Pannonicum, luteo flore Cluſ. Hiſt. 189. Kleine Feldzwiebel mit gelben Blumen. Perenn. flor. April. vor dem Weiſſenthurn auf Ackern inter ſegetes; bey Lingelsheim auf Ackern; bey dem Hammerſchlag nahe an der grünen Wart. Hoc Ornithogalum minus vix ſpecie differre ab Ornithogalo luteo C. B. Clariſſ. Dillenius exiſtimat, in utroque bulbuli ad umbellæ baſin naſcentes interdum in caulis divaricationibus hærent, & decidentes propagationi inſerviunt, vaſcula ſeminalia raro maturantur triquetra & tricapſularia, radices ex innumeris quoque bulbulis conſtant. Eſt Bulbus ſylveſtris ſive Ornithogalum luteum Eyſtet. Varietas prioris. In uno agro bey der grünen Wart omnes tres ſpecies obſervatæ fuerunt, nec multum inter ſe differunt.

Ornithogalum anguſtifolium, bulbiferum C. B. Pin. 71. Ornithogalum anguſtifolium, campeſtre, luteum, minimum, bulbiferum Col. Part. 1. 323. Perenn. flor. ab initio April. bey Haußbergheim in den Rebberglein copioſe; nahe bey Dorliſheim; auf Feldern bey Lingelsheim.

heim. Bulbuli ad baſim umbellæ hærentes, per maturitatem decidunt, & propagationi inſerviunt. Icon in Columna.

*Ornithopodium majus C. B. Pin.* 350. Ornithopodium flore flaveſcente J. B. 2. 350. Ornithopodium Dod. Pempt. 544. *Pied d'oiſeau*, Vogelfuß / Vogelpfote. Eſt Ornithopodium radice tuberculis nodoſa C. B. Pin. 350. Deſcript. in Bot. Paris. Flor. Jun. ad Aug. Demeſſa ſegetre occurrit auf dürren Ackern in dem obern Ried bey Boſtsheim. Flos papilionaceus, cujus vexillum album, radiis rubris interſtinctum, alæ albicantes, carina flava, ſiliqua falcata, recurva, articulata, undulata, in articulis ſingulis ſemen rotundum, ſiliquæ teretes, aduncæ, plures ſimul pedes avicularum repræſentant.

*Ornithopodium minus C. B. Pin.* 350. Perpuſillum Ornithopodium Lob. Icon. 82. Flor. Jul. Aug. bey Hagenau in agro requieto quodam obviam nobis factum, rarius apud nos alias, vel minus ſollicite obſervatum, in Gallia frequens, floret Junio.

*Orobanche major, Caryophyllum olens C. B. Pin.* 87. Orobanche flore majore J. B. 2. 780. Limodoron ſive Orobanche Dod. Pempt. 552. Sommerwurtz / wohlriechende Orobanche, Erdenwürger. Icon in Rivino & Horto Eyſtet. Flor. Majo, Junio bey Niederhaußbergheim in den Klammen; bey Jllkirch auf Ackern; auf dürren Bergwieſen in dem Urbisthal. Variat colore, modo luteolo ſeu flaveſcente, modo ex purpureo obſoleto ſubpallido Bot. Paris. In der Ruprechtsau auf dürren Ackeren / utraque ſpecies vel varietas copioſe creſcit. Annotante C. B. ſæpius alicujus vicinæ plantæ fibris adnaſcitur, in primis Geniſtæ, unde Rapum Geniſtæ Dod. ſuaviter olet. Flos monopetalus, anomalus, perſonatus, in duo labia diſtinctus, ſuperiori galeato, inferiori tripartito, fructus bivalvis, compreſſus, oblongus, in duas veluti carinas dehiſcens, ſemina minutiſſima, pulverulenta. Rivinus bicapſularem vocat hunc fructum. Icon elegans apud eundem.

*Orobanche ramoſa, floribus purpuraſcentibus C. B. Pin.* 88. Orobanche minor, purpureis floribus ſive ramoſa J. B 2. 781. Orobanche III. πολύκλωνος Cluſ. Hiſt. 271. Erdenwürger / Hanfwürger. Perenn. flor. Jul. Aug. bey Oßwald in der Frucht; bey Schiltigheim in den Tabackſtücken.

*Orobanche ramoſa, floribus ſubalbidis C. B. Pin.* 88. Perenn. flor. à Jul. uſque ad medium Septembris auf der Gansau inter ſegetes.

*Orobanche ramoſa, floribus cæruleis C. B. Pin.* 88. Perenn. flor. Aug. auf Tabackſtücken hinter der Citadell / und gegen Oßwald.

☉ *Orobanchoides noſtras, flore oblongo, flaveſcente. Tournef. Comment. Acad. Reg. Scient. Anno* 1706. *pag.* 107. Perenn. flor. Jun. Jul. obvium nobis factum inter folia exarida deliteſcens, cum vaſculis quadricapſularibus & quadrangulis exſiccatis, cum caule, & forſan plusquam annuo

ſpatio

ſpatio ſuperſtitibus poſt defloreſcentiam, uti ſolet hæc planta ſicca diu durare. Auf dem Hochgebürg in dem Oberen Elſaß oberhalb Duſenbach / unter kleinen zerfallenen Felſenſtücklein / und abgefallenem dürren Laub; in einem Forenwald bey Lutterburg / ſub Pinis ſylveſtribus in dem Bienwald. Ordinarie profunde radicatur, caulis ſubter terram ſquamis nigricantibus tegitur, ſuperne ſquamæ ruſeſcunt, caulis albicat, per vetuſtatem autem omnia luridi coloris fiunt, flores cum ſquamis, ſub quibus deliteſcunt, parvam ſpicam efficiunt, ſemina ſcobiformia. Eſt Orobanche quæ Hypopitis dici poteſt C. B. Prodr. 31. N. 3. Orobanche Hypopitis lutea March. Brand. Menzel. Pugill. rarior. Plant. Tab. 3. F. 2. Hypopitis Rivini, Dillenii, qui illam accurate deſcripſit Append. ad Cat. Plant. circa Giſſam naſcent. p. 134.

*Orobus ſylvaticus, purpureus, vernus, C. B. Pin.* 351. Galega nemorenſis, verna J. B. 2. 343. Orobus Pannonicus I. Cluſ. Hiſt. ccxxx. Frühzeitige Erven / Waldphaſeolen. Eſt Orobus Rivini. Perenn. flor. April. Majo auf einer Wieſe / bey dem Eckboltzheimer Wald copioſe; bey Gäußburg der Melckerey oberhalb Niedeck; in confiniis Sundgoviæ in Muteto vidit C. B. Flos papilionaceus, ſiliqua teres, ſemina ovata, folia bina, conjugata in mucronem abeunt. Creſcit quoque copioſe auf dem Gebürg hinter Barr.

*Orobus ſylvaticus, Viciæ foliis C. B. Pin.* 352. Aſtragalus major Fuchſio J. B. 2. 334. Orobus Pannonicus II. Cluſ. Hiſt. ccxxx. Wald-Phaſeolen mit Wickenblättern. Eſt Orobus Viciæ foliis Rivini. Flor. Majo, Jun. auf dem Gebürge zwiſchen Haßlach und Niedeck; in denen Waldungen gegen Hochfeld. Flores papilionacei inſident longis petiolis, in quo differt à Vicia, ſiliquæ erectæ ſunt, ſic differt à Cracca. Enumerat. Plant. Hallens. accur. pag. 248. In Muteto, Münchenſtein Sundgoviæ vidit. C. B.

*Orobus ſylveſtris, anguſtifolius, Aſphodeli radice C. B. Pin.* 351. Orobus quorundam radice bulboſâ, flore albo J. B. 2. 326. Orobus Pannonicus III. Cluſ. Hiſt. ccxxxi. Perenn. flor. Majo, Jun. bey dem alten Niedecker Bergſchloß / ubi eundem quoque flore dilute purpureo obſervavimus.

*Orobus ſylvaticus, foliis oblongis, glabris Inſt. Rei Herbar.* Aſtragalus ſylvaticus, foliis oblongis, glabris C. B. Pin. 251. Aſtragaloides, ſive Aſtragalus ſylvaticus, Aſtragalo magno Fuchſii vel Chamæbalano leguminoſæ affinis planta J. B. 2. 334. Aſtragalus ſylvaticus Thal. Tab. 1. groſſe Waldwicken / Knollwurtzel / Erven mit knollichten Wurtzlen / Chriſtianwurtzel. Perenn. flor. Jun. Jul. in den Holwegen des Heiligenſteiner Gebürgs; in den Gebürgen hinter Haßlach copioſe; in monte Roßberg prope Maßmünſter illam vidit J. B. Eſt Orobus radice tuberoſa Rivini.

*Orobus latifolius, parvo flore, prorſus albo C. B. Pin.* 351. Galegæ nemorenſi vernæ ſimilis, multiflora, flore albo J. B. 2. 345. Perenn. flor. Majo, Junio auf dem Hochgebürg oberhalb Peris-Cloſter/ gegen der ſchwartzen See.

*Oſmunda vulgaris & paluſtris Inſt. Rei Herb.* Oſmunda regalis ſive Filix florida Parck. Theat. 1038. Filix floribus inſignis J. B. 3. 736. Filix ramoſa, non dentata, florida C. B. Pin. 357. Filix paluſtris Dod. Pempt. 463. *Oſmonde, Fougere aquatique*, Waſſerfarn / groſſe Waldfarn mit Blumen / Mayenträubel. Perenn. Floret circa finem Junii & Julio racemis globulorum albidorum, qui loco floris vel fructus ſunt, & pulverem luteum ſpargunt ſequentibus menſibus. Hanc plantam jam olim ante 133. annos proveniſſe auf dem Gebürge Lützelſtein unter einem Felſen / memoriæ prodidit Heliſæus Röslin in ſeiner Beſchreibung des Elſaß / und Waßgauiſchen Gebürges. Creſcit hodienum copioſe zwiſchen Wimmenau und Ingweiler an feuchten ſteinichten Orten / niemahls aber an fetten ſumpfichten Orten und Gegenden. Racemi iſti globulorum, in ſummitate pediculorum hærentes, tandem excutiunt pulverem iſtum fœcundantem, globuli, prius albidi, aperti autem ex fuſco rubeſcunt, folia per hyemem pereunt, radix craſſa, & omnium filicum ampliſſima, perennat, flore carere vulgo dicitur, fructus in racemis, folia latiora filice vulgari, nec ſerrata in margine.

*Oſmunda foliis lunatis Inſt. R. Herb.* Lunaria racemoſa, minor, vel vulgaris C. B. Pin. 354. Lunaria botrytis J. B. 3. 709. Lunaria Dod. Pempt. 139. *Lunaire*, Kleine Monraute / Figura quoque in Garidel Hiſt. Plant. Tab. 78. Perenn. Viget & floret Majo, Junio in dem Dettweiler Wald / etliche Stund von Buchsweiler copioſe; in dem Gebürg hinter Waſſenburg. Interdum racemis ramoſis & multifidis variat, apud nos tamen rariſſime. Apparet tantum circa finem Aprilis ad Junium, locis ſiccioribus, reliquis nuſquam. Loco fructus, pulverem luteum profert fœcundantem in globulis, in racemos congeſtis, qui calyces floris dici poſſunt. Quamvis autem flores à multis huic Plantæ denegentur, videtur tamen veritati & experimentis recentiorum Botanicorum conſentaneum, nullam dari plantam ſine flore, quæ ſemen aut fructum profert.

*Oxycoccus ſive Vaccinia paluſtris J. B.* 1. 227. Vitis Idæa paluſtris C. B. Pin. 471. Vaccinia paluſtria Dod. Pempt. 770 *Canneberge*, Mooßbeeren. Baccæ rubrum acquirunt colorem Auguſto, & matureſcunt Septembri, Octobri, atque ſub nive latent uſque ad vernum tempus incorruptæ, & tunc demum omnino maturæ, atque vinoſi ſaporis, & gratæ aciditatis. Luxuriat, & muſcum copioſe perreptat in dem Hagenauer Forſt / locis paludoſis; creſcit etiam copioſe bey Buchsweiler in dem Boſelshauſer Bann / vocantur ibidem incolis baccæ Keſſelbeeren.

ſelbeeren ; In cacumine montis Ballon. tractus Vogeſi Lotharingiæ adjacentis, vidit illam J. B. loco paludoſo. Figura nitida extat in H. Eyſtet. Autumn. ord. II. Tab. 10. fig. 2. Flos tetrapetalus, roſaceus, calyx abit in fructum rotundum, ſeu baccam umbilicatam, in quatuor loculamenta diviſam, ſemina ſubrotunda, caliculi tenues, radix transverſim repit, infra fibras demittens, rurſum cauliculos, folia crebra, pinnata inſtar ſerpilli, ſuperius viridantia, ſubtus ex cinereo rubentia. Baccæ hæ ruſticis inſerviunt ad febrium calorem & ſitim compeſcendam, & bilis ardorem demulcendum, in ſcorbuto curando baccæ Oxycocci aciduli ſaporis, largius & ſæpius comeſtæ, æque ac Vitis Idæa baccis rubris in locis Septentrionalibus.

*Oxycoccus latifolia Inſt. Rei Herbar.* Vitis Idæa, paluſtris, foliis majoribus, acutis Mentz. Pugill. rar. Plant. Deſcript. ſine Icone. Eſt Viti Ideæ affinis, Poliifolia, montana J. B. 1. Lib. 5. c. 10. p. 225. Icon. Tab. X. b. hujus Hiſtoriæ. Perenn. Flor. circa autumnum, ſub nive jam floſculi exigui prætenuitate vix conſpicui nudo oculo, hærent in extremitatibus ramulorum, fructus vix unquam ſub obtutum cadunt, ob nives, nimis cito in iſtis montium jugis ſupervenientes. Extrema foliorum plerumque contorquentur parum, eorumque ambitus verſus dorſum utrinque leniter flectitur, totus fruticulus, dodrantem vix ſuperans, virgultis crebris rubentibus, incurvis atque longis lignoſisque ac obliquis implicatis prorepit viticulis in uliginoſo ſolo, folia oblonga, uncialia, acuminata, inſtar Polii anguſtifolii, radices repentes, tenues, lignoſæ, quibus hinc inde fibræ capillaceæ per intervalla adhærent, quas emittit; ramuſculi, flexiles ſupini ubi terram attingunt radices agunt, flores & fructus raro conſpicui. Item obviam nobis quoque facta auf dem Hochgebürg gegen Niedeck / neben einer Waſſergrube.

*Oxys flore purpuraſcente Inſt. R. Herb.* Oxys ſive Trifolium acidum, flore purpuraſcente J. B. 2. 387. Trifolium acetoſum, vulgare, flore purpuraſcente C. B. Pin. 330. *Allelnia à fleur purpurine*, Perenn. Flor. April. in den Waldungen hinter Barr auf den Wurtzlen der Bäumen copioſe. Sapor ejus eſt blande acidus. Saurklee mit roſenfarben Blumen. Acetoſella.

*Oxys flore albo I. R. H.* Oxys ſive trifolium acidum flore albo J. B. 2. 387. Trifolium acetoſum, vulgare, flore lacteo C. B. Pin. 330. Trifolium acetoſum Dod. Pempt. 578. *Alleluia, Luiula, à fleur blanche*, Saurklee mit weiſſen Blumen / Buchampfer / Alleluja. Perenn. flor. April. ibidem hinter Barr auf denen Wurtzlen der Bäumen copioſe; an ſchattichten Orten gegen St. Ottilien.

* *Oxys flore ſubcæruleo Inſt. Rei Herbar.* Trifolium acetoſum, vulgare, flore ſubcæruleo C. B. Pin. 330. *Alleluia à fleur bleuâtre*, Saurklee mit

 blaulich-

ten Blumen / ibidem. Ruppius in Flora Jenenſi pag. 101. contendit, Tournefortium hunc florem minus recte campaniformem dixiſſe, cum non ſit monopetalus, ſed polypetalus, uti ungues conſideranti patere exiſtimat, quamvis ad latera cohærere videatur. Utilis eſt hæc planta ad ſanguinis efferveſcentiam temperandam in febribus biliosis, Simon Pauli. Illam maſticatam commendat ad ulcera oris; ſuccus ejus maculas nigras atramenti ex linteis diſparere facit, ſicut acetoſæ, citri, & omnis acidus ſuccus. Eleganti modo hoc præſtat ſal eſſentiale acetoſellæ, & prompto effectu in linteo bene madido digitis tritum in loco maculoſo. Fructus membranaceus eſt, oblongus, in quinque loculamenta diviſus, qui ſemina vi ſua elaſtica projicit in diſtans à baſi ad apicem.

# P

*PAnicum* vulgare, ſpica multiplici, aſperiuſcula Inſt. R. Herb.* Gramen Panicum, ſpica diviſa C. B. Pin. 8. Graminis genus, quibusdam Gallis Dens Canis 2. ſive Panicum ſylveſtre, panicula diviſa J. B. 2. 443. Panicum ſylveſtre Tabern. Icon. 279. *Panis*, Fenchgraß / Pfennichgraß mit rauhen Aehren / wilder Fench. Perenn. flor. Jul. an den Zäunen in der Ruprechtsau; neben den Ackern hinter dem Spital-Garten copioſe; Deſcript. accurata in Scheuchz. Agr. p. 49. Flores apetali, in ſpicam denſam collecti, ſemina ut milii ſubrotunda vel ovata. Magnitudine & facie varie ludit hoc gramen, locis pinguibus majus eſt.

*Panicum vulgare, ſpica multiplici, longis ariſtis circumvallata Inſt. R. Herb.* Gramen Paniceum, ſpica ariſtis longis armata C. B. Pin. 8. Gramen Paniceum II. Tabern. Icon. 228. Perenn. flor. Jul. ibidem. Varietas prioris.

*Panicum vulgare, ſpica ſimplici & aſpera Inſt. R. Herb.* Gramen paniceum, ſpica ſimplici, ἐλυμαγροςὶς C. B. Pin. 8. Panicum ſylveſtre dictum, & Dens Canis J. B. 2. 443. Gramen geniculatum Tabern. Icon. 200. Fenchgraß / wilder Hirſe. Flor. Jul. Aug. neben den Ackern in der Ruprechtsau; unten an dem Glacis vor dem Fiſcherthor.

*Panicum vulgare, ſpica ſimplici, & molliori Inſt. R. Herb.* Gramen Paniceum, ſpica ſimplici, lævi Raji Hiſt. 1261. Perenn. Wilder Fench mit einfacher weicher Aehre. Flor. Jul. Aug. auf den Ackern bey Lingels-heim / und bey dem Spitalgarten. Optima deſcript. apud Rajum l. c. & in Scheuchz. Agroſtogr. pag. 46. Caules humiliores, ſpica brevior, nec ita ariſtis aſperis armata, uti præcedens.

* *Papaver erraticum, majus, ῥοιὰς Dioſcoridi, Theophraſto, Plinio C. B. Pin.* 171. Papaver erraticum rubrum, campeſtre J. B. 3. 395.

Papaver

Papaver erraticum Dod. Pempt. 447. *Coquelicot*, **Klapperroſen / rothe Kornroſen / Feldmagſamen.** Decus & ornamentum ſatorum. Flor. Junio **auf feuchten Feldern bey Jllkirch / bey Oſiwald** & interdum in cunctis agris nimis copioſe. Deſcript. in Bot. Paris. Flos roſaceus, tetrapetalus, fructus ovatus, in cellulas diſtinctus membranula, cui adhærent ſemina minutiſſima, numeroſa, cellulæ ſunt totidem, quot fuerunt radii in operculo, calyx bifolius. Petala florum ſiccata, & in aqua fervida infuſa, in modum herbæ Thée, cum ſacharo edulcorata, juvant in tuſſi & raucedine, vel in brodio macro infuſa. Decoctum capitum papaveris ſive capſularum ſeminalium vim narcoticam moderatam habet.

* *Parietaria Officinarum & Dioſcoridis* C. B. *Pin.* 121. Parietaria Dod. Pempt. 102. J. B. 2. 976. *Parietaire*, **Glaßkraut / Tag und Nachtkraut / St. Petersfraut / Maurkraut.** Perenn. flor. Jun. Jul. **bey Rappolsweiler an den Gärten und Rebmauren; auf zerfallenen Mauren in Molsheim.** Profert Auguſto ſpermaticum pulverem, quem apices floris maris excutiunt, qui tetrapetaloides, ſtellatus eſt, quatuor ſtaminibus & teſticulis præditus, in centro gerens parvum apiculum absque ovario. Flos fæmina conſtat calyce foliaceo, trifoliato, in cujus centro ovarium conoides, tuba fimbriata inſtructum in alio loco plantæ; Floſculi & ovaria in nodos denſos in alis foliorum congeruntur arctè ad caules. Boerhaave. Semen ſplendens oblongum in capſula aſpera veſtium tenaci quæ floris calyx fuit, reconditum. Cum in aurora unus lobulorum calycis leniter aciculæ apice elevatur in planta ſatis matura, filamenta ſtaminum ex arcuato incurvatoque flexu in erectum mox eriguntur ſitum, jucundo ſpectaculo Vaillant. de Structura florum. A pluribus Botanicis calyx pro flore acceptus fuit hactenus. Parietaria eſt aperitiva, & reſolutiva, diuretica, interne ſuccus vel decoctum aptum ad incidendos humores viſcidos, & ad liberandas vias urinarias ab arenulis, aut à lympha viſcida, craſſa, eſt inter primaria emollientia & abſtergentia, in balneis, clyſteribus, fomentis admodum uſitata, ſale ſuo nitroſo urinam ciet potenter & vias urinarias abſtergit. Externe contuſa & cum ol. Scorpion. pubi impoſita in ſuppreſſione urinæ efficax eſt, & regioni renum ita impoſita calculum promovet in ureteribus hærentem. Adhibetur etiam ad mundanda & abſtergenda vitra.

*Parnaſſia paluſtris & vulgaris Inſt. R. Herb.* Gramen Parnaſſi, albo ſimplici flore C. B. Pin. 309. Gramen Parnaſſi Dodonæo, quibusdam Hepaticus flos J. B. 3. 537. Gramen Parnaſſium Dod. Pempt. 564. **Weiſſe Leberblümlein / Hertzblümlein / Parnaßgraß /** perenn. flor. Jul. Aug. **auf der Ganſau; in dem Jllkircher Wald** ſpecioſior; **auf einer Wieſe zwiſchen dem Rheinzoll und der erſten Rheinbrücke /** ubi copioſe

adhuc

adhuc medio Septembris florebat. Deſcript. in Bot. Paris. Flos roſaceus, petalis inæqualibus, aliis amplioribus, fimbriatis, fructus membranaceus, ovatus, unicapſularis, dehiſcens in tres vel quatuor loculos, ſemina exigua, calyx pentaphylloides, flos in caule unus. Icon in H. Eyſt. Æſt. o. 8. F. 11. F. 3.

*Paſtinaca ſylveſtris, latifolia* C. B. *Pin.* 155. Paſtinaca Germanica, ſylveſtris, quibuſdam Elaphoboſcum J. B. 3. Part. 2. 149. Elaphoboſcum erraticum, Branca Leonina Tabern. Icon. 77. *Panais ſauvage*, **wilde Paſtenach / wilde Möhre.** Flor. Jul. Aug. **auf dem** Glacis **vor dem Judenthor**; copioſe; **in der Ruprechtsau.** Flos roſaceus & umbellatus, ſemina bina, ovata, ampla, tenuia, marginata, folia lata, ampla, radix craſſa, carnoſa. Ob nutrimenti defectum in locis ſiccioribus minor eſt, accedente cultura, ſatis grandis fit, in ſylveſtri folia longiora, & obſcurius viridia.

*Pedicularis pratenſis, lutea, vel criſta Galli* C. B. *Pin.* 163. Criſta Galli fæmina J. B. 3. 436. Criſta Galli Dod. Pempt. 556. *Crête de Cocq, Pediculaire*, **Gelber Hanenkam / Rödelkraut / Wieſenrödel mit gelben Blumen.** Flor. Majo, Junio **auf den Matten bey Oßwald; auf feuchten Wieſen in der Ruprechtsau.** Deſcript. in Dillen. Cat. Plant. Giſſ. App. 117. Icon. in Rivino, & flor. in Inſt. R. H. Tab. 77. Flos monopetalus, anomalus, perſonatus, bilabiatus, labio ſuperiori galeato, inferiori tripartito, fructus bifariam dehiſcens, diviſus in duo loculamenta, fœta ſeminibus oblongis, compreſſis.

*Pedicularis pratenſis, lutea, erectior, calyce floris hirſuto Inſt. R. Herb.* Criſta Galli mas J. B. 3. 436. Pedicularia lutea Tabern. Icon. 791. **Groß Geelrödel.** Flor. Majo, Jun. **in dem Oſtwinckel.** Differentiam inter marem & fæminam docet Dillenius Cat. Plant. Giſſ. App. p. 44. Fæmina caulibus eſt minus robuſtis, flore minori, rariori, calyce glabro. Mas hirſutior, robuſtior, & major, folia latiora, flores majores, utriculi hirſuti.

*Pedicularis anguſtifolia, montana Inſt. R. Herb.* Criſta Galli anguſtifolia, montana C. B. Prodr. 86. Flor. Jul. Aug. **auf dem Hochgebürg Rappolſtein; in den Waldungen hinter Barr.**

* *Pedicularis ſerotina, purpuraſcente flore Inſt. R. Herb.* Euphraſia pratenſis rubra C. B. Pin. 234. Euphraſia parva purpurea J. B. 3. 433. Euphraſia altera Dod. Pempt. 555. **Rother Augentroſt / Wieſenrödel mit Purpurblumen.** Flor. Jul. Aug. **vor dem Spitalthor unten an dem** Glacis; **auf Matten bey Oßwald; bey Gravenſtaden** in vervactis. Eſt Odontites Rivini, Tabernæmontani. Flores in ramis longo ordine ad unum propendent latus, ut in Erica, quem ordinem pictor in Iconibus apud Dod. & Tabern. non obſervavit. Deſcript. apud Dillen. Cat. Pl. Giſſ. App. 117. Vaſculo bicapſulari & habitu externo ad Euphra-

phraſiam accedit, floribus pediculari magis ſimilis eſt, à qua rurſus calyce non ventricoſo, ejuſque inciſuris paucioribus differt. Icon & deſcript. accurata in Columna part. 1. 202. ſub Tit. Euphragia ſylveſtris, major, purpurea & latifolia pratenſis. Aqua ejus deſtillata inter ophthalmicas refertur.

⊙ *Pedicularis ſerotina, flore albo Botan. Paris.* Creſcit zwiſchen dem Maurhoff und dem Eckboltzheimer Ziegeloffen auf einer feuchten Wieſen / inter innumeras pedicularis ſerotinæ rubræ ſpecies, ex obſervatione Dni. Bürckel; ejus etiam Ruppius in Flora Jenenſi mentionem facit pag. 194. cui Odontides flore albo audit.

*Pedicularis ſerotina, lutea Inſt. R. Herb.* Euphraſia pratenſis, lutea C. B. Pin. 234. Coris Monſpeſſulana lutea J. B. 3. 433. Euphraſia ſylveſtris, major, lutea, anguſtifolia Col. Part. 1. 203. Eſt Odontides flore luteo Rivini, ubi Icon. Gelber Augentroſt. Flores etiam longo ordine in unum latus propendent, calyces in quatuor lacinias integras dividuntur, ſemina oblongo rotunda ſunt. Flor. Jul. ad Septembr. In Sundgovia abundare vidit Tabern. etiam C. B. ibidem vidit in Landscron. Creſcit in locis aridis, ſaxoſis, tenui gramine veſtitis, & in ſummis montibus.

*Pedicularis pratenſis, purpurea C. B. Pin.* 163. Pedicularis quibusdam Criſta Galli flore rubro J. B. 3. 437. Fiſtularia Dod. Pempt. 556. *Pediculaire des Prez*, braune Rödeln / Wieſenrödeln mit Purpurblumen / rother Hanenkamm / Fiſtelkraut. Flor. Majo, Jun. auf feuchten Wieſen bey Oßwald; in pratis paludoſis Michelfeldæ C. B. vidit. Icon elegans in Rivino.

*Pedicularis paluſtris, rubra, elatior Raji Hiſt.* 770. Flor. Jun. neben Waſſergruben in der Ruprechtsau. In pratis uliginoſis gegen Oßwald ad cubitalem altitudinem accedit. Eſt Ruta pedicularis, Pedicularia Tabern. 790.

⊙ *Pedicularis minor Dillen. Cat. Giſſ. p. 61. & Append. pag.* 40. Ubi deſcript. Icon in Rivino & Tabern. Eſt duarum ſaltem vel trium unciarum magnitudine. Flor. ab initio Maji ad Jun. in der Ruprechtsau. Hanc & pedicularem pratenſem purpuream loco tantum differentiam debere exiſtimat idem, prout in locis magis ſiccis vel humidioribus & paludoſis provenit, bis tamen in uno eodemque loco eadem magnitudine hæc minor provenire viſa eſt, quæ nil niſi varietas eſt majoris.

* *Pentaphylloides argenteum, alatum, ſeu Potentilla Inſt. R. Herbar.* Potentilla ſeu Argentina J. B. 2. 398. Argentina Dod. Pempt. 600. *Argentine*, Günſerich / Günßkraut / Silberkraut / Anſerina vulgo. Perenn. flor. Majo, Jun. an den Wegen und Landſtraſſen vor dem Metzgerthor; auf feuchten graſichten Orten bey Oßwald; in der Ruprechtsau.

 Inter-

Interdum foliis viridibus occurrit. Differt à Quinquefolio foliorum ſitu, cæterum omnia ut in illo. In Pentaphylloide folia non radiata ad unum centrum, uti in Quinquefolio, verum potius quaſi in alas compoſita, extremo impari. Celeberrimus Tournefortius in fluxu albo mulierum egregios effectus vidit hujus plantæ in brodio cancrino infuſæ, Hiſt. Plant. Paris.

*Pentaphylloides paluſtre, rubrum Inſt. R. Herb.* Quinquefolium paluſtre, rubrum C. B. Pin. 326. Pentaphyllon vel potius Heptaphyllum flore rubro J. B. 2. 398. Quinquefolium paluſtre ſive aquaticum Tabern. Icon. 122. *Quintefeuille rouge*, **roth Waſſerfünffingerkraut.** Eſt Quinquefolium paluſtre H. Eyſt. Æſt. 0. 10. F. 9. Fig. 1. Perenn. flor. Junio ad Aug. **auf tieffen ſumpfichten Matten neben dem Bach bey Haßlach gegen Niedeck; auf waſſerichten Wieſen bey Wimmenau / etliche Stund von Buchsweiler;** Tabern. illud obſervavit **auf feuchten Wieſen im Waßgau hin und wieder.** Folia ſuperne viridia, inferne cinerea, ſerrata, flores rubri, roſacei.

*Pentaphylloides erectum J. B. 2. 398.* Quinquefolium fragiferum C. B. Pin. 326. Quinquefolium v. Fragiferum Cluſ. Hiſt. CVII. **Aufrecht Erdbeerfünffingerkraut.** Perenn. flor. Majo. Tabernæmontanus illud copioſe obſervavit **in dem Elſaßiſchen Gebürg bey Königsberg / und bey Ober-Ehenheim / an Sonnenreichen Orten.**

* *Perſicaria mitis, maculoſa C. B. Pin.* 101. Perſicaria mitis. J. B. 3. 779. Perſicaria II. Tabern. Icon. 857. *Perſicaire*, **Gelind fleckicht Flöhkraut mit gefleckten Blättern und rothen Blumen.** Flor. Jul. ad Septembr. **neben Waſſergruben in der Ruprechtsau; neben alten Mauren in Schiltigheim.** Flores apetali, aliis tetrapetali, quibus calyx pro flore, ſpicati in ſummis caulibus & ramis, calyx quadrifidus, ſtaminibus refertus, fit capſula ſeminis adulti, ſemen planum ex ovato acuminatum, nigricans, lubricum, membrana caulem ſuccingens ad egreſſum foliorum & ramulorum ex adverſo folii. Decoctum Perſicariæ mitis, maculoſæ, admodum commendat Clariſſ. Tournefortius in Hiſt. Paris. in diarrhæa & vitiis cutaneis, alii in dyſenteria & teneſmo. Præparatum cum brodio carnium & parum Tartari chalybeati in obſtructionibus, Ictero, Scorbuto, malo hypochondriaco præſtare dicitur ab eodem laudatiſſimo viro, omnibus Tincturis & Eſſentiis, manifeſto documento, ubique Naturam proſpexiſſe ſibi, & quæ ſunt proxima ſpernere hominem. Decoctum Perſicariæ mitis cum vino gangrænam incipientem ſiſtit mirando effectu; Perſicaria urens hanc vim non habet Garidel. *Hiſtoire des Plantes dans la Provence.* Eſt quoque ex maximis vulnerariis hoc decoctum cum foliis Nicotianæ & herbis vulnerariis, melle roſato & quantitate ſufficienti Eſſentiæ Myrrhæ factum. Succum Perſicariæ maculatæ & ſempervivi majoris, æquali parte coctum, ad

tertiæ

tertiæ partis conſumptionem, curare quemlibet fluxum quantumvis inveteratum Riverius contendit.

*Perſicaria mitis cum maculis, ferrum equinum referentibus Inſt. R. Herbar.* Perſicaria mitis, maculoſa Lob. Icon. 315. Prioris varietas. Flor. Aug. **in dem Oſtwinckel; auf dem** Glacis **vor dem Fiſcherthor.**

*Perſicaria mitis, non maculoſa C. B. Pin.* 101. Perſicaria Antverpienſis, floribus albis Lob. Obſ. 171. Flor. Aug. Septembri **vor dem Judenthor; hinter der Citadell.**

⊙ *Perſicaria mitis, floribus candidis, foliis ex luteo & viridi variegatis.* Eſt varietas prioris **auf der Oßwalder Nachtweyd**

* *Perſicaria urens ſeu Hydropiper C. B. Pin.* 101. Perſicaria acris ſeu Hydropiper J. B. 3. 780. Hydropiper Dod. Pempt. 607. Pulicaria quoque audit, quod pulices abigere credatur. *Curage, Perſicaire, Poivre aquatique*, **brennend Flöhkraut mit rothen Blumen / Waſſerpfeffer / Muckenkraut.** Flor. Jul. ad Septembr. **an den Gräben der Ruprechtsau; bey Oßwald; auf dem Schießrein an dem Waſſer; vor dem Cronenburgerthor bey der zweyten Lander.** Semen ſaporem habet acrem & deurentem æque ac folia. Perſicaria urens ſumme acris eſt, acido & ſulphure abundat, contuſa & cum cineribus clavellatis, paucaque ſpiritus ſalis ammoniaci quantitate permiſta, & in modum Cataplaſmatis tumoribus aquoſis ſcroti calide impoſita, brevi diſcutit Hydrocele, uti ex repetita propria experientia didici. Non ſufficit autem calide applicaſſe plantam, ſed & calor ſervandus linteis calidis, ſuper impoſita tegulâ. Tumores alios œdematoſos ſimiliter quandoque exſiccat hic ſuccus, cum aliis permiſtus, forma cataplasmatis. De exiccato hoc ſucco eundem effectum Dioſcorides jam dudum memoriæ prodidit. Succo Perſicariæ ex contuſa planta, linteo excepto, tumori podagrico nondum inveterato calide applicato, malum interdum inſigniter levatum fuiſſe obſervationes docent. Perſicaria urens contuſa equorum contuſiones ab ephippio factas brevi reſolvit, ſi ſtatim ſella ſuper imponatur, nec deſcendente equite auferatur, ita tumorem inflammatorium aufert, eſt uſitatum remedium Hungarorum levioris armaturæ, **der Huſſaren.** Pulvis foliorum ſiccatorum ulcera ſordida curat, abſumendo carnem luxuriantem, miſcetur etiam cum unguento aliquo. Unum vel alterum folium, in brodio fervido infuſum in Scorbuto à quibuſdam celebratur. Aqua deſtillata urinam, arenulas & calculos incipientes pellit, quod etiam Boyle confirmat Philoſoph. Nat. part. 2. pag. 159. Præterea vermes necat, ulcera ſiccat & detergit caute adhibita. Etiam in Lue ♀rea eandem magnarum virium eſſe à quibuſdam annotatum, ſed non niſi pauca quantitate cum ſyrupo aliquo exhibenda, ſale ſuo volatili ſuccum viſcidum ſanguinis attenuat, & ſalia ſcorbutica per urinam expellit. Plures jam

à Diarrhæa curatos fuiſſe, à quibuſdam annotatum, applicatione Perſicariæ conciſæ & contuſæ nudis plantis pedum; unit, irritat, & hac ratione eandem ſiſtit ſimili forſan modo, quo in Indiis Orientalibus colicam curare ſolent, applicando plantis pedum leviter & celeriter ferrum ignitum, ad avertendum ſanguinis & ſpirituum affluxum majorem ad locum affectum, & dolentem. Sunt qui decoctum foliorum Perſicariæ cum urina vel aceto calide cum linteis applicato, ſcabiem ſanare aſſerunt absque alio remedio. Abigendis muſcis nil efficacius eſſe ſucco perſicariæ annotatum, ſi ulcera & vulnera pecorum eodem aqua diluto caute oblita fuerint, tempore etiam ferventiſſimæ æſtatis ab injuria earum tuta manent. An equis idem etiam præſtet hic ſuccus, leviter & caute tunc eorum pilis inductus, cum iter facere per ſylvas & loca muſcarum copia repletas, neceſſe habent, tentandum. Succus Perſicariæ urentis ex contuſa planta vernali tempore colligendus, antequam cauleſcat, & ad ignem inſpiſſandus ad conſiſtentiam mellis, condenſatur etiam in vitro ad ſolem, aut in cineribus calidis, inſtar Aloes Hepaticæ. Poteſt etiam herba conciſa in aqua coqui cum pauco ſalis tartari, uſque ad remanentiam tertiæ partis. Perſicaria maculata in vino rubro cocta, & vinum cum linteis ſæpius calide impoſitum Dyſenteriam infantum ſiſtere dicitur. Unguentum ex aqua foliorum Perſicariæ, ſulphure pulveriſato & pinguedine porci ad ignem lentum factum ad varos efficax eſt remedium. Perſicaria urens de vi ſua acri remittit aliquatenus, cum ſiccata fuerit.

*Perſicaria urens, ſeu Hydropiper, flore candido.* Brennend Flöhkraut mit weiſſen Blumen. Creſcit ibidem, und bey der erſten Bleich gegen dem Wacken über.

*Perſicaria minor* C. B. *Pin.* 101. Perſicaria puſilla, repens Lob. Icon. 316. Klein Flöhkraut mit rothen Blumen. Flor. Aug. Septembr. locis paluſtribus bey Oßwald unter den Weydenbäumen; auf feuchten Ackern bey Illkirch.

*Perſicaria minor, floribus albis* C. B. *Pin.* 101. Flor. Auguſto, Septembr. an dem Weg gegen Matzenheim; auf Ackern bey Benfeld.

*Perſicaria anguſtifolia* C. *B. Pin.* 101. *Prodr.* 43. Flor. Septembr. in einem Graben gegen dem Lazareth; bey St. Gallen bey einer Gartenwand in der Tieffe copioſe; in der Ruprechtsau an dem Rhein / in Waſſergruben. Ex ſingulis geniculis floret.

*Perſicaria Salicis folio, Potamogeton anguſtifolium dicta Raji Hiſt.* 184. Potamogeton Salicis folio C. B. Pin. 193. Perſicaria Salicis folio, perennis H. L. Bat. Saamkraut mit Weydenblättern; ſpitzig Saamkraut; Waſſerpfefferkrau mit ſchmalen Blättern; noſtratibus Sommerlock. Eſt Perſicaria major, Amphibia, radice perenni Pluck. Cum radices agit in terra extra aquam, folia ejus longiora ſunt admodum, & hirſuta

hirſuta atque aſpera, quæ vero folia aquæ innatant ſaturate viridia & ſplendentia ſunt; extra aquam hæc planta erecta eſt atque figuram ita mutat, ut vix dignoſci poſſit niſi à peritioribus, in priori nulli unquam flores viſi ſunt, poſterior perennis eſt, & floret in aqua Jul. Aug. in der Ill gegen Oßwald / und unterhalb der Stadt copioſe; auf dem Schießrein an dem Waſſer; auf feuchten Matten an dem Rhein.

⊙ *Perſicaria paluſtris, fluitans, foliis brevioribus & latioribus, florum ſpica ſpecioſa, purpurea, compactiore Rupp. Flor. Jen.* Waſſerpfeffer mit rundlichten Blättern. Perenn. flor. Jun. bey Oßwald mitten in der Ill gegen dem Schloß über copioſe; an dem Ufer der Ill / gegen Oßwald. Eſt varietas præcedentis, quæ monente Rajo Cat. Plant. circa Cantabrigiam naſcentium, extra aquas projecta quoque radices agit, erigitur, & hirſuta evadit, ut pro diverſa planta haberi poſſit. Flores ſunt ſtaminei, quorum ſingulum ſequitur ſemen planum, ex ovato acuminatum, in ipſo flore ceu calyce abſconditum.

⊙ *Perſicaria erecta, longiſſimo, anguſto & maculoſo folio.* An Perſicaria longifolia Valentina? an Perſicaria longiſſimo, & anguſto fofolio Meret. Pin. Rerum Natural? Hæc Planta eſt Perſicariæ Salicis folio varietas, nec flores nec ſemen fert. Creſcit in terra, nunquam in aqua reperitur, ſed tamen ſemper in vicinia aquæ, quæ tempore æſtivo exſiccatur, & huic Metamorphoſi occaſionem præbet. Folia longitudine dodrantem ſuperant, acuminata, viridia, & maculis majoribus notata. Creſcit neben dem Schießrein an dem Waſſer; bey der Walckmühl neben den Ackern. Ex ſiccata planta maculæ evaneſcunt, in averſa parte cineritia ſunt, & ſubalbida. Caulis cubitalis & amplius, geniculatus.

⊙ *Perſicaria folio latiore & rotundiore.* An Perſicaria, folio ſubrotundo obtuſo, ſubtus incano Bot. Paris? Eſt alia varietas, quæ nobis obviam facta bey der Tabackmühl gegen dem Waſſerzoll über. Folia duas uncias lata, ſubrotunda, fere inſtar Lapathi folio minus acuto C. B. Flores videre nondum licuit.

* *Pervinca vulgaris, anguſtifolia, flore cæruleo Inſt. R. Herb.* Clematis Daphnoides, minor, flore cæruleo C. B. Pin. 301. Clematis Daphnoides, minor, flore cæruleo ſimplici J. B. 2. 130. Clematis Daphnoides Dod. Pempt. 405. *Pervenche*, Sinngrün / Jnngrün. Perenn. flor. Aprili, Majo hinter St. Gallen / und bey dem Schnackenloch; auf den Berglein bey Mundolsheim; in denen Waldungen bey Rappolſtein copioſe. Variegata ſpecies & latifolia exotica facile & frequenter in hanc anguſtifoliam degenerat viridem, & rariſſime fructum fert, uti vulgaris, quia radices nimis luxuriant, & ſuccus nutritius in illas magnam partem diſtribuitur, cui obviam ire licet plantam in vaſe fictili continendo, prout hoc docet experientia propria confirmatus Clariſſ.

 Tour-

Tournefortius in Hiſt. Paris. p. 218. Flos monopetalus, quinquefidus, quaſi hypocrateriformis, amplus, ſtamina capitulis eleganter barbatis, tubæ apex plumoſus, fructus ex duabus ſiliquis cornu æmulis, ſemina oblonga, cylindracea & ſulcata, calyx monophyllus multifidus. Sarmenta repentia, longa. Decoctum pervincæ admodum utile eſſe in inflammatione tonſillarum & uvulæ, ex crebra experientia propria & aliorum didicit Celeberrimus Garidel H. Pl. p. 358. ſi fauces calide gargariſentur. Eſt planta vulneraria ex præcipuis, ſponte ſe propagat per radices, eſt adſtringens, cum lacte adhibetur in gargariſmatibus, utilis in dyſenteria. Alias decoctum efficax in hæmorrhagiis, fluxu hæmorrhoidum, menſium, fluore albo.

*Pervinca vulgaris, anguſtifolia, flore albo Inſt. Rei Herbar.* Clematis Daphnoides, minor, flore candido C. B. Pin. 301. Clematis Daphnoides, minor, flore albo, ſimplici J. B. 2. 130. Perenn. flor. April. Majo **in dem Forenwäldlein gegen Enſisheim.**

*Pervinca vulgaris, anguſtifolia, flore pleno, cæruleo Inſt. R. Herb.* Clematis flore pleno C. B. Pin. 302. Clematis Daphnoides, minor, flore pleno J. B. 2. 130. Clematis Daphnoides, flore purpureo, pleno Eyſt. *Pervenche à fleur double, bleue,* Perenn. flor. April. Majo **auf dem Gebürg bey Rappolſtein unter den einfachen; in denen Waldungen oberhalb Hoch-Andlau.**

* *Petaſites major & vulgaris* C. B. Pin. 197. Petaſites vulgaris, rubens, rotundiore folio J. B. 3. 566. Petaſites Dod. Pempt. 597. *Petaſite, Herbe aux Teigneux*, **Peſtilentzwurtz / groß Hufflattich / groſſe Waldroſ-hub.** Perenn. flores Martio, Aprili nudi erumpunt ante folia, Aprili vigent **auf dem Gebürge hinter Barr /** locis aquoſis; **hinter Haußbergheim / an dem Waſſer gegen Fuhlgrießheim.** Icon. in H. Eyſt. o. Hyem. Fol. 5. Fig. 1. Flores floſculoſi in thyrſum diſpoſiti ſunt, in eodem caule, nudi, brevi una cum caulibus excreſcentes, calyx cylindricus, multifidus, ſquamoſus, communis, multis floſculis in unum collectis, folia ſubtus incana, ſubrotunda, radix ramoſa, reſinoſa, ſaporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis, eſt ſudorifica & alexipharmaca in Peſte, utilis in aſthmate, ciet urinam & menſes. Varietas quædam Petaſitidis abundabat **vor dem Judenthor auf dem** Glacis **lincker Hand /** floſculo unico longiori & ampliori in ſingulis thyrſi faſciculis inſtructa, per lentem vitream, ſatis diſtincte à nobis obſervata. Nunc lucri cauſa radices omnes erutæ ſunt.

* *Peucedanum Germanicum* C. B. Pin. 149. Peucedanum minus Germanicum J. B. 3. Part. 2. 36. Peucedanum fœniculum porcinum Lob. Icon. 781. *Fenouil de Porc*, **Haarſtrang / Saufenchel / Schwefelwurtz.** Perenn. flor. Jun. Jul. **auf den Matten gegen Oſtwald neben der Ill hinauf** copioſe; **in der Wantzenau.** Icon in Rivino. Flos roſaceus & umbel-

umbellatus, luteus, ſemen acre, planum fere, ovatum, leviter ſtriatum, & marginatum. Folia alata, anguſta, graminea, trifariam diviſa, radix comoſa, craſſa, longa, profunda, amara, fœtida, ſi in vino coquatur, & hauſtus calide ſumatur, egregie pituitam in pectore ſolvit, in tuſſi & catarrho, ſed eſt ingrati ſaporis & ſulphurei odoris.

*Phalangium ampliore flore, non ramoſum Inſt. R. Herb.* Perenn. flor. Jul. **hinter Barr; bey Hoch-Andlau / dem alten Bergſchloß.** Phalangium parvo flore, non ramoſum C. B. Pin. 29. Phalangium pulchrius, non ramoſum J. B. 2. 635. Phalangium non ramoſum Dod. Pempt. 106. **Klein Erdſpinnenkraut.** Perenn. flor. Majo, Jun. **in dem Ganſauer Wald; bey Lingelsheim gegen Oßwald;** Michelfeldæ & in monte **Waſſerfall / auf dem Elſaßiſchen Jura-Vorgebürg** vidit C. B. Phalangii flos Liliaceus, hexapetalus, fructus ſubrotundus, ſemina anguloſa, radix fibroſa, qua diſtinguitur ab Ornithogalo.

*Phalangium parvo flore, ramoſum C. B. Pin.* 29. Phalangium quibusdam, parvo flore, ramoſius, J. B. 2. 635. Phalangium ramoſum Dod. Pempt. 106. **Erdſpinnenkraut.** Perenn. flor. Jun. Jul. **in dem Oßwald; und in dem Oſtwinckel.**

*Phalangium Alpinum, paluſtre, Iridis folio Inſt. R. Herb.* Pſeudo-Aſphodelus Alpinus C. B. Pin. 29. Pſeudo-Aſphodelus quibuſdam J. B. 2. 634. Pſeudo-Aſphodelus II. Cluſ. Hiſt. 198. Perenn. flor. Jun. in confiniis Sundgoviæ vidit locis montoſis & tamen humidis C. B.

*Phellandrium Dod. Pempt.* 591. Cicutaria paluſtris, tenuifolia C. B. Pin. 161. Phellandrium vel Cicutaria aquatica quorundam J. B. 3. Part. 2. 183. *Cique en marais*, **Waſſerſchierling.** Eſt Phellandrium Rivini. Perenn. flor. Jun. Jul. **in dem Graben gegen der Aubrück; auf dem Schießrein in dem Waſſer gegen der Walckmühl; neben dem Canal / in ſtehendem Waſſer.** Caulis interdum inſignem craſſitiem acquirit, & brachium fere æquat, eſt ſæpius procumbens quodammodo, nec prorſus erectus. Flos umbellatus roſaceus, petala cordiformia, fructus ex duobus longis ſeminibus compoſitus, hinc gibbis inde vero planis. Planta hæc eſt præſtans remedium, ſi in vino cocta, cum mica panis trita miſceatur, & forma cataplaſmatis calide imponatur ad gangrænam arcendam, ſuper impoſita tegula calida.

*Pimpinella ſanguiſorba, major C. B. Pin.* 160. Sanguiſorba major, flore ſpadiceo J. B. 3. Part. 2. 120. Pimpinella ſive ſanguiſorba major Math. 1033. *Pimpernelle*, **groſſe Bimpinelle.** Perenn. flor. Jul. Aug. **auf Matten hinter dem Spitalgarten; bey Eckboltzheim; bey dem Canal** ubi viri altitudinem fere æquat. Flos monopetalos, rotatus, quem alii apetalon pronunciant, ob bractea herbacea, minuta, vix conſpicua; fructus quadrangularis, plerum-

que

que utrinque acutus, modo unicapſularis, modo bicapſularis, fœtus ſeminibus oblongis.

* *Pimpinella ſanguiſorba, minor, hirſuta* C. B. *Pin.* 160. Sanguiſorba minor J. B. 3. Part. 2. 113. Pimpinella ſanguiſorba Dod. Pempt. 105. *Pimpernelle*, **klein haaricht Pimpinelle / Pimpernell / Bibernell.** Perenn. flor. Majo, Jun. **auf den Wieſen bey Oſtwald; auf der Nachtweyd dabey.** Interdum eſt fere glabra, & ſemina majora. Folia verno tempore in vino vel ſola, vel cum radice Helenii, & caryophyllatæ infunduntur ob gratum ſaporem aromaticum, & quoniam particulis ſuis volatilibus ſanguinem purificant, & excrementias per poros cutis eliminant & per urinam, utilis eſt in morbis contagioſis, in morſis à cane rabido; decocta omnem ſanguinis fluxum ſiſtere dicitur, forma autem pulveris ex planta ſiccata parata, in demorſis adhibenda.

*Pimpinella ſanguiſorba, minor, lævis C. B. Pin.* 160. Eſt prioris varietas, in pratis humidioribus proveniens. Hirſuta in Horto culta humidiori, fit glabra poſt aliquot annos, & hirſutiem amittit. **Klein glatt Bibernell / klein Blutkraut.**

☉ *Pinaſtella Dillen.* Cat. Plant. Giſſ. App. 168. ubi Character. Equiſetum paluſtre, brevioribus foliis, polyſpermon C. B. Pin. 15. Polygonum fæmina Dioſc. Polygonum fæmineum Thal. *Pin aquatique*, *Peſſe d'eau.* **Thannenwedel.** Deſcript. accurata in Bot. Paris. Eſt Limnopeuce ibidem & Cord. Hiſt. 150. Limnopeuce vulgaris Act. Ac. R. Sc. 1719. N. 1. ubi deſcriptio & Icon. Tab. 1. p. 621. Eſt Equiſetum paluſtre, Linariæ ſcopariæ folio C. B. Pin. 15. Prodr. 24. Equiſeti facie Polygonum fæmina J. B. 3. 732. Polygonum fæmina Dod. p. 113. Polygonum fæmina Mathiol. Cam. Epit. p. 324. Perenn. flor. Majo, Jun. **auf dem Wacken in dem Graben** copioſe; **in einem ſumpfichten Ort der Ruprechtsau; an dem Waſſer gegen dem Wickhäuſel gegen der Mühl; in einem Graben bey dem** XV. **Wört.** Caulis ſæpe inſignis longitudinis cum foliis latet ſub aquis, ſuperior tantum pars eminet cum floribus. Flos apetalos ad foliorum ſtellatim diſpoſitorum ſingulorum genicula appoſitus eſt ſolitarius, nudus, duobus conſtans ſtaminibus, antheris luteis, capitatis, inter quæ intermedium conſpicitur piſtillum breve, inſidens embryoni rotundo, qui flore præterito abit in ſemen nudum, unicum, in ſingulis foliorum alis, ſingulum. Folia ſunt ſimplicia, non inciſa ſine pediculis radiatim per intervalla caulem ambientia.

*Pinguicula Geſneri J. B.* 3. 546. Sanicula montana, flore calcari donato C. B. Pin. 243. Pinguicula Cluſ. Hiſt. 310. *Graſſette*, **Butterwurtz / Schneewurtz mit blauen Blumen.** Flor. Jun. **auf dem Bergfürſt des** Vogeſi, locis humidis **gegen der weiſſen See / ſo bald der Schnee abgeht.** Flos calcari donatus eſt cæruleus, folia humi ſtrata, pallida, humore pingui madentia, cauliculi nudi unicum in ſummitate florem, geſtant.

geſtant, in Hortum translata hæc planta floret Majo. Flos monopetalos, anomalus, utrinque patens, veluti bilabiatus, fructus teſta bifariam dehiſcens, ſeminibus fœta exiguis.

* *Pinus ſylveſtris, vulgaris, Genevenſis J. B.* 1. 253. Pinus ſylveſtris C. B. Pin. 491. Pinus ſylveſtris, montana Cam. Epit. 40. *Pin ſauvage*, Forenbaum / Kienbaum / wilde Fochtthannen / Küfferbaum. Floret Martio, Aprili, Julos profert Majo, pulvere fœcundante fœtos, paulo poſt ab his ſeparatim naſcuntur coni rubicundi, in ſummitatum extremitate ſenſim augmentum capientes Junio, Julio hinter Lingelsheim gegen Enſisheim copioſe; in dem Reichſtätter und Brumter Wald; in dem Hagenauer Forſt; in dem Bienwald bey Luterburg integræ ſylvæ. Per ætatem & reſinæ copiam abit in tædam. Flos mas, amentaceus, ſtaminibus conſtans, uno plantæ loco fructus in eadem planta, loco à flore mare remoto, fit conus, tuberculis tetragonis conſtans, inter ſquamas, duobus ſcrobibus excavatas ſunt officula, ſæpe alata, fœta nucleo oblongo. Decoctio ſummitatum Pini, ſpecifica eſt in ſcorbuto ab acido Hofmann Method. Med. in Cachexia, Hydrope, admodum utilis in cereviſia vel aqua cum paſſulis. Decoctum hoc juxta eundem ſæpe ſumme proficuum deprehenſum in Regionibus Septentrionalibus, ubi Pinus abundat, in affectionibus Scorbuticis. Ex Pinu in tædam converſo ob nimiam reſinam, & accenſo à ruſticis conficitur pix. Ex rupto cortice vel fiſſo etiam ſponte effluit liquidior pars teſtante Garidel *Hiſtoire des Plantes de la Provence*, vel per inciſionem corticis elicitur. Ex Pinu quoque paratur pix ſicca, *Poix reſine*, pix navalis, pix ſutoria, & medicamenta egregia nonnulla exinde præparantur, e. g. oleum deſtillatum aurei coloris cum ſpiritu Vini rectif. mixtum in Arthritide vaga, ſtupore, paralyſi applicatum.

*Pinus ſylveſtris, montana, altera C. B. Pin.* 491. Pinus ſylveſtris Mugho ſive Crein J. B. 1. 246. Pinus ſylveſtris, Mugho, Pinus Mugus Tabern. Icon. 938. Klein Alpen Kienbaum / Berg-Cyrbelbaum Flor. April. Majo auf dem Gebürg gegen St. Ottilien; auf dem Hochgebürg Vogeſi, oberhalb Peris, gegen der ſchwartzen See.

*Pinus humilis, Julo purpuraſcente Inſt. R. Herb.* Pinus III. Auſtriacus Cluſ. Hiſt. 31. Pinaſter Auſtriacus, tenuifolius J. B. 1. 255. Kühnbaum / Tæda. In ſylvis circa Befordiam, verſus Raupach. vidit. J. B.

*Piſum arvenſe, fructu albo C. B. Pin.* 343. Piſa potiſſimum vulgaria, parva, alba, ſive arvenſia J. B. 2. 297. Kleine wilde Feld-Erbſen. Eſt Piſum ſpontaneum, nanum, inter triticum Moris. Hiſt. 2. 47. Eſt Piſum minus Dod. Pempt. 4 Libr. 2. c. 8. ubi Icon. Flor. Jul. Jun. auf Aeckern bey Neufeld; in den Illkircher und Lingelsheimer Feldern.

Caules per terram ſparſi jacent procidui, folia majora ad ſingula genicula bina, à caulibus quaſi perforantur, minora, in ramulis hærentia pinnata ſunt, horum extremitas in capreolos abit, quibus proxima quæque prehendunt, flores papilionacei albi, interdum purpurei, ſiliquæ binæ, cylindraceæ, penſiles, carnoſa pulpa repletæ, in quibus parva piſa recluſa ſunt. Has ſiliquas adhuc immaturas à multis avide comedi refert Ruppius Flor. Jen.

☉ *Plantaginella paluſtris C. B. Pin.* 190. *Dillen. Cat. Plant. Giſſ. Append.* 113. Ubi accurata deſcriptio ejus cum florum & ſeminum figura. Alſine paluſtris, exigua, floſculis albis, foliis lanceolatis, Plantaginellæ aquaticæ inſtar Menzel. Pugill. rar. Plant. Tab. 7. cum Icone. Alſine paluſtris, repens, foliis lanceolatis, floſculis albis perexiguis Pluck. 74. 4. Eſt Ranunculus paluſtris, minimus, Plantaginis folio, Cat. H. L. Bat. p. 517. Plantago aquatica minima Cluſ. Hiſt. cx. Flor. Jul. **vor dem Wickhäuſel / rechter Hand in einer Tieffe / wo zu Winterzeit Waſſer geſtanden.** Flos ex obſervatione Clariſſ. Dillenii eſt monopetalos, quinquefidus, non pentapetalos.

* *Plantago latifolia, ſinuata C. B. Pin.* 189. Plantago major, folio glabro, non laciniato ut plurimum J. B. 3. 502. Plantago major Dod. Pempt. 107. *Plantain*, **breit Wegerich mit geſchweifften Blättern.** Perenn. flor. Majo **an denen Wegen und neben den Ackern bey Oßwald; auf Matten bey dem Canal.** In locis humidis & in ſylvis minus ſinuata eſt. Flos monopetalus, hypocrateriformis, quadripartitus, in ſpicam denſam collectus, ſtamina longiora, capſula ovata, bilocularis, ſemina oblonga. Eſt Planta vulneraria, apta ad omnis generis fluxus ſiſtendos. Decoctum plantaginis cum calce viva efficax ad detergenda & exſiccanda ulcera carnium & tibiarum, curatu ſæpe difficilia.

*Plantago latifolia, incana C. B. Pin.* 189. Plantago major, hirſuta, media à nonnullis cognominata J. B. 3. 504. Plantago media Dod. Pempt. 107. **Breit Wegerich mit grauen Blättern.** Perenn. flor. Majo, Jun. **auf dürren Wieſen in der Ruprechtsau; an den Wegen bey Oßwald / an erhabenen Orten.**

*Plantago latifolia, glabra, minor C. B. Pin.* 189. Plantago latifolia, minor J. B. 3. 505. Tabern. Icon. 731. **Kleiner glatter breiter Wegerich.** Perenn. flor. Majo, Jun. **auf graſichten Wieſen gegen Eckboltzheim.**

*Plantago latifolia, hirſuta, minor C. B. Pin.* 189. Plantaginis mediæ genus minimum Thal. 86. **Kleiner rauher breiter Wegerich.** Perenn, flor. Jun. **auf dürren ſteinichten Orten der Ruprechtsau.**

*Plantago trinervia, folio anguſtiſſimo C. B. Pin.* 189. *Prodr.* 98. Plantago anguſtifolia, minor, ſpica hirſuta, alba, foliis ex atrovirentibus valde

valde piloſis J. B. 3. 506. Perenn. flor. Jun. neben einer Mauer bey dem Rhein-Ziegeloſſen; auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor gegen der Citadell/ loco arenoſo.

* *Plantago anguſtifolia, major* C. B. *Pin.* 189. Plantago lanceolata J. B. 3. 505. Plantago minor Dod. Pempt. 107. Spitz Wegerich. Perenn. Flor. Majo, Jun. an der Landſtraſſen vor dem Weiſſenthurn; auf den Wieſen bey Oßwald; an den Zäunen der Ruprechtsau. Iisdem cum latifolia virtutibus gaudet.

*Plantago anguſtifolia, minor Tabern. Icon.* 732. Plantaginis lanceolatæ ſpecies minima J. B. 3. 505. Varietas prioris, *Petit Plantain*, Klein ſpitziger Wegerich. Perenn. flor. Majo, Jun. an ſandichten Orten bey dem Canal; auf dürren Wieſen gegen Oßwald; an der Landſtraſſen gegen Plobsheim.

* *Polium Lavendulæ folio* C. B. *Pin.* 220. Polium recentiorum fæmina Lavendulæ folio Lob. Icon. 488. Polium-Weiblein / wild Lavendel / Bergpolium. Deſcript. in Bot. Paris. Eſt Ajuga folio integro Rivini. Perenn. flor. Jul. Aug. locis declivibus auf dem Gebürg hinter Barr; neben einer ſteinichten Grube gegen Oßwald copioſe; hinter der Citadell; In Sundgovia C. B. vidit. Flores monopetali, labiati, ſtamina labii ſuperioris galeæ locum habent, barba quinquefida, ſemina quaterna in capſula recondita, flores in ſummitate in capitulum conglomerati. Cephalicum eſt & ſudoriferum. Ingreditur quoque Theriacam Andromachi.

*Polium Lavendulæ folio anguſtiori* C. B. *Pin.* 220. Polium campeſtre Tabern. Icon. 365. Bergpolium. Perenn. flor. Jul. Aug. auf einem erhabenen ſandichten Ort bey der hohen Wart / gegen dem Gartner Feld; auf dürren Wieſen gegen der Gansau.

*Polium montanum, repens* C. B. *Pin.* 221. Polium montanum, ſupinum, minimum Lob. Icon. 488. Klein Bergpolium. Perenn. flor. Jul. auf dem Gebürg hinter Markirch / an ſteinichten Orten.

*Polygala major* C. B. *Pin.* 215. Polygala vulgaris, major, J. B. 3. 387. Polygala major, cærulea Tabern. Icon. 829. Blaue Creutzblumen. Perenn. flor. Majo, Jun. auf Bergmatten bey Barr; in denen Rebbergen daſelbſten; und bey Heiligenſtein. Flos monopetalus, poſterius non perforatus, anomalus, perſonatus, bilabiatus, ſuperius labium ſurrectum, bifidum, inferius pulchre fimbriatum, flores in ſpicas laxas collecti, fructus oblongus, bilocularis, ſemina exigua. Manipulus hujus polygalæ in vino infuſus purgat linioſos humores Rajus.

*Polygala major, alba Tabern. Icon.* 829. ibidem.

*Polygala major purpurea Tabern.* 830. ibidem.

*Polygala vulgaris* C. B. *Pin.* 215. Polygalon multis J. B. 3. 386.

Polygala cœrulea Tabern. Icon. 831. Gemeine Creutzblümlein. Flor. Majo, Jun. auf trockenen Wieſen der Gauſau; in dem Oſtwinckel; wo die Breuſch in die Jll fällt; Circa Michelfeldam Sundgoviæ acutioribus foliis vidit C. B.

*Polygala alba Tabern. Icon.* 831. Jn dem Eckboltzheimer Wald.

*Polygala purpurea Tabern. Icon.* 831. Rothe Creutzblumen / in der Ruprechtsau auf dürren Wieſen. Eſt Polygalon flore rubro purpuraſcente Eyſt.

*Polygala fruticoſa, Buxi folio, flore flaveſcente Append. Inſt. Rei Herbar.* Chamæbuxus flore Coluteæ flaveſcente C. B. Pin. 471. Anonymos flore Coluteæ Cluſ. Hiſt. 105.

*Polygala fruticoſa, Buxi folio, flore ex purpura rubente Append. Inſt. Rei Herbar.* Chamæbuxus flore Coluteæ ex purpura rubeſcens C. B. Pin. 471. Prioris varietas. Icon. in Ac. R. Scient. 1705. F. 4. Kleiner wilder Buchs. Eſt Pſeudo-Chamæbuxus H. Eyſt. Vern. o. 6. F. 12. F. 3. Aſtragalus humilis Buxifolius H. L. B. Creſcit hic ſuffrutex auf Hochfelden dem Hochgebürg / lincker Hand gegen Barr / vulgo die Teutſche Seite ubi illam collegit Dnus. Bürckel Herbariæ Rei Studioſiſſimus, & Botanicæ Scientiæ peritus. Perenn. flor. April. Majo, flores papilionacei, ſimiles flaveſcentibus, in ramulorum extremis, qui ſecundum J. B. vetuſtate purpuraſcunt vel rubent. Fructus polygalæ ſimilis, grana in ſiliquis compreſſis ſubrotundis, ex cinereo nigricantia, oblonga. Folia Buxeis quodammodo ſimilia, carnoſa. Deſcript. in Dillen. Append. ad Cat. Giſſens. 152.

* *Polygonatum latifolium, vulgare, C. B. Pin.* 303. Polygonatum, vulgo ſigillum Salomonis J. B. 3. 529. Polygonatum Math. 954. *Seau de Salomon*, Weißwurtz. Flor. Majo, Jun. in dem Jllkircher Wald. Flores monopetali, campaniformes, tubulati, penduli, calyce deſtituti, ſex laciniis diſſecti, fructus mollis, globoſus, ſemina ſubrotunda. Baccæ maturæ nigreſcunt. Radix contuſa ſugillationes oculorum diſcutit, blaue Augen / permiſta cum ſpir. Vini camph. vel ſola etiam, maculas faciei abſtergit.

*Polygonatum anguſtifolium, non ramoſum C. B. Pin.* 303. Polygonatum anguſtifolium J. B. 3. 531. Polygonatum alterum Dod. Pempt. 345. Kleine Weißwurtz. Perenn. flor. Jun. auf dem Elſaßiſchen Jura-Vorgebürg dem Waſſerfall / ubi illam obſervavit C. B. Icon. in H. Eyſt. Æſt. o. 4. fig. 3.

*Polygonatum latifolium, maximum C. B. Pin.* 303. Polygonatum majus, vulgari ſimile J. B. 3. 529. Polygonatum latifolium I. Cluſ. Hiſt. 275. Groſſe Weißwurtz. Perenn. flor. Majo, Jun. in dem Gansauer Wald / bey des Förſters Hoff; über dem Krümmeri gegen Grauenthalen copioſe.

copioſe. Radix tuberoſa , caulis bicubitalis , & interdum adhuc major.

*Polygonatum latifolium , minus , flore majore* C. B. *Prodr.* 136. *Pin.* 303. Perenn. flor. Majo , Jun. **auf denen Felſen bey Rappolſtein / nahe bey dem oberſten alten Schloß** copioſe ; in monte Muteto & Crenzacho copioſe creſcens vidit C. B.

⊙ *Polygonifolia floribus & ſeminibus extremis ramulis acervatim congeſtis Dillen. Cat. Plant. Giſſens. Append. p.* 95. Polygonifolia Ejuſd. Cat. p. 150. Polygoni vel Lini folia per terram ſparſa, flore Scorpioidis J. B. 3. 379. Polygonifolia vulgaris Botan. Paris. p. 162. ubi deſcript. & in Hiſt. Plant. Paris. p. 127. Floret copioſe Auguſto & Septembri in loco periodicæ inundationi Bruſcæ obnoxio , & ubi Bruſca Ellam ſubintrat. **bey Wolffsheim an dem Canal** in locis arenoſis juxta ripam, **und bey der Brücke längſt dem Canal hinab.** Eſt Knauel folio Aſines, glabro , floſculis plurimis Boerhave Ind. Plant. Alt. 11. 93. Flores ſunt pentapetali regulares, exigui, albi, in ſpicam more Heliotropii reflexam diſpoſiti , quorum ſingulum ſequitur ſemen unicum, obſcure triquetrum , intra ipſum florem , non deciduum , reconditum Buxbaum Enum. Plant. Hallens. accur. p. 266. Minus tamen commode referri illam ad Knauel, idem Clariſſ. Autor exiſtimat, in Cent. II. Tab. 47. Plant. minus cognit. quia tota facie ab illo recedit. Flos porro Polygonifoliæ eſt completus , & hermaphroditus , continet ovarium, calyx tubuloſus, ſuperne in quinque lacinias diviſus , ſemen nigrum. Bot. Paris. Flores roſacei, ſemina nuda , ſolitaria , obtuſe triquetra , calyx in quinque parva ſegmenta ad baſin uſque dividitur, & floribus delapſis ſemen protegit. Dillen. nov. Plant. Gen. 239.

* *Polygonum latifolium* C. B. *Pin.* 281. Polygonum ſive Centinodia J. B. 3. 374. Polygonum mas Dod. Pempt. 113. *Renouée*, **breitblätterich Weggraß / Wegtritt / Blutkraut / Blutgraß.** Deſcript. in Bot. Paris. Flor. Jul. Aug. **an den Wegen vor dem Fiſcherthor ; in dem Oſtwinckel neben den Aeckern ; hinter dem Spitalgarten.** Flores apetali, ſtaminei in foliorum alis naſcuntur , ſub membranula tenuiſſima primo in ortu tecti , calyx multifidus , diverſi coloris, ſemen triquetrum , radix repens, valde fibroſa. Eſt Planta adſtringens, vulneraria , ſiſtit omnis generis fluxus , hæmorrhagias, utilis in fluore albo , diarrhœis in fine.

*Polygonum latifolium , flore candido* C. B. *Pin.* 281. **Breites Weggraß mit weiſſen Blümlein** ibidem cum præcedente latifolia.

⊙ *Polygonum latifolium , variegatum.* Eſt varietas accidentalis in foliis. Creſcit **vor dem Fiſcherthor an einer Gartenwand.**

*Polygonum oblongo , anguſto folio* C. B. *Pin.* 281. Polygonum anguſtifolium J. B. 3. 376. Polygonum III. Tabern. Icon. 833. **Weggraß**

mit länglichten ſchmahlen Blättern. Flor. Jul. Aug. auf den Feldern bey Oßwald / locis ſiccioribus, flos rubet, folia modo breviora & latiora, modo longiora & anguſtiora. Icon majoris & minoris in Barrelier 545. & 546. interdum cauliculi quoque rubent, planta longe lateque ſerpit. Creſcit quoque vor dem Fiſcherthor gegen der Citadell.

⊙ *Polygonum oblongo anguſtofolio, flore albo Bot. Paris.* Flor. Jul. an dem Weg gegen Illkirch.

*Polygonum brevi anguſtoque folio C. B. Pin.* 281. Polygonum II. Tabern. Icon. 833. Wegtritt mit kurtzen ſchmahlen Blättern. Flor. Aug. Septembr. auf der Gansau; in der Ruprechtsau; gegen Oßwald neben den Aeckern. Hæc ſpecies eſt admodum ramoſa, flores magis niveos habet, & ſerius floret ex Obſervatione Dni. Dillenii & noſtra.

* *Polypodium vulgare C. B. Pin.* 359. Polypodium J. B. 3. 746. Polypodium majus Dod. Pempt. 464. *Polypode*, Engelſüß / ſüß Farrnkraut. Flores muſcoſi vere hærent in dorſo foliorum, eorumque verrucis, duplici ſerie, ſemina minutiſſima æſtate matura, circulo elaſtico atque tenerrima membranula circumdata, Jul. Aug. Creſcit auf alten Stämmen der Eichbäume / der Ruſten / und auf deren Wurtzlen über der Erde; in dem Gansauer Wald; auf dem Gebürge hinter Barr gegen Hochfeld copioſe; in monte Muteto, auf dem Mooß ſæpius ubique. In Alſatia ſe deprehendiſſe teſtatur J. B. in capitibus antiquarum & cæduarum ſalicum. Notatu dignum, quod radices polypodii in locis humidis provenientes, ex flavo nigræ ſint intus, ubi confractæ fuerint, & amaræ, quæ vero in locis ſiccis proveniunt, in petris, vel in boreali arboris, cui innaſcuntur, parte, auf der Winter-Seite / aut in illa arborum parte quæ ſoli obverſa eſt, dulces guſtu deprehendantur, diu durent, pro uſu Medico longe præſtantiores & præferendæ illis. Quæ intus ex albo flaveſcunt ſunt optimæ, quæ nigræ intus, nihil valent, nec diu conſervari poſſunt. Polypodium eſt Planta dorſifera, non ramoſa, cujus folia ad nervum pene in partes anguſtas & oblongas ſecari ſolent, fructus duplici ſerie in ſingulis laciniis naſcuntur, pellicula tenui tecti, membranacei, circulo crenato, elaſtico cincti, qui in rectam lineam ſe explicans diſplodit ſemina, anguloſa, intra binas tenerrimas membranas nata. Radices polypodii inter laxantia magis quam inter purgantia numeranda. Hauſtus decocti radicis Polypodii cum ſemine aniſi vel aniſo ſtellato & granis aliquot ſalis Tartari efficax non tantum ad laxandum ſed & ad purgandum calide aſſumptus in malo Hypochondriaco, & ipſo Scorbuto, Doſis radicum ab uncia una, ad unciam unam cum ſemiſſe, vel ad uncias duas.

*Polypodium minus C. B. Pin.* 359. Dod. Pempt. 464. Perenn. flor. Majo, in verrucis in averſa foliorum parte hærentibus auf dem alten

Römi-

Römiſchen Bergſchloß Waſſenburg / in den Steinfugen ; in den Ritzen der Felſen bey Rappolſtein copioſe ; auf alten Mauren hinter Barr.

*Polypodium anguſtifolium, folio vario Inſt. R. Herb.* Lonchitis minor C. B. Pin. 359. Lonchitis altera, folio Polypodii J. B. 3. 744. Lonchitis aſpera Dod. Pempt. 469. Habet duplicis generis folia, latiora, in orbem ſparſa per terram, & ſterilia, atque anguſtiora, anguſtioribus laciniis diſſecta, meditullium ceſpitis occupantia, erecta & ſeminifera, quæ menſe Majo atque Junio erumpunt in medio plantæ. Creſcit auf der groſſen Bergwieſe Hochfeld / neben dem Wald in dem Gebüſche ; in dem Thal gegen dem St. Ottilien Brunnen von Heiligenſtein aus; hinter Otterot und der Oberehenheimer Seegmühl ; in dem Niedecker Thal ; in dem Weiler Thal / hinter Neukirch und Breitenau. Sunt qui pro vero Dioſcoridis Scolopendrio habent, Germanice vocatur groß Miltzkraut / wilde Hirſchzung / Spicant Tragi & Germanorum.

*Populago flore majore Inſt. Rei Herbar.* Populago major Tabern. Icon. 750. Caltha paluſtris flore ſimplici C. B. Pin. 276. Caltha paluſtris J. B. 3. 470. Dotterblumen / Goldwieſenblumen. Perenn. flor. April. Majo gegen Oßwald an ſumpſichten Orten ; in der Ruprechtsau ; in dem Oſtwinckel an dem Waſſer. An interdum bis floreat? ſicut illa quæ flore pleno bis in horto noſtro florebat copioſe menſe Majo, & Septembri iterum. Quæ eſt flore ſimplici habet florem roſaceum, nudum, fructum membranaceum, compoſitum ex multis vaginulis, deorſum inflexis, ſtellatis, in capitulum collectis fœtis ſeminibus multis oblongis.

*Populago flore minore Inſt. R. Herb.* Populago minor Tabern. Icon. 750. Kleine Dotterblum. Perenn. flor. Majo bey der grünen Wart ; auf der Lingelsheimer Nachtweyd.

*Populus alba, majoribus foliis C. B. Pin.* 429. Populus alba, λευκὴ J. B. 1. 160. Populus alba Dod. Pempt. 335. *Peuplier blanc,* Aſpen / weiſſer Pappelbaum. Flor. April. & jam circa finem Martii. In illis ſtirpibus, quæ flores proferunt amentaceos, ſeu nucamenta, nullos ſubſequi fructus, & viciſſim quæ hos producunt, nullis exornantur floribus. Omnis itaque Populus eſt vel florifera, vel fructifera. Creſcit in dem Ganſauer und Illkircher Wald ; bey der Lohmühl oberhalb der Stadt ; an dem Canal. Flos amentaceus, plurimis foliolis apicibus donatis conſtans, in mare ſterilis, teneri fructus innaſci ſolent iis Populi ſpeciebus, quæ floribus carent, ſpicati conſtantes multis foliolis, tegentibus campanæ ſimiles cellulas, in quibus latet embryo, abiens in ſiliquam membranaceam, bifariam dehiſcentem fœtum ſeminibus multis pappoſis in fœmina. Folia inferne albicant, & lanuginoſa ſunt.

* *Popu-*

* *Populus nigra C. B. Pin.* 429. Dod. Pempt. 836. Populus nigra ſive αἴγειρος J. B. 1. 155. *Peuplier noir*, ſchwartzer Pappelbaum / Bellenholtz / Alberbaum ex quo oculi ſive gemmæ officinis dictæ in uſum cedunt Medicum, pro Unguento populeo, quod eſt anodinum in doloribus hæmorrhoidum. Hæc Populus ſola in Medicina nota eſt, & ejus Alberſproſſen / Pappelknoſpen. Floret circa finem Martii & Aprili, quo tempore floriferæ ſtirpes Julos proferunt, antequam folia erumpant, ut reliquæ ſpecies populi, hi Juli tandem pulverem ſulphurei coloris fundunt fœcundantem; in frugiferis fructus ſpicati racematim cohærent, tandem dehiſcunt pleni alba lanugine cum ſeminibus, atque decidunt Jun. Jul. Creſcit in dem Illkircher und Ganſauer Wald copioſe; bey der Spitalmühl. Bullæ rubentes foliis ſæpe adhærentes, culices cinereos intra ſe fovent, non ſecus ac quercus, fagus, fraxinus, obſervante Maur. Hoffm. Tinctura cum ſpiritu Vini parata ex gemmis ſpecifica dicitur contra diarrhœas inveteratas, mane & veſperi ad drachmam dimidiam aut integram in brodio calido ſumpta. Tournef. Hiſt. Plant. Paris.

*Populus tremula C. B. Pin.* 429. Populus Lybica, κερκὶς Theophraſti J. B. 1. 163. Populus Lybica Dod. Pempt. 836. *Tremble*, Eſpen / Zitterpappel / Lybiſcher Pappelbaum / Aſpen. Flor. circa finem Febr. & Martio, Juli, quibus apices puſilli, albidi, ſubſunt verticillatim, prodeunt ante folia. Eſt quoque mas vel fæmina, folia rotunda tenuibus longis pediculis appenſa à qualibet aura moventur, gemmæ contritæ digitis ſuavem ſpirant odorem. Creſcit copioſe in dem Eckbolßheimer Wald; bey dem Ziegeloffen; in der Ruprechtsau.

⊙ *Porrum II. ſylveſtre Tabern. Poireau ſauvage*, wilder Brißlauch. Perenn. flor. Jul. auf ſumpfichten Wieſen gegen dem Maurhoff / unter dem Cirſio pratenſi polycephalo, copioſe. Creſcit alias in den Weinbergen. Hiſtoria hujus porri eſt admodum obſcura, & à plurimis Botanicis neglecta vel obiter tractata. Apud C. Bauhinum plures ſpecies enumerantur porri ſylveſtris, cum interea de hoc noſtro nulla fiat mentio. Ejus flos eſt hexapetalus, liliaceus, purpureus, cujus plures è ſummo caulis faſtigio in faſciculum, quaſi in umbellæ formam collecti ſunt, ſine intermiſtis bulbillis, caules graciles, non folioſi, fructus eſt ſubrotundus intra florem, trilocularis, fœtus ſeminibus ſubrotundis, pericarpiis membranaceis incluſis, ſed non nigricantibus, ut in Cepa, ſtamina lata, in tria capillamenta diviſa, quarum medium apice donatur, folia plana, anguſta, in inferiore caulis parte collocata, radices oblongæ anguſti bulbi ſunt, fere cylindrici, tunicati, graveolentes, fibris copioſis inſtructi. Hoc Porrum ſylveſtre videtur iisdem qualitatibus præditum, ac reliquæ ſpecies, de quo tamen experientia ulterius conſulenda, cum de eo apud Autores

altum

altum ſit ſilentium, hoc certum, porrum commune capitatum ſapore & odore mitiori præditum eſſe, & quoad vires quoque præferendum eſſe ſylveſtri. Compertum quoque per experientiam fibras radicis porri ſiccatas & pulveriſatas ad drachmam circiter in brodio mane & veſperi aſſumptas, egregie menſes, urinam, & arenulas pellere, & vias urinarias detergere.

*Portulaca anguſtifolia, ſive ſylveſtris* C. B. *Pin.* 288. Portulaca ſylveſtris, minor, ſive ſpontanea J. B. 3. 678. Portulaca ſylveſtris Dod. Pempt. 661. *Pourpier ſauvage*, **wild Burtzelkraut / Ackerburtzel.** Flor. Jul. **auf ſandichten Ackern bey Oßwald; in der Ruprechtsau** nimis copioſe, **in den Reben bey Andlau.** Flos roſaceus, pentapetalus, calyx monophyllos, bifidus, fructus ovatus, conſtans duabus teſtis, exterioris dimidia pars horizontaliter diſſilit, cui incluſa interior pariter transverſa bifariam dehiſcit, ſemina plurima exigua, folia ſucculenta, craſſiuſcula. Planta hæc Bilis acrimoniam temperat & ſalia ſcorbutica mitigat, utilis quoque in Hemodia & ſtupore dentium, ad lymphæ aciditatem infringendam. In acetariis adhibetur cum cepa & herbis aromaticis, quæ ejus viſcoſitatem phlegmaticam attenuant. Planta comeſta vermes necat, ut & aqua ejus deſtillata, quod propria experientia confirmat Clariſſ. Garidel. Hiſt.

*Potagometon rotundifolium* C. B. *Pin.* 193. Potamogeton rotundiore folio J. B. 3. 776. Potamogeton ſpicata Tabern. Icon. 739. **Rundblätterich Saamkraut** Perenn. flor. Majo, Jun. **in einem ſtehenden Waſſer in dem Eckboltzheimer Wald; in den Stadtgräben bey dem Spital-Thor; zwiſchen dem Wickhäuſel und der Hohenwart; in dem Graben bey der** Bergerie; **in einem Graben an dem** XV. **Wört gegen dem Rhein** copioſiſſime. Semina matura Septembri, Octobri. Spicæ florum extra aquam prominent, floſculis nudis, exiguis, rubellis, cruciformibus ſtipatæ, calyce carentes, folia ad caulem alterna ſunt, ſemina quatuor oblonga, nuda, in capitulum collecta, ſingulis floſculis ſuccedentia, piſtillum exiguum in quatuor ſemina abit.

*Potamogeton longo ſerrato folio* C. B. *Pin.* 193. Lapathum fluitans, longo ſerrato folio J. B. 2. 988. Potamogeton altera Dod. Pempt. 582. Oxylapathum aquaticum Dalechampii Lugd. 603. **Hechtlock** noſtratibus, quod Lucii piſces ovula ſua copioſe in illo exponant, illique agglutinent. Perenn. flor. Jun. Tota planta aquis immerſa eſt, folia non ſunt ſerrata, ſed leviter undulata, alterna & lucida ſine pediculis **in der Jll gegen Oßwald** copioſe; **in dem Rheingieſſen; in Gräblein der Ruprechtsau.**

*Potamogeton Alpinum, Plantaginis folio Inſt. R. Herb.* Fontinalis lucens, major J. B. 3. 777. **Saamkraut mit Waſſerwegerichblättern.** Perenn. flor. Jun. **in der Jll bey Oßwald** copioſe; **in der Jll oberhalb der Schleiß;**

in ſtehenden Waſſern bey dem XV. Wört. Eſt Potamogeton aquis immerſum, folio pellucido, lato, oblongo, acuto Raji Synopſ. pag. 612. Raji Hiſt. 188. Foliis oblongis alternis, leviter undulatis Dillen.

*Potamogeton foliis latis, ſplendentibus* C. B. *Pin.* 193. Potamogeton altera Dod. Pempt. 582. Potamogeton tertia Dod. Pempt. 582. Saamkraut mit breiten glänzenden Blättern. Perenn. flor. Jun. in denen Gräben bey dem Lazaret; in der Jll ober und unterhalb der Stadt. Eſt Potamogeton perfoliatum 2. Raji C. C. p. 124. Planta hæc non eſt ramoſa, ſed quaſi perfoliata, folia ſunt rotundiora, alterne in mucronem obtuſiorem diducta.

*Potamogeton foliis criſpis, ſive Lactuca ranarum* C. B. *Pin.* 193. Fontinalis criſpa J. B. 3. 778. Tribulus aquaticus minor, quercus floribus Ger. emac. 824. Froſchlattich mit krauſen Blättern. Perenn. flor. Majo ad Jul. in den Gräblein bey dem XV. Wört; in Gräblein der Ruprechtsau; in dem Stadtgraben bey dem Spitalthor copioſe.

*Reſeda vulgaris* C. B. *Pin.* 100. Reſeda lutea J. B. 3. 467. Reſeda Plinii, Neotericorum Belgis, Eruca peregrina Italica vel Cantabrica Lob. Jcon. 222. Feldraucken. Flor. Majo ad Aug. Septembr. auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor; in dem Oſtwinckel; auf dem Gebürg hinter Heiligenſtein copioſe. Flores polypetali, anomali, petala diſſimilia, trifida, anguſta, flores in ſpicam congeſti ſunt, fructus capſula membranacea, trigona, oblonga, in ſummo hians, ſemina ſubrotunda, folia pinnata.

☉ *Reſeda vulgaris, foliis ex luteo variegatis* zwiſchen Jnnenheim oder Jnnlen und Niederneh obviam facta hæc varietas.

* *Rhamnus Catharticus* C. B. *Pin.* 478. J. B. 1. 55. Rhamnus ſolutiva Dod. Pempt. 756. *Nerprun*, Creutzdorn, Wegdorn, Färberbeer. Spina cervina Officinarum. Eſt Cervi ſpina Rivini. Flores tetrapetali quadrinpartiti, baccæ molles, rotundæ, quatuor ſemina calloſa continent ſingulæ Flor. Majo, baccæ nigreſcunt Auguſto & Septembri in Vepribus gegen Oßwald; bey der Schachenmühl gegen dem Grünenberg. Flores alii ſteriles, mares, alii fœcundi, fæminæ, tota planta ab invicem remoti, tetrapetali, quos Tournefortius monopetalos facit, qui etiam ante maturitatem tales apparent. Frutices hujus poſterioris generis, qui baccas laturi ſunt, obſervante primum Clariſſ. Dillenio Cat. Pl. Giſſ. App. p. 145. calycem, & hinc concluſum baccæ rudimentum, cui ſtylus quadrifidus inſidet, obtinent; at floriferi alii, mares ſcilicet, præter perianthium, in quatuor ſegmenta expanſum, ſtamina etiam habent, quibus apices ejuſdem inhærent, herbacei cum petalis coloris, nullius vero ſtyli vel fructus rudimentum conſpicitur. Ex baccis, quæ vehementer purgant, paratur non ſolum ſyrupus domeſticus Officin. ſed & varii colores extrahuntur, procul illæ diverſis temporibus colliguntur, virides tempore meſſis collectæ, & ſiccatæ, contuſæ, in aqua aluminoſa infuſæ, flavum elegantem colorem præbent, pro corio, pellibus, chartis &c. tingendis; nigræ & maturæ contuſæ Septembri, cum ſuccus inſpiſſatus vaſe cupreo aſſervatus fuerit, viridem exhibent, das Safftgrün vino antea parum dilutus, quæ hærent adhuc Novembri, circa feſtum St. Martini, ſpadiceo colore inficiunt. Cortex medius infuſus in aqua, & parum coctus purgat, cortex vero viridis, vomitum ciet, & flavo colore inficit, ex ligno admodum flexili arcus conficiuntur Zincken zun Angelgerten, ad piſces capiendos ſolitarios cum hamo.

*Rhamnoides fructifera, foliis ſalicis, baccis leviter flaveſcentibus* Coroll. Inſt. R. H. Rhamnus II. Clus Hiſt. 110. Rhamnus ſalicis folio anguſto, fructu flaveſcente C. B. Pin 477. Rheindorn, Weidendorn, Rheinweiden, Sanddorn, Teutſcher Weidendorn. Flor. Majo, Jun. Baccæ flaveſcunt, matureſcunt Septembri, Octobri, atque tota ſæpe hyeme hærent bey Stotzen copioſe; An dem Rhein bey Othmarsheim; und oberhalb Breyſach; in Sundgoviæ humidis C. B. obſervavit. Hic frutex, habitus Rhamni,

vulgo

vulgo Oleaſter Germanicus dictus, ubi adolevit, ſpinis infeſtus, junior vero mollis, tractabilis, & minus noxius eſt. Baccæ ejus in tricliniis & cœnaculis, cum ramis per hyemem ſuſpenſæ, aureo magis, vel ſaltem ſaturatiori luteo colore ſuffuſæ conſpiciuntur. Rhamnoides alia eſt Florifera, alia Fructifera, alia mas, alia fœmina. Florifera flore eſt apetalo, nonnullis ſcilicet ſtaminibus calyci bifolio, inſidentibus, ſed ſterili, embryones innaſcuntur ſpeciebus, quæ flore carent, & deinde abeunt in fructum, ſeu baccam, unico ut plurimum ſemine fœtam, ſubrotundo.

* *Roſa Sylveſtris, vulgaris, flore odorato, incarnato C. B. Pin.* 483. Roſa ſylveſtris, alba cum rubore, folio glabro J. B. 2. 43. Roſa ſylveſtris Tab. Jcon, 1088. *Eglantier, Gratecu,* Heckenroſen, Wilde Feldroſen, Butten, Hagen-Butten, Roſa canina, cui ſpongiola cynosbati adnaſcitur, eſt Tuberculum quoddam ſcirrhoſum & villoſum, Bedeguar nominatum, continet intus vermiculos, qui abeunt in inſecta alata. Dum muſca aculeo ſuo, in imo ventre ſito, lædit & perforat plantam, & ſua ovula ibi deponit, ſuccus nutritius extravaſatus, & à ſole ſiccatus in tumorem excreſcit, & ſomnum conciliare infantibus vagientibus effluviis ſuis narcoticis dicitur, capiti ſubſtratus, quod confirmat Boccone in denen Anmerckuugen Naturlicher Ding. 424. Sylveſtris autem roſa flor. Majo ad Jul. in denen Hecken gegen Jllkirch; gegen Oſwald an der Landſtraſſen; in denen Waldungen hinter Barr copioſe. Fructus cynoſbati ſubruber, mollis & maturus eſt Septembri. Flos pentapetalos ſpecioſus, calyx foliatus, fructus carnoſus, oblongus, vel rotundus, unicapſularis, cum apice foliaceo, ſemina anguloſa, villoſa, cortex ſpinoſus, folia pinnata, extremo impari. Ex hac roſa ſylveſtri ſyrupus roſarum ſolutivus in frequenti uſu eſt, petala ejus infuſa in aqua aut ſero lactis purgant, quod & ſuccus ex contuſis petalis ſive foliis roſarum expreſſus, præſtat.

*Roſa ſylveſtris, foliis odoratis C. B. Pin.* 483. Roſa foliis odoratis, Eglantina dicta J. B. 2. 41. Roſa Eglanteria Tabern. Jcon. 1087. Wilde Roſe, Rothe Hecken-Roſe mit wohlriechenden Blättern. Deſcript. in Botan. Paris. Fructus niger, folia rotunda, denſe diſpoſita, in hac quoque ſpongiola illa piloſa, Bedeguar dicta, reperitur, eſt odore mellis prædita Chemnit. Flor. Majo, Jun. in denen Hecken zwiſchen Lingelsheim und Ensheim; ad ſepes & agrorum terminos cum præcedenti permiſta occurrit. EſtRoſa ſylveſtris odorata, incarnato flore Eyſt.

*Roſa campeſtris, ſpinoſiſsima, flore albo, odoro C. B. Pin* 438. Roſa pumila, ſpinoſiſſima, foliis Pimpinellæ glabris, flore albo J. B. 2. 40. Roſa Dunenſis, ſpecies nona Dod. Pempt. 187. Weiſe wilde Pimpernell Roſen. Eſt Roſa præcox, ſpinoſa, flore albo H. Eyſt Vern. o 6. F. 5. Fig. 4. Flor. Majo, Junio, in dem Eckbolzheimer Wald bey den Matten, an dem

Canal; Neben den Aeckern gegen Oſswald. Fructus Auguſto maturus mit Schwartzen Hagenbutten.

*Roſa arvenſis, candida* C. B. *Pin.* 484. Roſa ſylveſtris, folio glabro, flore plane albo J. B. 2. 44. Roſæ ſylveſtris quarta ſpecies Trag. 988. *Roſier ſauvage*, Weiſe Wilde Roſe, Erdroſe, non in altum excreſcit. Flor. Majo, Jun. Jul. in der Ruprechtsau auf Aeckern; an der Landſtraſſe oberhalb Brumat. Flores plures in faſciculum collecti, fructus rotundus, ſpadiceus, ſplendens.

*Roſa campeſtris, repens, alba*, C. B. *Pin.* 484. Cynosbatos, ſive Cynorrhodos 3. Cord. in Dioſcorid. 19. Haber-Roſe. Flor. Jun. Jul. an dem Weg nach Oſswald. Flores & Fructus plures quaſi in umbellam diſpoſiti.

*Roſa minor, rubello flore, quæ vulgo à menſe Majo Majalis dicitur* C. B. *Pin.* 483. Roſa rubello flore, parvo, ſimplici, non ſpinoſa J. B. 2. 39. Roſa Provincialis, minor Tabern. Jcon. 1085. Hanc obſervavit J. B. in monte Ballon, Lotharingiam attingente, Floret Majo.

* *Roſa ſylveſtris flore majore & rubente* C. B. *Pin.* 483. Roſa ſylveſtris flore rubro Eyſt. *Roſes rouges, ou Roſes de Provins.* Groſſe Hartroſen; groſſe Buttenroſen, mit groſſen rothen Blumen, Eſſigroſen Noſtratibus. Hæc non tam indigena apud nos, quam adoptiva, luxuriat ſponte jam à longo tempore bey Mittelhauſsbergheim, olim magna copia ibidem culta pro uſu Medico, ſcilicet pro conficiendo aceto roſarum præparando, unguento, oleo, melle roſato, conſerva, ſyrupo, quamvis non adeo ſuavi odore gaudeat, ac ſylveſtris incarnata. Virtutem habet adſtringentem & uſurpatur etiam externe in fomentationibus.

*Roſa ſylveſtris, Pomifera, major* C. B. *Pin.* 484. Roſa pomo ſpinoſo, folio hirſuto J. B. 2. 38. Flor. Majo, Jun. in dem Wald auf der Hart bey Otmarsheim; auf dem Hochgebürg Niedeck; in Alnetis Sundgoviæ vidit C. B.

*Ros ſolis, folio ſubrotundo* C. B. *Pin.* 357. Rorida, ſive Ros ſolis major Lob. Jcon. 811. Ros ſolis foliis circinatæ rotunditatis J. B. 3. 761. Rorella vulgo, *Rorelle*, Sonnen-Thau. In medio ſingulorum florum liquor roſcidus hæret, qui deguſtatus linguam pungit. Icon. in H. Eyſt. Flor. Jun. Jul. ad Septembr. auf dem Hochgebürg Hochfeld, auf dem Mooſs; auf dem Gebürg bey Buſsweiler und bey Pfaffenhofen. Flos roſaceus, pentapetalus, calyx tubulatus, quinquefidus, ovarium intra florem eſt capſula conica, acuminata, per maturitatem dehiſcens fœta multis ſeminibus.

*Ros ſolis, folio oblongo* C. B. *Pin.* 357. *J. B.* 3. 761. Ros ſolis Dod. Pempt. 474. Roſioa ſive Ros ſolis & Droſion recentiorum Lob. Jcon. 811. Flor. Jun. ad Septembr. in dem Hagenauer Forſt, in muſco udo beyde Species auf ſumpffichtem Mooſs Jul. Aug. Septembr. Folia cilia ambiunt rubentia, cauliculi nudi. Sapor utriusque rorellæ eſt acris, & penetrans, ob vim cauſticam ſuſpectæ ſunt ambæ, & pro uſu Medico noxiæ.

⊙ *Roſmarinus ſylveſtris, minor, Camerarii J. B. 2. 24.* Ciſtus Ledon, foliis Rorismarini ferrugineis C. B. Roſmarinum ſylveſtre, Bohemicum Matth. ſive Ledum Sileſiacum Cluſ. Parck. Wilder kleiner Roßmarin, Schabenkraut, Heyden-Bienkraut, Mottenkraut. Perenn. Flores ſub finem Junii & Julio auf dem Paßberg bey Bußweiler. Eſt ſpecies *Helianthemi foliis Rorismarini ſplendentibus ſubtus incanis Inſt. R. H.* Eſt Ledum Sileſiacum, minus Tabern. ubi figura. Flores ex nodis ſquamoſes erumpunt, planta palmaris, flos pentapetalus, roſaceus, calyx pobyphyllus, fructus trilocularis, trifariam dehiſcens, ſemina minutiſſima, ut ſcobis è ligno vermibus eroſo, in planta matura pulvis luteus in conſpectum venit, & prodit, ſi concutiatur parum, qui fœcundandis ex nodis prodeuntibus floribus inſervire videtur. Cereviſiæ incocta hæc planta aromatica, acris ſaporis & odoris, temulentos reddit bibentes, & veſtibus adpoſita tineas abigit. Flor. Jen.

*Rubeola vulgaris, quadrifolia, lævis, floribus purpuraſcentibus Inſt. R. H.* Rubia cynanchica C. B. Pin. 333. J. B. 3. 723. Gallium tetraphyllon, montanum, cruciatum Col. Part. 1. 29. Halßkräutlein mit rothen Blumen, klein Meger-Kraut. Perenn. Flor. Jul. ad Aug. auf der Ganßau; auf dürren Wieſen gegen Oßwald; auf Aeckern bey Jllkirch. Ob folia ſtellatim diſpoſita Raius hanc & ſimiles ſtellatas appellat, flos monopetalos, infundibuliformis, quadrifidus, inſidens ovario vel uni vel gemino, fructus eſt diſpermos.

*Rubeola vulgaris, quadrifolia, lævis, floribus albis Inſt. R. H.* Rubia cynanchica, flore albo Bot. Monſp. Halßkräulein, klein Meger-Kraut mit weiſſen Blumen. Perenn. flor. Jun. ad Aug. ibidem; auf der Contreſcarpe bey dem Fiſcherthor copioſe; in der Ruprechtsau. Eſt Gallium album, minus C. B. Pin. 335.

*Rubia ſylveſtris, Monſpeſſulana, major J. B. 3. 715. Garance*, flor. Jun. Jul. bey St. Gallen an denen Hecken; an der Landſtraſſen vor dem Weiſen Thurn gegen St. Gallen copioſe an denen Hecken. Vix differt à ſativa, quæ in agris vel hortis colitur. Flos campaniformis, patens, multifidus, plerumque perforatus, fructus conſtat binis baccis ſucculentis, fœtis ſemine umbilicato, folia verticillata, aſpera, radix rubra. Folia ad mundanda vaſa ſtannea adhuc magis apta, quam Equiſetum. Tinctores lanam & pannos rubro colore inficiunt cum hac planta, radices ſanguinem coagulatum diſſolvunt, & menſes movent. In doloribus rheumaticis expertum remedium die Krabe oder Ferberröthe, ſi cum parum aceti coquatur, & calide imponatur, & ita ſervetur.

* *Rubus Idæus, ſpinoſus C. B. Pin.* 479. Rubus Idæus, ſpinoſus, fructu rubro J. B. 2. 59. Rubus Idæus Dod. Pempt. 743. *Framboiſier*, Himbeer, Perenn. Flor. Majo, Jun. Baccæ Jul. maturæ, auf denen Gebürgen und Waldungen hinter Barr; hinter Rappolsweiler auf dem Hochgebürg copioſe; an

an dem Canal in dem Eckholtzheimer Wald, Syrupus Rubi Idæi, cum una parte ſucci depurati & dupla parte ſacchari paratus admodum in uſu eſt, vires ejus dicuntur cordiales, parantur exinde Julapia; ob gratiam quibus æſtivo tempore gulæ blandiuntur, ſitim ſedant, inprimis ſi cum aqua vinum modica quantitate admiſceatur. Quoque Flores purpuraſcentes ab initio, poſtea albi.

*Rubus Idæus, lævis C. B. Pin.* 479. Rubus Idæus, non ſpinoſus J. B. 2. 269. Rubus Hircinus Tabern. Jcon. 897. Bocksbeer Perenn. Flor. Jun. Fructus maturi Auguſto in der Wantzenau an dem Rhein. Tragus non niſi in ſummis montibus reperit. Folia parva, fructus non rotundus, ſed in metam quodammodo faſtigiatus, parvus, non dulcis ſed acidulus.

* *Rubus vulgaris, ſive Rubus fructu nigro C. B. Pin.* Rubus major, fructu nigro J. B. 2. 57. Rubus Dod. Pempt. 742. *Ronce*, Braunbeer, Perenn. Flor. Majo, Jun. Baccæ Jul. maturæ in der Ruprechtsau, bey der erſten Bleich in den Hecken; in dem Oſtwinckel; gegen Oßwald von den ſieben Fußfüllen aus. Flos roſaceus, calyx quinquefidus, fructus globoſus, ex plurimis acinis ſucculentis compoſitus, ſemen oblongum. Luxuriat nimis copioſe, & ſarmentis ſuis longe lateque dumeta ſuperſcandit, aliquando etiam, obſervante Ruppio, Flor. Jen. extremitates ſuas iterum terræ infigit, & radices agit, atque ſic Botanicis una cum Rubo Idæo ſpinoſo viam mire difficilem, aſperam, & ſalebroſam reddit in jugis montium. Eſt modo, monente eodem pentaphyllus, modo triphyllus. Folia in adverſa parte albicant. Succus eſt adſtringens, ex eo Rob Diamoron in uſu eſt ad ulcera oris & aphthas, utile in gargarismate.

*Rubus repens, fructu cæſio C. B. Pin.* 479. Rubus minor, fructu cæruleo. J. B. 2. 59. Rubus minor Dod. Pempt. 742. Kratzbeeren, Kriechender Kratzſtaude, oder Brombeer-Staude. Flor. Majo neben den Aeckern und Gräben gegen Oßwald; in dem Oſtwinckel, und vor dem Jllkircher-Wald, ubi Julio adhuc florentem vidimus, forſan quia decerptus à jumentis, denuo nova folia cum floribus produxit in dumetis.

⊙ *Rubus flore albo, pleno, foliis laciniatis.* Flor. Majo, Jun. auf der Metzgerau bey der Bergerie in dumetis; bey der Ganßauer Mühl an dem Weg D. Bürckel invenit. Differt à Rubo flore pleno H. R. Monſp. foliorum figura, iisque magis profunde ſerratis, & quaſi laciniatis, floribusque non adeo plenis, ſive petalis florum non adeo denſe congeſtis.

*Rubus Alpinus, humilis J. B.* 2. 61. Chamæbuxus ſaxatilis, Alpinus Cluſ. Hiſt. 118. Steinbeer, Bocksbeer. Perenn. Flor. Majo, Fructus punicei, ex longo pediculo pendentes, maturi Auguſto. Baccæ ſingulæ ſingulis floribus ſuccedunt. In Wasgoviæ montibus viderunt J. B. & Tragus.

* *Ruta muraria C. B. Pin.* 356. J. B. 3. 753. Dod. Pempt. 470. Mauer-Rauten, Stein-Rauten. Eſt planta dorſivera, creſcit in templorum & murorum veterum rimis, toto anno viget, æſtate tamen maxime. Majo granulatos flores, in averſa foliorum parte geſtat, Julio ſemina minutiſſima matura profert copioſe, ita ut loculi globuloſi, qui illa continent, cum rumpuntur, omnem averſam foliorum partem occupent. Differt à Filice, quod non habeat folia pinnata. Jcon. in Jnſt. R. H Tab. 317. Eſt ex capillaribus plantis, pectori dicata, ad temperandas fluxiones ejus, & ad totius Maſſæ ſanguineæ acrimoniam temperandam, ſi calide hauriatur infuſum ejus, ob virtutem antiſcorbuticam ideo laudatur ab Autoribus fide dignis.

## S.

*SAlicaria vulgaris, purpurea, foliis oblongis Jnſt. R. H.* Lyſimachia ſpicata, purpurea, forte Plinii C. B. Pin. 246. Lyſimachia purpurea, quiquibusdam ſpicata J. B. 2. 902. Pſeudolyſimachium purpureum, alterum Dod. Pempt. 86. *Salicaire*, Ahren-Weyderich mit Purpur-Blumen, brauner Weyderich, gemeiner rother Weyderich. Perenn. Flor. Jun. Jul. an der Jll hinauf gegen Oſtwald copioſe; an dem Waſſer bey dem Schieß-Rein; gegen dem Waſſer-Zoll über. Interdum florum color recentium admodum ad violaceum accedit, in ſiccatis autem purpureus emergit. Dantur etiam flores, qui non adeo exacte ſpicam efformant, ſed denſius conglobati ſunt, nec omnino verticillatim caulem ambiunt, ſed magis confuſe. Flos roſaceus, hexapetalus, calyx tubuloſus, ſtriatus, multifidus, fructus teſta ovata, bicapſularis, calyce obvoluta, fœta ſeminibus exiguis. Flores eorumque petala ex inciſuris calycis tubulati prodeunt, Glaux paluſtris flore ſtriato clauſo Inſt. R. H. eandem conformationem habet.

*Salicaria trifolia, caule hexagono Jnſt. R. H.* Lyſimachia purpurea, trifolia, caule hexagono Spig. Iſagog. 49. Perenn. Flor. Jun. Jul. una cum vulgari, cujus eſt varietas, in den Stadtgräben vor dem Fiſcherthor.

*Salicaria Hyſſopifolio latiore Jnſt. R. H.* Hyſſopifolia major, latioribus foliis C. B. Pin. 218. Hyſſopifolia aquatica J. B. 3. 792. Jcon. quoque in C. B. Prodr. p. 108. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf feuchten Matten bey Ehrſtein, und in den Furchen der Aecker daſelbſten. J. B. florentem reperit locis humidis circa Bochkirchen & Falckenweiler in Alſatia. C. B. non longe Mühlhuſio obſervavit neben Waſſergruben. Folia Polygoni, pallide virentia, alternatim diſpoſita, pediculis carentia, flores roſacei, eleganter cærulei, ex alis foliorum emergunt.

*Salicaria Hyſſopi folio anguſtiore Inſt. R. H.* Hyſſopifolia minor, anguſtioribus foliis C. B. Pin. 218. Perenn. Flor. Jul. ad Aug. In dem Ried zwi-

ſchen der Jll und dem Rhein gegen Marckelsheim; auf dem Gebürg gegen Schirmeck, oberhalb Rotenburg, neben Quell-Wäſſerlein, ſed hæc longe minor præcedente.

*Salix vulgaris, alba, arboreſcens C. B. Pin.* 473. Salix maxima, fragilis alba, hirſuta J. B. 1. 212. Salix Dioſcoridis Lob. Jcon. 135. *Saule*, Weiſſe Baum-Weyden, Weiß-Weyden, Pfalweyden, Wilgenbaum. Flor. Martio, April. Julos profert Majo, ſteriles, ante folia, ſeu flores amentaceos mares, cum ſtaminibus multis, qui vocantur noſtratibus Kätzlein, hæ ſpicæ ſlorum ſtamineorum ſunt in quibusdam ſpeciebus, in aliis fructus & embryones ſpicati quoque hærent in aliis ſpeciebus, & continent numeroſas capſulas, cornu referentes per maturitatem dehiſcentes, in ſola fæmina, horum ſemina pappis involuta ſunt. Creſcit hæc ſalix bey Allen Lüfften, bey dem Dorff Oßwald; in der Ruprechtsau an feuchten Orten copioſe. Cæſalpinus primus detexit ſalices, quæ flores ferunt amentaceos, nullos producere fructus, & contra, quæ ſemina præbent, nullos oſtendere flores. Hoc ipſum Raius obſervavit quoque. Folia integra ſuperne virent, inferne candicant, per hyemem decidunt, cortex cinereus. Salix alia eſt Fructifera ſive fœmina, alia florifera ſive Mas. Ex utraque perticæ fiunt, quæ ſingulis annis amputatæ de novo excreſcunt ſpatio unius anni, interdum ad quatuordecim pedum altitudinem. In ſalice tanta vis vegetativa viget, ut etiam rami in fruſta diſciſſi particulæ exiguæ tamen radices agant, & ſimilem plantam producant, ſi terræ committantur. Lanugo Julorum utilis dicitur ad inhibendum ſanguinem. Salix dicitur à ſaliendo, quia cito creſcit, & ſaliendo quaſi augmentum ſumit.

*Salix vulgaris, nigricans, folio non ſerrato C. B. Pin.* 473. Salix rubra, minime fragilis, folio longo, anguſto J. B. 1. 215. Salix Phænicophlæos, ſive Phœnicea Lugd. 277. Seil- oder Korb-Weiden, Rothweiden, Rothe Baum-Weyden, Schwartzweiden, Hanffweiden. Rubens ſpontanea. Flor. April. an dem Krümmerich gegen der Ganßau; an dem Canal; an der Breuſch vor dem Weiſen Thurn. Hæc maxime Hortulanis ad vinciendum, aliis ad corbes & utenſilia conficienda. Folia argutis denticulis inſtructa quidem, ſed non crenata uti reliquæ ſalices. cortex rubet, vimen lentum, obſequioſum.

*Salix vulgaris, rubens C. B. Pin.* 473. Salix Amerina Lugd. 714. *Ozier* Rothe Bandweiden, Sponte creſcit oberhalb der Grünen Wart, neben einem Graben an der Landſtraß/ ubi jam dudum indigena facta eſt; alias colitur copioſe in den Bandgärten, virgæ ſingulis annis amputantur, & tunc audiunt Bandſtäb, quare vix unquam flores & ſemina ferunt.

*Salix folio amygdalino utrinque virente, aurito C. B. Pin.* 473. Salix ſpontanea, fragilis, amygdalino folio, auriculata, & non auriculata. J. B. 1. 214. Salix ſylveſtris, latifolia Tabern. Jcon. 1037. Mürbe Bruchweiden,

den, Roßweiden. Flor. April. an dem Canal; an den Gräben gegen der Aubruck; bey Gravenſtaten an dem Waſſer; gegen Oßwald. Modo major modo minor occurrit, cum vel ſine auriculis; folia ſuperne hilari virore prædita.

⊙ *Salix folio ſplendente, auriculato, flexilis Raji* C. C. 144. ubi deſcript. vor dem Spitalthor in der Tieffe, unten an dem Glacis. Hæc non adoleſcit in arborem, non eſt fragilis, capitula ſtaminum polline luteo conſperſa ſunt.

*Salix humilis, anguſtifolia* C. B. Pin. 474. Salix humilis, repens, anguſtifolia J. B. 1. 214. Lob. Jcon. 173. Girrlweiden, Girrlen. Magnitudine admodum variat. Flores ſeu Julos profert antefolia, illa quæ Mas & ſterilis eſt, copioſiſſimos, interdum ad duas uncias longos, in aliis vix unciam æquantes, pallide luteos, ſuaviſſimum longe lateque ſpargentes odorem, ſine ſubſequente fructu. Menſe Aprili, etiam adhuc ab initio & Majo. Ab hac forſan non multum differt Büdmiſck Kempferi Amœnit. Exot. p. 374. ſive Salix Perſica, Julis odoratis, cœleſtem prope odorem, juxta eundem, ſpargentibus, cum & hæc noſtra in aqua ſacharata infuſa ei pergratum odorem, diu durantem conciliet. Altera ſalix humilis eſt fructifera, per omnes ramos, eodem tempore, ſparſos racemulos granulorum ſeminalium oblongorum exhibet, etiam ante folia in alia ſtirpe. Ad fluvios Ellum & Bruſcam magna copia provenit; aliisque locis humidis. In locis ſiccioribus & incultis admodum humilis eſt & ſerpit, atque tunc vocatur Kletten-Weiden. Alias vero in ſatis altum & denſum fruticem excreſcit, atque ſi ſæpius rami abſcindantur, craſſum admodum truncum acquirit. Floret prima inter ſalices, bey Gravenſtaten copioſe an der Jll.

*Salix oblongo, incano, acuto folio* C. B. Pin. 474. Salix foliis longiſſimis, criſpis, ſubtus albicantibus J. B. 1. 212. Salix oblongo, incano folio C. B. Prodr. 159 Spitz-Weyden mit langen krauſen Blättern. Flor. April. an der Jll gegen dem Waſſer-Zoll über; an dem Canal. Ex viminibus ejus lentis & longiſſimis ſportulæ, vanni, & varia utenſilia formantur, notante J. B.

*Salix humilis, capitulo ſquamoſo* C. B. Pin. 474. Salix tenuior, folio minore, utrinque glabro, fragilis J. B. 1. 213. Salix helice Theophraſti Lugd. 277. Sumpff-Weiden mit ſchuppichten Köpffen, Rhein-Weiden, Krebs-Weyden quibusdam. Deſcript. apud Rajum C. C. 145. Cortex interior luteus vinum tingit & aquam. Folia anguſta ſunt, ex adverſo bina, ſubcærulea, utrinque glabra, Juli præ aliis exigui. Ramorum faſtigio inſident ſquamata capitula, Auguſto menſe, Roſæ æmula, pro nido inſecti cujusdam. Hæc foliorum congeries in ſummitate virgarum compacta, & roſas imitans, optime conſpicitur, dum folia decidunt. Illam etiam in aliis ſpeciebus ſe obſervaſſe teſtatur Rajus

Mm 2 C. C. 146.

C. C. 146. in vulgari alba & rubra, in caprea &c In foliis ſæpe tubercula & veſicæ apparent, media æſtate, itidem vermium domicilia. Floret Aprili ad Bruſcæ ripas, an dem Weg gegen der Grünen Wart; unten an dem Glacis vor dem Spithalthor in der Tieffe, Briſaci ad Rhenum J. B. vidit. Vocantur Rhein-Weiden, quia frequentes ad Rhenum.

*Salix humilis, latifolia, erecta C. B. Pin.* 474. quæ quarta in Prodr. Flor. April. an den Gräblein der Reben bey Niederhaußbergheim auf Berglein; in dem Ganßauer Wald locis uliginoſis ad Ripam fluvii; in humidis Michelfeldæ illam obſervavit C. B. Ex floribus aqua deſtillata, cum ſacharo permiſta, hæmoptyſin certo ſanare dicitur.

*Salix latifolia, repens C. B. Pin.* 474. Salix puſilla, humilis, Salicula repens Cam. Epit. 108. Erd-Weiden, Stein-Weiden, Kriech-Weiden, Berg-Weidlein. Flor. April. in tieffen Gruben neben dem Canal; auf dem Gebürge bey St. Ottilien zwiſchen den Steinritzen, bey Quellen; gegen Oßwald unter der zweyten Brücke.

*Salix fragilis C. B. Pin.* 174. *Prodr.* 158. Flor. April. ab initio an dem Illfluß bey Gravenſtaten; loco uliginoſo oberhalb der Grünen Wart. Folia anguſta, prona parte incana, ſuperius atrovirentia, & tandem pene nigra, Juli breves. Differt à ſalice folio amygdalino utrinque virente ſine auriculis, quæ omnino etiam ſatis fragilis eſt, foliis prona parte incanis, ſuperiori pene nigris.

*Salix pumila, foliis utrinque candicantibus, & lanuginoſis C. B. Pin.* 474. Kleine Weiſe Bruch-Weiden, Weiß Weiden. Flor. April. in dem XV. Wört; auf feuchten Wieſen bey Oßwald. Nonnullæ ex humilibus ſalicis ſpeciebus in arbores ſatis grandes & proceras adoleſcunt interdum, aliæ in locis ſiccioribus pumilæ plerumque ſunt, & fruticoſæ, juſtamque arboris magnitudinem raro aſſequuntur, Rajus.

*Salix latifolia, rotunda C. B. Pin.* 474. Salix latifolia, inferne hirſuta J. B. 1. 215. Salix Caprea, rotundifolia Tabern. Jcon. 1038. *Marceau*, Palm-Weiden, Saal-Weiden. Flor. circa finem Martii & Aprili in den Hecken gegen Oßwald, zwiſchen den Brücken. Flores ejus ſuavem odorem ſpargunt vere. Camerar. Hort.

*Salix folio rotundo, minore Dillenii. App. ad Cat. Pl. Giſſens. p.* 37. Folia ſubtus incana, mollia, ſuperne glabra Flor. April. in dem Hagenauer Forſt an feuchten Orten.

*Salix folio ex rotunditate acuminato C. B. Pin.* 474 Salix Caprea, latifolia Tabern. Jcon. 1038. groſſe Holweyde zu den Reifflein, Kätzel Weiden, Waſſer-Weiden mit rundlichten und zugeſpitzten Blättern. Deſcript. apud Rajum C. C 145. Hæc ſpecies eſt vulgatiſſima. Flor. Martio, April in ſepibus vor dem Judenthor an einem Graben; an der Ill gegen Arbogaſt. In uſum trahitur ad circulos doliorum minores conficiendos.

*Salix platyphyllos, leucophlæos Lugd.* 276. Salix aquatica Lob. Jcon. 137. Kl

137. Kleine Holweiden. Flor Jun. Jul. Planta humilis admodum, cortex rubet, Juli floridi breves, folia mollia, ſubtus incana, & lanuginoſa, ſuperne glabra, longiora tamen quam duarum præcedentium. Flor. Jun. neben einem Graben und tieffen Matten hinter dem Spital-Garten; in Gräben und tieffen Orten gegen Oſwald.

⊙ *Salix folio anguſto, longo, acuto, non ſerrato, glabro, ex utraque parte atro viridi.* Flores nec femina adhucdum videre contigit, nos illam invenimus bey Eſchau, locis uliginoſis.

*Salvia montana, maxima, foliis hormini, flore flaveſcente Inſt.* R. H. Horminum luteum, glutinoſum C. B. Pin. 238. Galeopſis ſpecies lutea, viſcida, odorata, nemorenſis J. B. 3. 314. Orvala. 3. Dod. Pempt 292. Wilder Scharlach mit gelben Blumen, Flöh-Kraut quibusdam, ob viſcoſitatem, cui pulices adhærent in cubiculo Figura apud Rivinum titulo Hormini flore luteo. Groß-Berg-Salbey mit gelben Blumen. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. auf dem Gebürg gegen Befort, in dem Münſterthal. In Sundgovia vidit C. B. in monte Muteto & circa Mönchenſtein. Eſt Sclarea glutinoſa, flores lutei, variegati, barba ampla, cava. Eſt Colus Jovis H. Eyſt. O. 8. F. 4. Fig. 1.

* *Sambucus fructu in umbella nigro* C. B. Pin. 456. Sambucus vulgaris J. B. 1. 544. Sambucus Dod. Pempt. 845. *Sureau*, Holder, Hollunder mit ſchwartzen Beeren. Perenn. flor. Majo Jun. Baccæ maturæ Septembri. an der Landſtraſſen vor dem Weiſſen Thurn. in ſepibus Rami medulla fungoſa farcti ſunt, Flos monopetalus, rotatus, multifidus, in umbellas vel racemos digeſtus, ovarium floſculi fundum perforans fit bacca plena ſucci, ſeminibus fœta oblongis. Flores recentes, in ſero lactis infuſi, purgant, ſicci non purgant, cum ovis in ſartagine frixi purgant ſufficienter. Turiones ſambuci cum aceto aſſumpti inſtar acetarii laxant & purgant; interior cortex infuſus in ſero lactis purgat Hydropicos. Tinctura ex fructu ſicco cum ſpiritu vini extracta eſt ſudorifera, & antihyſterica, emulſio ex ſeminibus purgat. Rob Sambuci uſitatum ad ſudorem ciendum remedium, ſemen etiam idem præſtat; Oleum ex baccis ſambuci maturis expreſſum eſt anodynum, & fœtet. Unguentum Sambucinum cum balſamo ſulphuris Rulandi calide impoſitum & ſervatum dolorem ab ambuſtione, etiamſi ab aqua fervida factus fuerit, & illum dolorem, qui poſt veſicatoria durat, mire ſedat, eſt remedium certum & efficax multa experientia comprobatum, quod ob promptam, quam aliquando opem tulit, in ſummis cruciatibus & doloribus, ab ambuſtione inſigni contractis magnifico munere centum aureorum, (Louis d'or,) compenſatum fuiſſe, fama fert.

*Sambucus fructu in umbella viridi* C. B. Pin. 456. Sambucus fructu albo Lob. Jcon. 162. Holder mit weiſſen Beeren. Perenn. flor. Majo Baccæ maturæ circa finem Julii & Auguſto vor dem Metzgerthor in eines Gart-

ners Zaun; in ſepibus bey dem Rheingieſſen; in der Stadt in eines Gartners Hof in der Steinſtraß, ubi in arborem fere excrevit. Rarius occurrit. Baccæ inſigni vi diaphoretica & ſanguinem purificandi virtute celebrantur.

*Sambucus racemoſa, rubra C. B. Pin.* 456. Sambucus racemoſa, acinis rubris J. B. 1. 551. Sambucus montana, racemoſa Lob. Jcon. 163. Waldholder, Bergholder, Hirſchholder, Wilderholder, Sambucus cervina. Perenn. Flor. April. Majo, Baccæ eleganter rubræ & maturæ Aug. Septembr. auf St. Ottilien Berg; auf dem Gebürge gegen Hochfeld copioſe; auf dem Hochgebürg hinter Rappolsweiler, ubi ſimul cum hac abundat Bella Donna; in monte Roſsberg circa Maßmünſter illam vidit J. B. Michelfeldæ in Sundgovia C. B & in monte circa Landscron. Plantam hanc ſoporiferam eſſe, & viribus convenire cum Bella Donna refert Sam. Dale in ſupplem. Pharmacolog. p. 298.

* *Sambucus humilis ſive Ebulus C. B. Pin.* 456. Ebulus ſive Sambucus herbacea I. B. 1 546. Ebulus Dod. Pempt 381. *Yeble*, Attich, Niederholder. Perenn. For. Majo, Jun. bey Oſwald; auf dem Auſſenwerck vor dem Metzgerthor. Emulſio cum ſemine Ebuli, à cortice liberati, ad Unciam unam Hydropicis utilis, & maxime convenit. Hiſt. Plant. Paris. Pulvis Sem. Ebuli cum Sale Tartari paratus, ad unciam dimidiam exhibitus in Cachexia, Hydrope, magnarum virium, cum illa à bilis inertia. Semen decorticatur infundendo in aqua, & iterum exſiccando, denique digitis terendo in calore ut cortex abſcedat, miſcetur etiam cum fructu cum pulvere Salis armoniaci Decoctum foliorum Ebuli & Tanaceti cum vino proficuum ad pedes œdematoſos, ſi hi frequenter & calide imponantur, & calide ſerventur in ſedimento.

*Samolus Valerandi I. B.* 3. 791. Anagallis aquatica, tertia Lob. Jcon. 467. Anagallis aquatica, folio rotundo non crenato C. B. Pin. 252. Flores monopetali, rotati, albi, longi, pediculis inſidentes, quos ſequuntur capſulæ didimæ, compreſſæ, ex calyce & piſtillo ſimul conflatæ, calyx quinquefidus, profunde diſſectus, fructus teſta ſeu capſula bipartita, apice dehiſcens, fœta ſeminibus exiguis.

* *Sanicula Officinarum C. B. Pin.* 319. Sanicula mas Fuchſii, ſive Diapenſia J. B. 3. 639. Sanicula Dod. Pempt. 140. *Sanicle*, Sanickel. Perenn. Flor. Majo auf der Ganßau bey deß Förſters Hof; bey Rheinau; hinter Barr in dem Wald copioſe, und in dem Gebürg bey Rappolſtein. Icon in Rivino. Flos roſaceus & umbellatus, petala plerumque ad centrum floris reflexa ſunt, ſemina nuda, lappacea, bina, gibba, echinata. Flores alii mares, ſteriles, alii hermaphroditi, ovario inſtructi. Eſt hæc planta vulneraria ex præcipuis, adhibetur externe & interne.

* *Saxifraga rotundifolia, alba C. B. Pin.* 309. Saxifraga alba, radice granuloſa

granuloſa I. B. 3. 706. Saxifraga alba Dod. Pempt. 316. *Saxifrage*, Weiſſer Steinbrech. Perenn. Flor. April. Majo, ſemen Junio maturum, vaſculo incluſum, auf einer Matten bey der Carthaus, gegen dem Canal-Schließen copioſe, ut & aliis locis. Folia parva facile exſiccantur, unde in ſiccioribus locis fruſtra eam quæſiveris, niſi tempore quo floret, & flores eminent, & ſeſe candore ſuo diſtinguunt. Figura egregia in Camerarii Epitome Mathiol. p. 719. Flos roſaces pentapetalus, calyx multifidus, profunde inciſus, tuluboſus, fructus ſubrotundus, bicornis, bicapſularis, ſemina valde exigua, radix granoſa, ex bulbulis granuloſis conſtans, folia ſubrotunda, craſſiuſcula. Granula iſta ſata germinant ut ſemen, & nihil ſunt quam ipſa radix. Vis ejus lithontriptica, à nonnullis decantata, exigua vel nulla.

*Saxifraga verna, annua, humilior J. R. H.* Sedum tridactylites tectorum C. B. Pin. 285. Tridactylites tectorum flore albo J. B. 3. 762. Paronychia altera Dod. Pempt. 112. Händleinkraut, Fröſch-Datzen. Flor. April. ad Majum auf Dächern in der Stadt; auf alten Mauren zu Wangen; auf Berg-Wänden hinter Heiligenſtein; auf Aeckern in dem Oſtwinckel. Accedente minimo ſolis æſtu perit, & nusquam toto anno comparet.

* *Scabioſa pratenſis, hirſuta, quæ Officinarum C. B. Pin. 269.* Scabioſa major, communior, hirſuta, folio laciniato J. B. 3. 2. Scabioſa arvenſis ſive ſegetalis Tabern. Jcon. 156. *Scabieuſe ordinaire*, Blaue Scabioſen, Acker-Scabioſen, Apoſtem Kraut. Perenn. Flor. Majo, Jun. auf denen Wieſen und Aeckern bey Oßwald; admodum frequens eſt bey dem Canal. Folia juxta radicem ſæpius non laciniata ſunt, & magna, interdum fere in totum integra ſunt etiam ſuperiora. Flores floſculoſi, calyce communi comprehenſi, floſculorum ſeries exterior majores continet floſculos, medii vero intra illos contenti quadrifidi aut quinquefidi ſunt, & calyce proprio continentur, capſula vel ſimplex vel infundibuliformis, ſemen coronatum. Aqua deſtillata eſt ſudorifera, decoctum ejus in variolis, febribus malignis, internis abſceſſibus, pleuritide, tuſſi, egregium.

*Scabioſa major, flore ex cæruleo purpurea Tabern. Jcon.* 158. Groſſe Purpur-blaue Scabioſen. Perenn. flor. Majo, Jun. in pratis neben dem Canal; bey Lingelsheim zu den drey Creutzen.

*Scabioſa montana, latifolia, non laciniata, rubra, & prima C. B. Pin.* 270. Scabioſa latifolia, Pannonica, purpureo flore, ſeu IV. Cluſ. Hiſt. II. Breit-Blätterichte rothe Berg-Scabioſen. Perenn. flor. Jun. Jul. auf dem Gebürg hinter Barr; bey Drey-Kirchen hinter Rappolsweiler; paſſim in Vogeſi montibus.

*Scabioſa longifolia alba, altera C. B. Pin.* 270. Scabioſa major, alba Tabern. Jcon. 163. Perenn. flor. Aug. Tabern. illam obſervavit bey hohen Königsberg in dem Obern Elſaß; und bey Schlettſtatt.

*Scabioſa*

*Scabioſa capitulo globoſo, major*, C. B. *Pin.* 270. Scabioſa major, vulgaris J. B. 3. 3. Scabioſa V. Cluſ. Hiſt. II. *Scabieuſe tété étoilée*, Rundköpffige Scabioſe. Perenn. flor. Jun. Jul. in dem Oſtwinckel; in den Reben bey Barr; ad agrorum margines, bey Mittelhaußbergheim; auf dem Haulenberg bey Mundolsheim. Eſt Aſterocephalus Act. Ac. R. Sc. Anno XXII. p. 242. Calyx in quinque partes diviſus, qui poſtquam flos evanuit, ſtellam repræſentat. Baſin floris coronant foliola in orbem poſita, flores tuboloſi ſunt, ſuperne in quinque partes ſciſſi.

*Scabioſa capitulo globoſo, minor*, C. B. *Pin.* 270. Scabioſa minor IV. Tabern. Jcon. 162. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf trockenen Wieſen in der Ganßau, und der Metzgerau; neben den Aeckern bey Jllkirch. Eſt Scabioſa anguſtifolia, flore cæruleo Eyſt. Vix ſpecie differt à priori, magnitudine variat, in dumetis altior, ad agrorum margines minor, folia in hac magis profunde inciſa.

Scabioſa minor I. II. III. Tabern. Jcon. 160 & 61. Perenn. flor Jun. ad Aug. in dem Eckbolsheimer Wald, auf trockenem Graßboden. Foliis varie ludit. Deſcript. in Bot. Paris.

⊙ *Scabioſa flore ex flore*. Eſt unicaulis, ſine ramis, ſinguli flores unico calyce inſtructi ſunt, ſed unus floſculus alteri innaſcitur, zwiſchen dem Rhein-Ziegelofen und der Bergerie an den Gärten. Succus nutritius fere omnis in ſingulos floſculos diffuſus, hanc varietatem produxit, quam Dnus. Bürckel ibidem detexit.

* *Scabioſa folio integro, hirſuto J.* R. H. Succiſa hirſuta C. B. Pin. 269. Succiſa ſive Morſus Diaboli J B. 3. 11. Dod. Pempt. 124. *Remors, Mors du diable*, Rauher Abbiß, Teuffels-Abbiß Perenn. flor. in fin. Jul. Aug. & Septembr. auf feuchten Wieſen. Deſcript in Bot. Paris. Flos eſt purpureus, floſculi medii quadrifidi, exteriores fere bilabiati, majores, calyx profunde diſſectus, ſerie duplici ſquamarum invicem incumbentium, ſemina nuda collecta in capitulum coronata, quæ fuerunt, antea embryones. Ettmüllerus & Diemerbröck ſuccum ejus pluris æſtimant in ulceribus malignis, bubonibus, & anthracibus. Dodonæus decoctum plantæ in inflammatione faucium pro gargariſmate laudat.

*Scabioſa folio integro, glabro, flore cæruleo J.* R. H. Succiſa glabra C. B. Pin. 269. Prioris varietas. Interdum folia inferiora hirſuta, ſuperiora glabra in eadem ſtirpe, Teuffels-Abbiß mit blauen Blumen. Perenn. flor. Aug. auf den Berg-Wieſen hinter Barr; auf dem Gebürg bey Rappolſtein gegen Duſenbach copioſe; in pratis Michelfeldenſium vidit C. B.

*Scabioſa folio integro, flore albo J.* R. H. Succiſa glabra, floribus albis C. B. Pin. 269. Abbiß mit Weiſſen Blumen. In Vogeſi montibus altis vidit Tabern, p. 452. Alias rarior apud nos.

*Scandix ſemine roſtrato, vulgaris* C. B. *Pin.* 152. Pecten Veneris J. B. 3. Part. 2. 71. Scandix, Pecten Veneris Dod. Pempt. 701. Nadel-Körffel, Hechel-

Hechel-Kamm. Jcon in Rivino quoque. Flor. Majo auf den Aeckern bey Oßwald; vor dem Steinſtraſſerthor gegen der Walckmühl; in arvis zwiſchen Cron-Weiſſenburg und Landau abundare vidit Tabernæ montanus. Flos roſaceus & umbellatus, fructus compoſitus ex duabus partibus, acum longam referentibus, ſemina nuda gemella longiſſima, roſtrata, geranii æmula.

*Scirpus paluſtris, altiſſimus J. R. H.* Juncus maximus, ſive ſcirpus major C. B. Pin. 12. Juncus maximus, Holoſchænos J. B. 2. 522. Juncus paluſtris, major Tabern. Jcon. 249. Groſſe Weyer-Binſen, Waſſer-Binſen, Deſcript. in Michel. Nov. Pl. Gen. p. 49. Jcon Tab. 31. & apud Scheuchz. in Agroſt. p. 354. Perenn. flor. Majo ad Auguſt. vor dem Spithalthor in Sumpffen; in Gräben zwiſchen Oßwald und Gravenſtaten; neben dem Krümmerich. Panicula ſparſa infra culmi extremitatem egreditur, ſemina villis ariſtiformibus per baſin obvallata ſunt. Flos apetalos, ſtamineus, ſtamina plura in capitulum ſquamoſum collecta, in ſquamarum alis hærent, ſemen triangulare, in capitulum pariter collectum, caules non ſunt triangulares, ſed rotundi, medulla farcti.

*Scirpus Equiſeti capitulo majori I. R. H.* Juncus capitulis Equiſeti, major C. B. Pin. 14. Juncus capitulis longis, ſive clavatus J. B. 2. 523. Juncus aquaticus minor, capitulis Equiſeti Lob. Jcon. 86. Groſſe Kölblichte Bintzen Perenn. Flor. Jun. Jul. unten an dem Glacis vor dem Spitalthor; in einem Graben gegen der Aubrück copioſe. Eſt Juncellus, cyperoides capitulo ſimplici. Flor. Pruſſ. fig. 131. Deſcript. in Bot. Paris. & in Scheuchz. Agroſt. p. 360. atque apud Michel. Nov. Pl. Gen. p. 50. Multum variat ratione magnitudinis modo cubitalis, & major adhuc modo pedalis & palmaris, ſcirpis tenuioribus & brevioribus, caules in capitulum ſingulare compactum terminantur, rotundi, ſemina pileata, villis ariſtiformibus circumdata ſunt. Eſt Scirpus paluſtris, clavatus, caule rotundo, molliſſimo, nitido, atrovirente Michelii l. c.

*Scirpus Equiſeti capitulo minori Inſt. R. H.* Juncellus capitulis Equiſeti minor, & fluitans C. B. Pin. 12. Juncellus capitulis Equiſeti fluitans C. B. Podr. 23. Kleine Kölblichte Bintze. Deſcript. etiam & Jcon in Scheuchz. Hiſt. Gram. 365. Tab. 7. fig. 20.

*Scirpus omnium minimus, capitulo longiori I. R. H.* Juncellus minimus, capitulis Equiſeti Boccone Rarior. Plant. 42. Perenn. Flor. Jun. Jul. unten an der erſten Bleich gegen dem Waſſer, in der Tieffe. Hunc Scirpum cum præcedente pro eodem habet Clariſſ. Vaillantius in Botan. Paris.

*Scirpus omnium minimus, capitulo breviori I. R. H.* Juncellus inutilis ſive Chamæſchænos C. B. Prodr. 22. Juncellus inutilis C. B. Pin. 12. Juncellus Adv. 44. Mooß-Bintzen. Perenn. flor. Jun. Jul. auf dem Weg gegen der Aubrück, in der Tieffe vor dem Spitalthor in tieffen Wegen gegen den Gärten. Interdum in iſtis locis udis totam ſuperficiem occupat.

* *Sclarea pratenſis, foliis ſerratis, flore cæruleo* I. R. H. Horminum pratenſe, foliis ſerratis C. B. Pin. 238. Gallitricum ſylveſtre vulgo, ſive ſylveſtris Sclarea, flore cæruleo magno, J. B. 3. 311. Orvala ſylveſtris ſpecies quarta Dod. Pempt. 293. *Toute bonne ſauvage*, Wilder Scharlach / Wilde Salbey quibusdam mit blauen Blumen. Jcon in Rivino. Perenn. ſecundum Botan. Paris, ad duos annos durat. Flor. Jun. auf trockenen Wieſen bey Oſtwald; paſſim auf Matten; an den Landſtraſſen. Flos monopetalos, labiatus, galea falcata, longa, adunca, barba tripartita, cujus medietas cava, flores plerumque ſeminodos caulium circulatim coronant, ſemina quatuor ſubrotunda; calyx tubuloſus, quinquefidus, foliola, verticillis ſubjecta, diverſæ formæ à cæteris rugoſis. Folia ſiccata, in vino madefacta, & ulceribus tibiarum applicata, illa curare, cum alia remedia inutilia deprehenduntur, affirmat Clariſſ. Garidel. H. Pl.

*Sclarea pratenſis foliis ſerratis, flore albo* J. R. H. Horminum pratenſe, flore albo, foliis ſerratis H. R. Par. Gallitricum ſylveſtre flore majore albo J. B. 3. 312. Wilder Scharlach mit weiſſen Blumen. Perenn. Flor. Jun. auf dem Glacis vor dem Spithalthor, nahe an dem Thor, rechter Hand; auf den Wieſen zwiſchen Oſtwald und Gravenſtaten copioſe.

*Sclarea pratenſis, foliis ſerratis, flore ſuave rubente* J. R. H. Horminum pratenſe, foliis ſerratis, flore ſuaverubente H. R. Par. Gallitricum ſylveſtre vulgo, ſive ſylveſtris ſclarea, flore purpureo magno J. B. 3. 311. Wilder Scharlach mit rothen Blumen. Perenn. Flor. Jun. Jul. neben den Aeckern in dem Oſtwinckel; in dem neuen Feld hinter der Batterie jam medio Maji; vor dem Illkircher Wald. Eſt tamen minus frequens hæc Planta.

*Sclarea major, foliis in profundas lacinias diviſis* J. R. H. Horminum ſylveſtre, majus, foliis profundius inciſis C. B. Pin. 239. Gallitricum ſylveſtre, coma vireſcente J. B. 3. 312. Hormini ſylveſtris IV. prima ſpecies Cluſ. Hiſt. quoad Jconem XXX. Perenn. flor. Majo, Jun. Jul. auf dem Glacis vor dem Spitalthor gegen der Jll zu; gegen Mertzweiler an dem Weg copioſe; zwiſchen Jllkirch und dem Wald an der Landſtraſſen. Eſt Horminum folio laciniato Rivin.

⊙ *Sclarea major, foliis in profundas lacinias inciſis, floris labio ſuperiori purpureo falcato, inferiori albido.* Perenn. Flor. Jun. Jul. ibidem. gegen Mertzweiler.

* *Scrophularia nodoſa, fœtida* C. B. Pin. 235. Scrophularia vulgaris & major J. B. 3. 421. Scrophularia Dod. Pempt. 50. *Grande Scrofulaire, Herbe du Siege*, Braunwurtz, Feigwartzwurtz, Knoten-Kraut. Perenn. flor. Jul. ad Aug. an der Jll bey Oſtwald; bey der erſten Bleich gegen dem Fluß in dem Graben unter den Hecken; auf dem Wörtel in der Stadt bey den Mühlen; paſſim in ſepibus. Jcon in Rivino. Flores Scrophulariæ monopetali,

nopetali, anomali, utrinque patentes, globoſi, bilabiati, labio ſuperiori binis foliolis ſuccincto, barba deorſum flexa, faucibus amplis, fructus rotundus, quaſi bicornis, acuminatus, bifariam dehiſcens, ſepto medio diſtinctus, ſemina exigua, radix nodoſa. Ad Scrophulas & Hæmorrhoides adhiberi ſolet, ad dolentes & ad alios non cœcos, ad ficus & mariſcas ani, ad ulcera ſerpentia, ad ſcabiem malignam. Eſt hæc planta ſaporis amari, digerit, incidit. Aqua deſtillata cum linteolo hæmorrhoidibus applicata, has ſiccat ſanatque, fit etiam unguentum ex ſcrophularia, ſunt etiam qui nodos radicis ſuperſtitioſe collo ſuſpendunt.

*Scrophularia aquatica, major, C. B. Pin.* 235. Scrophularia maxima, radice fibroſa J. B. 3. 421. Betonica aquatilis Dod. Pempt. 50. *Scrofulaire*, Waſſer-Knoten-Kraut; groſſe Waſſer-Betonien, Waſſer-Braunwurtz. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. bey Oſtwald an dem Waſſer und an den Wörten daſelbſten; bey der Lohmühl vor dem Spitalthor. Caules rubri, folia majora, radices ſine nodis vel tuberibus, flores ex obſcuriore purpura nigrantes. Viribus convenire dicitur cum præcedente.

*Scrophularia paluſtris, non fœtida, ſeu aquatica minor C. B. Pin.* 235. Scrophularia fæmina Cam. Epit. 86. *Petite Scrofulaire*, das kleine Waſſer-Knoten-Kraut. Perenn. flor. Jul. an der Ill bey Oſtwald. Nodi inter fibras radicis minus copioſi, interdum fere nulli.

*Scrophularia, Ruta cannia dicta, vulgaris. C. B. Pin.* 236. Scrophularia tertia, Dodonæo tenuifolia, Ruta canina quibusdam vocata, J. B. 3. 423. RutaCanina Cluſ. Hiſt. CCIX. Hundsrauten. Perenn. Flor. Majo, Jun. in dem XV. Wört an dem Rhein; auf der Ganßau. Ad ripas Rheni jam Rajus copioſe naſcentem obſervavit, & Briſaci ad Rhenum J. B.

* *Sedum majus, vulgare C. B. Pin.* 283. J. B. 3. 687. Sempervivum majus, alterum, ſive Jovis barba Dod. Pempt. 127. *Joubarbe*, Gemeine Haußwurtz. Perenn. flor. Jun. & Jul. auf denen Strohdächern, und auf alten Mauren in den Dörffern, quibus in locis ſe perpetim multiplicando, ſi non indigena tamen adoptiva facta eſt. Flos roſaceus, ſtellatus, non deciduus, folia in prima germinatione in globulos oculo bovillo æmulos, congeruntur, capſulæ ex multis corniculis radiatim diſpoſitis conflatæ ſunt, capitulum quoddam efformant, & petalorum numerum æquant, ſemina multa, exigua, folia ſucculenta, craſſiora. Planta contuſa, & fronti applicata, deliria & ardorem febricantium temperat. Aqua deſtillata cum pauco ſale ammoniaco egregia pro gargariſmate in angina Garidel. H. Plant. Folia detracta cuticula emolliunt clavos pedum, ſanant fiſſuras labiorum.

*Sedum vulgare, magno ſimile J. B.* 3. 688. Perenn. Flor. Jul. ibidem in tectis ruſticorum, zu Schiltigheim. Gignit ſoboles globuloſas, ex flagellis tenuioribus pendulas.

*Sedum minus, teretifolium, album* C. B. *Pin.* 233. Sedum minus, folio longiuſculo, tereti, flore candido J. B. 3. 690. Vermicularis, Craſſula minor Officinarum, & Illecebra major Lob. Jcon. 377. Mauerträubel, Katzenträubel mit weiſſen Blumen. Perenn. Flor. Majo ad Jul. auf alten Dächeren und Mauren bey dem Fiſcherthor copioſe. Planta octo ad novem pollices alta, folia ſparſa, ſummitates florum pentapetalorum, denſe ſtipatorum, recurvæ capſulæ ſtellatim diſpoſitæ, membranaceæ, ſemina parva, rubicunda.

*Sedum teretifolium, majus, flore albo Mor. H. R. Bleſ.* Perenn. Flor. Jun. auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor, und an den Mauren gegen dem Waſſer über ibidem,

*Sedum minus, teretifolium, alterum* C. B. *Pin.* 283. J. B. 3. 691. Sedum medium, teretifolium, ſive ſempervivum minus Officinarum Lob. Jcon. 376. Perenn. Flor. Jun. auf ſandichten Orten der Ganßau; in dem Gebürg hinter Heiligenſtein. Flores non ita denſe ſtipati, pentapetali, ſuperne albi, inferne ex viridi purpuraſcentes, fructus ut in præcedenti.

*Sedum minus, luteum, folio acuto* C. B. *Pin.* 283. Sedum minus flore luteo J. B. 3. 692. Aizoon hæmatoides Lob. Jcon. 378. *Tripe madame*, Kleine Haußwurtz, Gelbe kleine Katzenträublein. Flor. circa finem Jun. vor dem Spitalthor, bey den Seyler-Hütten; auf dem Gebürg hinter Hoch-Andlau; auf alten Mauren des Stadtgrabens.

*Sedum minus, luteum, ramulis reflexis* C. B. *Pin.* 283. Sedum minus, luteum, flore ſe circumflectente J. B. 639. Aizoon ſcorpioides Lob. Jcon. 377. Katzenträublein mit gelben Blumen und umgebogenen Näſtlein. Perenn. Flor. Jun auf dem Weg gegen dem St. Ottilien-Cloſter zu, nicht weit von dem Bronnen oder Quelle; hinter Rappolsweiler oberhalb Duſenbach; bey Peris gegen der ſchwartzen See.

* *Sedum parvum, acre, flore luteo* I. B. 3. 694. Sempervivum minus, vermiculatum, acre C. B. Pin. 283. Sedum minus VIII. Cauſticum Cluſ. Hiſt. LXI. Scharffer Mauer-Pfeffer, Kleineſte Katzenträublein. Perenn. Flor. Majo, Jun. auf dürren Wieſen gegen der Ganßau; bey dem Rhein-Ziegelofen; auf ſandichten Orten in der Ruprechtsau; in muris & tectis. Sæpe totos ceſpites occupat una cum flore. Guſtu eſt acris admodum & irritans. Ad gingivas ſcorbuticas illud commendat Ettmüller. Miſcetur ſuccus ejus cum ſucco ſedi vulgaris. Succus intus aſſumptus vomitum excitat.

*Sedum minimum, luteum, non acre*, I. B. 3. 695. Sempervivum minus, vermiculatum, inſipidum C. B. Pin. 284. Mauer-Pfeffer ohne ſcharffen Geſchmack. Perenn. flor. Majo, Jun. auf Wieſen gegen Oßwald. Non ita frequenter occurrit ac præcedens, folia longiora ſunt.

*Sedum paluſtre, ſubhirſutum, purpureum* C. B. *Pin.* 785. Sedum purpureum, pratenſe J. B. 3. 692. Sedum minus III. ſive paluſtre Cluſ. Hiſt. VIII.

VIII. Klein roth Wieſen-Haußwurtz. Figura in Hort. Eyſtet. Perenn. Flor. Jun. Jul. auf ſumpffichten Matten hinter Bußweiler; bey Wimmenau copioſe. Flores rubentes, calyx ſubruber, ſucculentus, foliola longiuſcula, ſubhirſuta.

*Sedum arvenſe, flore rubente* C. B. *Pin.* 283. Prodr. 132. Perenn. flor. Majo ad Jul. in agris Sundgoviæ circa Hunningam obſervavit. C. B.

*Sedum Alpinum, flore pallido* C. B. *Pin.* 284. Sedum parvum, montanum luteum J. B. 3. 693. Sedum minus VI. ſive Alpinum 1. Cluſ. Hiſt. IX. Jcon. in Garidel H. Plant. Tab. 91. Perenn. viget Auguſto injugis montium nivoſorum auf dem Weg gegen der Weiſſen See zu, nicht weit von dem Bon-homme.

* *Senecio minor, vulgaris* C. B. *Pin.* 131. Senecio vulgaris, ſive Erigeron J. B. 2. 1041. Senecio ſive Erigeron Lob. Icon. 225. *Seneçon*, Creutzel-Kraut, Creutzwurtz, Flor. Iun. Iul. Septembr. iterum auf den Feldern vor dem Steinſtraſſerthor; bey der Taback-Mühl unter der Stadt. Flos floſculoſus, androgynus, multifidis floſculis, calyx monophyllus, cylindraceus, multiſciſſus, inferius leviſſime ſquamoſus, elapſo flore conicus, deorſum vertitur per maturitatem, ſemen pappoſum, ovaria pilis coronata. In lacte cocta hæc planta eſt emolliens & anodyna in clyſmate aut cataplasmate, ſuccus ad uncias duas. Garidel. H. Plant.

*Serpillum vulgare, majus, flore purpureo* C. B. *Pin.* 220. *Serpolet*, Quendel, Feld-Kümmel mit rothen Blumen. Eſt Serpillum erectum Rivin. Flor. Iun. Iul. ad Aug. auf dem Glacis zwiſchen dem Steinſtraſſerthor und Cronenburgerthor; auf den Matten gegen Oßwald; auf trockenen Wieſen gegen Gravenſtaten copioſe. Flos labiatus, labium ſuperius ſurrectum, bifidum, inferius tripartitum, in calyce quatuor ſemina nuda. caules humiles, minus duri & lignoſi quam in thymo. floſculi in capitula congeſti.

*Serpillum vulgare, majus, flore albo* C. B. *Pin.* 220. Serpillum album Tabern. Icon. 361. ibidem ſed rarius.

* *Serpillum vulgare, minus* C. B. *Pin.* 220. Serpillum vulgare I. B. 3. Part. 2. 269. Dod. Pempt. 277. *Serpolet à feuille étroite*, Kleiner Quendel, Kleiner Feld-Kümmel Icon in Rivino. Perenn. Flor. Jun Jul. auf Wieſen gegen der Hohenwart; in dem Oſtwinckel. Flores modo ſunt ſaturate purpurei, modo pallide rubentes. Differt tantum à priori cultura, & loci ſiccitate. Eſt hæc planta aromatica, cephalica & antihyſterica, aperitiva, emmenagoga. In modum herbæ Thèe aſſumpta minori doſi, utilis ad rheumatiſmos inveteratos, aqua deſtillata efficax in Apoplexia, paralyſi, affectibus nervorum.

*Serpillum vulgare, flore albo H. Edinburg.* Perenn. flor. Jul. neben dem Canal bey der erſten Schlieſ. Rarius tamen occurrit.

*Serpillum vulgare, minus, capitulis lanuginoſis* C. B. *Pin.* 220. Quendel mit

Wollichten Köpffen. Perenn. Flor. Jun. Eſt Varietas, proveniens ab inſecto quodam capitulum ſerpilli lædente, ita ut ſuccus nutritius extravaſatur, & in ejusmodi tomentum candicans degeneret ex obſervatione Tournefortii Hiſt. Plant. Paris. Serpillum latifolium, hirſutum C. B. Pin. 220. Prodr. 108. Perenn. flor. Jun. Jul. in dürren ſteinichten Gruben hinter Oßwald.

*Serpillum foliis, citri odore I. B. 3. Part. 2.* 270. Serpillum citratum Tabern. Icon. 360. Citronen-Quendel. Eſt Serpillum citratum Eyſt. & Rivin. Perenn. flor. Jun. Jul. in denen Holwegen des Gebürges gegen St. Ottilien, von Heiligenſtein aus, an abhangichten Orten. In pratis montoſis Sundgoviæ circa Landscron C. B. reperit. Apud nos tamen rarius obſervatur.

*Serpillum anguſtifolium, hirſutum, C. B. Pin.* 220. Serpillum anguſto lanuginoſoque folio J. B. 3. Part. 2. 270. Serpillum Pannonicum III. Cluſ. Hiſt. 360. Jcon in Rivino. Perenn. flor. Jun. Jul. in monte Waſſerfall des Elſaßiſchen Jura-Gebürgs obſervavit C. B.

* *Sideritis hirſuta, procumbens C. B. Pin.* 233. Tetrahit Herbariorum Lob. Jcon. 523. *Crapaudine,* Gliedkraut, Gliedweich, Berufſkraut. Perenn. flor. Jun. Jul. neben den Aeckern in dem Oſtwinckel; neben der Landſtraſſen vor dem Weiſſen Thurn gegen Eckboltzheim. Virtutem habet vulnerariam & adſtringentem, tam externe quam interne; uſurpatur contra Hernias.

*Sideritis hirſuta, erecta C. B. Pin.* 233. Eſt varietas præcedentis, nec ſpecie differt. Flos monopetalos, labiatus, labium ſuperius ſurrectum, bifidum, inferius quadripartitum, ſemina oblonga in calyce, flores verticillatim diſponuntur in alis foliorum inciſorum. Eſt Sideritis flore luteolo Rivini. Sed hirſuties caulium minus bene videtur expreſſa.

*Sinapi arvenſe, præcox, ſemine nigro Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 216. Rapiſtrum flore luteo, foliis inciſis vel ſinuatis C. B. Pin. 95. J. B. 2. 844. Rapiſtrum arvorum Lob. Jcon. 198. *Sanve,* Hederich mit gelben Blumen, Heyderich, Ackerköhl, Wilderſenff mit ſchwartzlichtem Saamen. Semen ex rubro nigricat. Flor. Majo ad Jul. & Septembri iterum inter ſegetes vor dem Cronenburger-Thor, & paſſim auf den Aeckern. Ex ſemine hoc etiam oleum exprimi poteſt æque laudabile ac illud ex Napo, ſed cum non niſi ſucceſſive deflorеſcat, ita ut capſulæ inferiores dehiſcant, & ſemen projiciant, antequam in ſummitate flores adhuc emergentes in ſiliquas abeant, ideo hanc ob cauſam negligitur, nec colitur uti Napus, etſi ejus ingens copia præſto ſit. Flos cruciformis, fructus ſeu ſiliqua in cornu quoddam fungoſum deſinit, ſepto diſtincta, ſemina ſubrotunda, ſapor acris & fervidus, ſinapi proprius.

*Sinapi arvenſe, præcox, ſemine nigro, foliis integris J. R. H.* Rapiſtrum flore

re luteo, foliis non inciſis C. B. Pin. 95. Rapiſtrum Dod. Pempt. 675. Hederich mit unzerkerfften Blättern. Flor. Jun. Jul. priori permiſtum, auf den Aeckern gegen Oßwald & paſſim in agris requietis. Semen utriusque ſinapi arvenſis eſt amariuſculum, videtur utraque ſpecies naſci ex eodem ſemine. In fluvii Bruſcæ exigua quadam quaſi Inſula, gegen dem Wacken, mirandæ magnitudinis conſpicitur.

*Sinapi Erucæ folio. C. B. Pin.* 99. Sinapi Eryſimo Tragi cognatum, ſive ſimile J. B. 2. 857. Sinapi ſylveſtre Dod. Pempt. 707. *Moutarde ſauvage*, Wilde Raucken, Wegſenff, Wilderſenff. Flor. Jul. Aug. auf der Inſul zwiſchen den zwey Rheinbrücken, an dem Wege auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor; bey den neuen Redouten gegen der Citadell copioſe, und neben Aeckern. Eſt planta acris, magni uſus in cruciatibus ventriculi, ſcorbuto, Malo Hypochondriaco & calculo, externe eſt inſigne rubefaciens Buxbaum. Plant. Hallens.

*Sinapi Rapifolio C. B. Pin.* 99. Sinapi ſiliqua latiusſcula, glabra, ſemine, ruffo, ſive vulgare J. B. 2. 855. Sinapi ſativum, prius Dod. Pempt. 706. Wilderſenff. Eſt ſinapi ſativum Gerard. Emac. ubi Deſcript. Flor. Jun. Jul. in Sundgovia vidit in agris J B. ex ſemine ſponte delapſo. Sinapi rurale, quaſi indigeno longo tempore. Semina fuſca ſunt, flores lutei. Etiam Tabernæmontanus hanc Sylveſtrem ſpeciem obſervavit circa Baſileam, vocatur quoque Wilder Brauner Senff.

* *Siſymbrium aquaticum Math.* 787. Naſturtium aquaticum, ſupinum C. B. Pin. 104. Siſymbrium Cardamine ſive Naſturtium aquaticum J. B. 4 884. *Creſſon d'eau.* Kleiner Brunnkreß, Waſſerkreß, Perenn. Flor. Jul. Aug. auf dem Wacken in Gräben copioſe; in Waſſer-Gräblein der Ruprechtsau; reperitur in dem Obern Gebürg des obern Elſaß bey Quell-Wäſſerlein, quod guſtu multo acrius eſt, & linguam acriter pungit. Flos Siſymbrii cruciformis, ſiliqua bipartita, bivalvis, ſiliquarum valvæ, vi elaſtica deſtitutæ, non diſſiliunt, neque ſemina excutiunt, quæ ſunt ſubrotunda; cæterum facies plantæ propria, foliis pinnatim diſſectis, in una ſtirpe longioribus & acutis, in altera longioribus. Ex obſervatione quorundam ſuccus ſiſymbrii aquatici polypos narium flaccidos reddit, & ſenſim ſiccat, ſi cum pauco ſale ammoniaco pulveriſato ſæpius admoveatur. Succus hic cum brodio cancrino miſtus, & aſſumptus egregie ſanguinem purificat in malo Hypochondriaco, Scorbuto, Hydrope, vel ſi modo herba in brodio fervido infundatur, non vero coquatur, ne ſal volatile exhalet. Aperit obſtructiones hepatis, pellit arenulas ex renibus & veſica, atque menſes movet. Infuſio naſturtii aquatici in aqua fervida, cum melle & pauca aluminis quantitate efficax pro collutione oris, in gingivarum laxitate & intumeſcentia pauperibus, magis adhuc cum ſale ammoniaco pro divitibus. In Scorbuto militum efficax remedium quoque præbet, &

multos

multos jam juvavit, ſi naſturtii aquatici, radicis armoraciæ, aut etiam cochleariæ herbæ manip. 1. Fumariæ manipul. ij. in tribus menſuris cereviſiæ vel lactis coquantur, & hauſtus aſſumatur calide.

* *Siſymbrium Erucæfolio, glabro, flore luteo Inſt. R. H.* Eruca lutea, latifolia, ſive Barbarea C. B Pin. 98. Barbarea J. B 2. 868. Dod. Pempt. 712. *Herbe de St. Barbe*, St. Barbaren-Kraut, Wilder Kreß, quod in Hortis colitur, vocatur, Winter-Kreß. Sunt qui in hac planta totam fere Scorbuti curam, conſiſtere autumant. Interne in uſum trahitur cum magno fructu, quando manipulus unus foliorum juniorum, antequam planta cauleſcat in brodio carnium ferventi, cui pinguedo detracta, & cancri quidam fluviatiles contuſi una infundantur, & colatura mane & veſperi calide hauriatur, vel quando his ipſis foliis junioribus recentibus lac fervidum aut brodium carnium affundatur, & ſic aſſumatur in modum herbæ Thée, in Hectica magni uſus. Pro ſubjectis bilioſis juvat ſimul cum ſiſymbrio. Acetoſam leviter incoquere, debita doſi, etiam Hydropicos exinde levatos fuiſſe admodum ab aliis obſervatum. Hæc planta ſiſymbrii longe gratior eſt guſtu, & minori acrimonia vel amaritie prædita quam cochlearia, & nihilominus æque efficax. Illa quæ in Hortis culta eſt, delicatioribus magis convenit præ altera, quæ ad ripas fluviorum creſcit, cujus folia magis ſunt aſpera, & rigida Semen admodum acre & diureticum eſt, in pulverem redactum urinam pellit valide, ſi cum parum Salis Tartari miſtum in vino vel Thée aſſumatur, qua ratione etiam pedes ædematoſos curat. In vino decoctum urinam, arenulas, & menſes pellit, cibo admiſtum aviculis Canarienſibus, eas valde agiles & canoras reddit. Succus ulcera antiqua mundificat. Folia maſticata, gingivis ſæpius affricta de die, ex noſtra obſervatione Scorbuticorum gingivas ſanguinolentas & nimis flaccidas atque laxas ſale ſuo volatili acri irritant, ſtringunt, atque reſtituunt, acrimoniæ ſenſu cito tranſeunte. Ubi vero internus modo indigitatus uſus ſimul adhibetur, non raro cura citius perficitur, quam ſelectiſſima remedia, certo indicio etiam Alſatiæ noſtræ proſpexiſſe Naturam, & in noſtra tellure atque domi provenire, quæ cochleariæ ex longinquis oris petitæ æquiparanda ſunt. Floret hoc ſiſymbrium, Aprili Majo ad Junium auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor; an der Breuſch hinter der Grünen Wart; in den alten Stadt-Gräben copioſe; paſſim in locis præcipue humidis, an Waſſer Gräblein in der Ruprechtsau. Eſt Naſturtium hybernum Thal. Dentiſalus ſcorbutica Hoffmanni. Maſticata, & gingivis affricta has à corruptione & fœtore præſervat ſale ſuo volatili. Moriſon diſtinguit inter Erucam latifoliam, luteam, ſive Barbaream annuam & perennem, ſive Erucam Barbareæ æmulam majorem, cujus omnes partes majores ſint, cum ſola cultura hæc invicem differant. Tabernæ montanus in Marem & fœminam

fæminam diſtinguit, ſed non addit ſigna diſtinctiva. In hortis culta ad acetaria & brodia alterantia, diutius durat, mitior & ſpecioſior evadit, amaritiem deponit, guſtum acrem magis gratum acquirit, & folia glabra magis atque profundius inciſa habet, ſiliquasque tenuiores.

*Siſymbrium aquaticum, Raphani folio, ſiliqua breviori J. R. H.* Raphanus aquaticus, alter C.B.Pin. Edit. 1. 97. Prodr. 38. Raphanus aquaticus, Rapiſtri folio C.B. Pin. Edit. 2. 97. Rapiſtrum aquaticum Tabernæm. Jcon. 408. *Raiſort ſauvage, Raiſort d'eau,* Waſſer-Heyderich, Waſſer-Rettich, Waſſer-Kreß, Waſſer-Radis, Wilder Rettich. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. in ſtehenden Waſſern und Gräblein in der Ruprechtsau, in ipſis aquis. Flores lutei ſunt, ſeminum ordo duplex, in utroque latere ſiliqua. Hoc Siſymbrium in Horti Medici locum ſicciorem translatum, crevit ad quatuor pedum altitudinem & ultra, folia produxit non laciniata, majora æque ac minuta, oblonga, aſpera, & leviſſime tantum ſerrata. Cum hæc planta in locis ſiccioribus creſcit extra aquas, foliis & aliis partibus multum ſæpe ludit, ut etiam exinde peculiare nomen Radiculæ aquaticæ, foliis in profundas lacinias diviſis obtinuerit apud Dillenium Cat. Plant. Giſſ. p. 80. & App. p. 9. & pag. 121. atque Radiculæ ſylveſtris & paluſtris apud Joh. B. 2. 867.

*Siſymbrium aquaticum, foliis in profundas lacinias diviſis, ſiliqua breviori J. R. H.* Raphanus aquaticus, alter, foliis in profundas lacinias diviſis C. B. Pin. 97. Prodr. 38. (ubi utriusque figura) Waſſer-Hederich, Waſſer-Rettich. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. an der Jll oberhalb der groſſen Schlieſſe, Lincker Seits copioſe; ad foſſas pratorum in der Ruprechtsau; unten an dem Glacis vor dem Fiſcherthor, bey denen neuen Redouten gegen der Citadell copioſe, ſed extra aquas.

*Siſymbrium paluſtre, repens, Naſturtii folio Inſt. R. H.* Eruca paluſtris & Naſturtii folio, ſiliqua oblonga C. B. Pin. 98. Eruca paluſtris, minor Tabern. Jcon. 447. Eruca quibusdam ſylveſtris, repens, floſculo luteo J. B. 2. 866. Tournefort. Hiſt. Paris. p. 37. exhibet deſcriptionem & criſin Autorum, Tabernæm. autem figuram optimam l. c. *Roquette ſauvage,* Kleine Waſſer-Raucken. Flor. Jun. Jul. in Gräben gegen der Hohenwart; bey der Bergerie; locis humidis auf dem Weg nach Oßwald in Gruben an dem Waſſer; auf denen Matten bey Haßlach copioſe. Caules tenues, plures, pedem alti, varie inclinati, canaliculati, alternatim foliis veſtiti inſtar Naſturtii hortenſis, flores in ſummitate ramulorum quaſi in ſpicam diſpoſiti, tetrapetali, lutei, calyx quadrifolius, ſiliqua tenuis, in duo loculamenta diviſa, in quolibet duæ ſeries ſeminum ſubrubrorum forma ovali, membrana, quæ ſiliquam dividit, terminatur in apicem exiguo globulo inſtructum, valvæ ſiliquarum non diſſiliunt, neque vi excutiunt ſemina, folia pinnatim diſſecta ſunt.

*Siſymbrium annuum, Abſynthii minoris folio J. R. H.* Naſturtium ſylveſtre, tenuiſſime diviſum C. B. Pin. 105. Seriphium Germanicum, ſive Sophia quibusdam J. B. 2. 886. Sophia Chirurgorum Lob. Jcon. 738. Sophien-Kraut, Beſenkraut. Flor. Majo. Jun. an dem Weg vor dem Fiſcherthor; in dem Oſtwinckel; an alten Mauren. Variat foliorum magnitudine. Planta hæc eſt guſtu acris & parum adſtringens, apta ad omnis generis fluxus cohibendos, etiam diarrhoeæ, fluoris albi, hæmorrhoidum, ſputi ſanguinei &c. Semen vermes necat monente Cæſalpino, & tota planta vulneraria eſt.

*Sium, ſive Apium paluſtre foliis oblongis C. B. Pin.* 154. Sium Umbelliferum J. B. 3. 172. Sium Dod. Pempt. 589. *Berle*, Waſſermarck mit langlichten Blättern, Marck-Peterlein, Waſſer-Eppich. Eſt Sium minus Rivini Perenn. Flor. Jun. ad Aug. bey dem Wickhäuſel unten an der Brücke; in Gräben hinter Oßwald; an dem Waſſer gegen der Grünen Wart. In locis ſiccioribus exiguum ſæpe. Deſcript. in Bot. Paris. Flos roſaceus, umbellatus, petala æqualia, ſemina bina, ſubrotunda, hinc gibba & ſtriata, inde vero plana; Folia pinnata, conjugatim adnata uni coſtæ, ultimo impari. In quibusdam locis in acetariis adhibetur, ſuccus ejus utilis in ſcorbuto, pellit arenulas per urinam. Cum forte reperitur in Quell-Wäſſerlein & caulis diſruptus odorem habet aromaticum, eſt Sium aromaticum.

*Sium paluſtre, alterum, foliis ſerratis J. R. H.* Varietas prioris, folia longiora, firmiora, & magis denticulata. Provenit ibidem, præcedenti permiſta plantæ.

*Sium latifolium C. B. Pin.* 154. Sium medium, Paſtinaca paluſtris Tabern. Jcon. 78. Sium maximum, latifolium J. B. 2. 175. *Berle*, Groß-Waſſermarck, Waſſer-Paſtenack, Hartz-Paſtenack quibusdam. Eſt Sium Rivini, Perenn. flor. Jul. Aug. an der Jll gegen Oßwald; in Gräben vor dem Spitalthor. Folia quæ primo erumpunt, tenuiſſime diviſa ſunt, quod etiam Raius & Tournefortius obſervarunt. Flora Pruſſica Jconem exhibet p. 256. ſub Tit. Sium foliis variis. Florum petala bifida ſunt, cordiformia, æqualia, Radix cauliformis, fibroſa, lignoſa, ſemen ſubrotundum, ſtriatum.

*Sium umbellatum, repens Ger. Emac.* 258. Sium geniculis umbellatis H. R. Par. & Bot. Paris. ubi deſcript. Sium aquaticum ad alas floridum Moris. Umb. 63. Perenn. flor. Jul. ad Sept. auf dem Feld zwiſchen dem Wickhäuſel und Arbogaſt, bey dem Waſſer; bey einer Waſſergrub auf dem Weg gegen der Aubrück Radix non repit, pediculi tamen florum incurvati ſunt & quaſi repentes. Herba cruda in acetariis aſſumitur in calidis Regionibus, ſtomacho grata, urinas pellit & veſicæ calculos J. B.

⊙ *Sium virulentum & lethale Dillenii Cat. Pl. Giſſ. p.* 115. Sium Erucæfolio

folio C. B. 154. Sium aquaticum, foliis multifidis, longis & ſerratis Mor. H. 3. 283. Cicutaria Riv. Jrr. Pentap. Cicuta aquatica Wepferi Hiſt. & Ephem. N. C. Dec. 11. Ann. 6. p. 232. Cicuta aquatica Geſneri J. B. 3. 175. Cicuta maxima H. Eyſt. & Vern. O. 7. F. 2. Fig. 2. Gifftiger Waſſermarck, Bartzenkraut. Saxonum, Waſſer-Schierling. an Oenanthe ſucco viroſo, crocante Lob. Adverſar. 326. ? Dillenius exiſtimat hanc cum Sio Erucæ folio confundi à Wepfero & Rajo. Icones priorum ſunt minus accuratæ, nempe J. B. & Lobelii. Perenn. floret præcipue Julio, Auguſto bey dem Wickhäußlein, neben dem Krümmerich-Waſſer; an der Jll gegen Schiltigheim; in den Stadtgräben bey dem Fiſcherthor und Judenthor copioſe, auf Waſſerichten Matten neben dem Canal bey Eckboltzheim; creſcit etiam bey Weiſſenburg locis aquoſis. In calidis Regionibus non reperitur, in locis Septentrionalibus frequens eſt. Radix cauliformis, cava, geniculata, longis bulbis, vel tuberibus carnoſis, inter copioſas fibras capillaceas inſtructa eſt. Hi bulbi inter extrahendum facile abrumpuntur, adeoque caute agendum, terra prius bene ſubacta, quamvis ſine interventu alicujus filamenti hi bulbi immediate adhæreant. Eadem radix porro guſtu acris eſt, imo acerrima, linguam & labia lædit, & recens diſciſſa in cellularum cavitatibus liquorem continet fere limpidum, parum lacteſcentem, qui ubi per breve temporis ſpatium ſtetit, croceum & rufeſcentem induit colorem. Folii vel caulis portiuncula, parum in ore detenta, vel maſticata, mox gravia ſymptomata, dolorem, inflammationem & exulcerationem ibi excitat. Tota Planta ſumme venenata eſt, & triſtibus lethalis noxæ exemplis apud Wepferum Hiſt. & Stalpert van de Wiel obs. 43. Cent. 1. S. Nat. E. Dec. 11. Ann. 6. p. 231 aliosque famoſa. Ex ore Ampliſſimi Domini Doctoris Maugue, Medici Provincialis Alſatiæ celeberrimi habeo, milites quosdam radicem hanc forte in campis pro radice Paſtinacæ eruiſſe, & cum carnibus coctam comediſſe, atque exinde brevi mortuos fuiſſe, ventriculi tunicas hinc inde corroſas fuiſſe deprehenſas, & maxime inflammatas poſt aperturam cadaverum. Clariſſ. Rivinus pro vera Dioſcordis & Antiquorum Cicuta habet hanc Plantam, & ſunt qui exiſtimant, hac mediante, Socratem è vivis ſublatum fuiſſe. Odorem ſpargit partim aromaticum, partim viroſum & horridum, imprimis radix. Boves interea non modo herbam hanc impune vorare, ſed & impenſe amare, & per aquas ſectari refert Rivinus, docet experientia. Charactere convenit cum Sio, ſi exceperis bulbos vel tubera carnoſa radicis.

*Smilax unifolia, humiliſsima J. R. H.* Unifolium Dod. Pempt. 205. Lilium convallium minus C. B. Pin. 304. Unifolium ſive Ophris unifolia J. B. 3. 534. Einblatt, Zweyblatt. Perenn. Flor. Majo auf dem Gebürge hinter Barr; in dem Oſtwinckel. Deſcript. in Bot. Paris. & apud

 Dillen.

Dillen. Append. ad Cat. p. 138. Habet folia bina in caule, cum cauleſcit, antea vero unicum tantum folium, flos roſaceus, polypetalos, fructus ſeu bacca ſubrotunda, mollis, ſemina globoſa vel ovata.

* *Solanum Officinarum, acinis nigricantibus C. B. Pin.* 166. Solanum hortenſe, ſive vulgare, acinis nigris J. B. 3. 608. Solanum hortenſe, baccis nigricantibus Dod. Pempt. 453. Solanum nigrum, vulgare, Cord. Hiſt. 158. *Morelle à fruit noir*, Nachtſchatten, nonnullis Sau-kraut, quia ſuibus lethale eſt, etiam Vaccis, imo junioribus tenellis anatibus, & gallinarum pullis, quibus folia æque ac baccæ præſentaneum venenum ſunt. Succus baccarum maturarum ad ignem cum butyro & guttis aliquot Spiritus Vini miſtus, egregie lenit dolorem ſcabioſorum & pruritum, Wann es ſchmirtzet. Folia in aqua calida detenta, & tumoribus duris, ſcirrhoſis impoſita valide emolliunt, etiam illos in pollice pedis, auf dem Ballen a nimia compreſſione calcei ortos, ſiquidem interea patiens quietem pedi permittat. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 39. Foliis magis minusve laciniatis, interdum inſtar Chenopodii reperitur præcipue illud quod eſt acinis rubris. Flos monopetalos rotatus, quinquefidus, calyx monophyllus, quinquefidus, baccæ globoſæ, molles, ſucculentæ, ſemina plana. In quibusdam locis, ut in Moravia, mulieres, infantium in cunis vagientium capiti manipulum Solani ſubſternunt, & ſic illis brevi ſomnum conciliant, ob effluvia narcotica monente Boccone in Anmerckungen natürlicher Dinge. Herba contuſa cum fructu hæmorrhoidibus cæcis externis & dolentibus applicantur calide, interdum ſola applicatio foliorum calidorum continuata, dolorem & tumorem ceſſare facit.

*Solanum Officinarum, acinis luteis C. B. Pin.* 166. Solanum hortenſe ſive vulgare, acinis luteis J. B. 608. Solanum hortenſe, baccis lutei coloris Dod. Pempt. 453. Solanum luteum Geſn. Hort. 281. *Morelle à fruit jaunatre.* Eſt Solanum annuum, hirſutius, baccis luteis M. H. 3. 520. Flor. Jul. Aug. Baccæ maturæ Septembri. Rariſſime apud nos occurrit, invenimus aliquando hanc plantam neben den Aeckern in denen Furchen bey Reichshofen. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 43. Flos monopetalus, rotatus, quinquefidus, fructus ovalis, mollis, ſemina plana globoſæ pulpæ adhærent, flores albi, umbone lutei, calyx monophyllus, quinquefidus, ſtellatus, folia ſunt pallide virentia & villoſa. Baccæ & ſemina hyemen perferunt, modo ſint foliis delapſis vel pauca terra contecta. In Horto noſtro ſingulis annis ſe propagant ſponte.

*Solanum ſcandens, ſive Dulcamara C. B. Pin.* 167. Glycipicros, ſive amara dulcis J. B. 2. 109. Dulcamara Dod. Pempt. 402. Hinſch-Kraut, Bitterſüß. Noſtratibus Je länger, je lieber. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. in der Ruprechtsau; an der Ill gegen dem Waſſer-Zoll an denen Hecken; an

auf dem Schiefrein gegen der Sägmühl an dem Waſſer. Hujus folia quandoque in parte inferiore aurita ſunt duabus pinnis. Flores violacei vel purpuro cærulei, graveolentes, baccæ coccineæ, in quibus granula exigua. Planta hæc cum ſemine lini in vino decocta, lac coagulatum in mammis reſolvit, & omnis generis tumores, contuſiones diſſipat & diſcutit forma cataplaſmatis.

*Sonchus aſper, non laciniatus* C. B. *Pin.* 123. Sonchus minus laciniosſus, aſperior, ſive ſpinoſior J. B. 2. 1014. Sonchus lævis, tenerior Lob. Jcon 235. *Laitron*. Wilder Haſenkohl, Rauher Haſenkohl, Sonchenkraut mit unzerſchnittenen Blättern. Flor. Jun. & Jul. bey Oßwald an den Aeckern und Wegen; auf dem Glacis vor dem Cronenburgerthor. Flos ſemifloſculoſus, calyx craſſus, ſquamoſus, per maturitatem conicus evadit, ſemina pappoſa.

*Sonchus aſper, laciniatus, folio Dentis Leonis* C. B. *Pin.* 124. Sonchus laciniatus, ſpinoſus J. B. 2. 1016. Sonchus aſpera Matth. 496. *Laitron* Saudiſtel, Gänßdiſtel mit zerſchnittenen Blättern. Flor. Jul. Aug. an der Landſtraſſe, und an den Gräben vor dem Weiſſen Thurn.

*Sonchus aſper, arboreſcens* C. B. *Pin.* 124. *Edit.* 2. Hieracium arboreſcens paluſtre, Ejusd. Pin. 127. Edit. 1. Sonchus lævior, Auſtriacus, vel altiſſimus Cluſ. Hiſt. CXLVII. Baum-Sonchenkraut. Perenn. Flor. Jun. & Jul. in dem Oſtwinckel an dem Waſſer; an dem Canal in feuchten Gruben. Semina ſunt albida.

*Sonchus lævis laciniatus latifolius* C. B. *Pin.* 124. Sonchus minus laciniosſus, mitior ſive minus ſpinoſus J. B. 2. 1014 Sonchus lævis Dod. Pempt. 643. Glatter Haſenköhl, Gänßdiſtel mit breiten zerſchnittenen Blättern. Flor. Jun. Jul. auf dem Schiefrein an denen Gärten; in denen Reben bey Barr.

*Sonchus lævis, minor, paucioribus laciniis* C. B. *Pin.* 124. Kleiner Haſenköhl, Flor. Jun. in der Ruprechtsau; auf denen Brach-Aeckern bey Oßwald; in Kraut-Gärten.

*Sonchus repens, multis Hieracium majus* J. B. 2. 1017. Hieracium majus, folio Sonchi, vel Hieracium Sonchites C. B. Pin. 126. Hieracium majus Lob. Jcon. 237. Groß kriechend Sonchenkraut, Acker-Haſenköhl mit ſchmalen Blätteren/ Groß Ganß-Diſtel. Perenn. Flor. Jul. Sept. an denen Aeckern und Gräben vor dem Spitalthor; in gebauten Feldern und Frucht-Aeckern bey Oßwald. Calyx ab aliis hujus ſpeciei differt, quod ſit villoſus quodammodo, dum in aliis ſpeciebus glaber eſt Bot. Paris.

* *Sorbus ſativa* C. B. *Pin.* 415. Sorbus J. B. 1. 59. Dod. Pempt. 803. *Sorbier*, Eſchen-Rößlein, Speyerling. Flor. Mart. April flores racematim cohærent, fructus maturi ſunt in fine Septembris, Octobri, Novembri, auf dem Wasgauiſchen Gebürge in dem Obern Elſaß, und bey Horburg

 Reichen-

Reichen-Weyer &c. auf dem Gebürge und Waldung hinter Oſthofen copioſe. In Sylva Hard dicta prope Othmarſam obſervavit illam J. B. & inter Watvillam & Polvillam. Fructus magis minusve rubet, prout ſolem ſenſit. Flos roſaceus, fructus carnoſus, umbilicatus, pluribus oſſiculis fœtus, folia per conjugationes naſcuntur Fraxini modo, & ſerrata ſunt. fructus orbicullatus, odoratior & dulcior præ aliis. Flores Sorbi racemoſi ſunt, fructus creſcunt racematim, qui ſinguli in tres cellulas diſpermas dividuntur. Virtus eſt adſtringens & præcipue in fructibus immaturis. Uſurpatur in Diarrhæis.

*Sorbus ſativa, fructu pyriformi, medio rubente H. Cathol. p.* 207. ibidem.

*Sorbus ſativa, fructu ovato, medio rubente C. B. Pin.* 415. hinter Oſthofen.

*Sorbus Aucuparia J. B.* 1. 62. Sorbus ſylveſtris, foliis domeſticæ ſimilis C. B. Pin. 415. Sorbus ſylveſtris, Alpina Lob. Jcon. 10. *Sorbier ſauvage*; Vogelbeer, Wild-Sperberbaum, Auer-Aeſcher, Eber-Eſchenbaum, Limbaum. Deſcript. in Botan. Paris. Floret Majo; Jun. Baccæ Auguſto rubent, Septembri maturæ, vix edules niſi avibus, merulis, turdis, attagenibus gratiſſimæ, auf dem Gebürg hinter Hoch-Andlau. Creſcit etiam gegen Hochfeld dem Hochgebürg copioſe; bey Rappolsweiler; auf dem alten Lützelburger-Schloß zwiſchen den Stein-Fugen in der Höhe. In montibus Alſaticis illam quoque obſervavit J. B. Folia conjungata, ſerrata, fructus maturus Octobri, creſcit racematim in formam quaſi umbellæ, refert figura & colore Meſpilum Apii folio ſpinoſam, umbilicatus cum quinque radiis ſtellatim diſpoſitis, grana in loculamentis quibusdam ſeminibus pyri ſimilia, flores roſacei, pentapetali.

*Sparganium ramoſum C. B. Pin.* 15. Sparganium quibusdam J. B. 2. 541. Platanaria, ſive Butomon. Dod. Pempt. 601. Igels-Knoſpen mit Aeſten. Riedgraß mit Neben-Aeſten. Perenn. flor. Jun. Jul. ad Aug. in ſumpffichten Gräben gegen der Hohenwart; neben der Jll hinauf gegen Oſtwald. Auguſto echinatas capſulas profert; flores apetali, mares ſtaminei, à fructu in eadem planta remoti, in ſuperna, fructus ſive globuli echina in parte inferna plantæ hærent, flores herbacei numeroſiſſimi congeruntur ad caulem arctiſſime, in formam globi, ovaria infra priores flores maſculos naſcuntur, & conſtant ex multis ſeminibus acuminatis, pilulaſque Platani referunt, embryones hi in glomerulis naſcuntur, & abeunt in capſulas ſeu oſſicula, nunc unicapſularia, nunc bicapſularia, in capitulum collecta, nucleo farinaceo plerumque fœta.

*Sparganium non ramoſum C. B. Pin.* 15. Sparganium alterum J. B. 2. 541. Platanaria altera Dod. Pempt. 601. Igels-Knoſpen ohne Aeſte. Perenn. flor. Jul. ibidem; und gegen dem Waſſer-Zoll über an dem Waſſer.

*Sparganium minimum* C. B. Pin. 15 *Prodr.* 24. *J. B.* 2. 541. Perenn. flor. Jul. in einer Moraſtigen Gruben auf denen Matten bey Ehrſtein; in fodinis argillaceis & aquis cœnoſis in dem Eckboltzheimer Wald. In priori loco majori ſatis altitudine hoc noſtrum eſt ac C. Bauhini, magisque reſpondet Sparganio non ramoſo minori, quod Clariſſ. Dillenius deſcribit Append. ad Cat. Plant. Giſſenſ.

*Spinacia vulgaris, ſterilis Inſtit.* R. H. Spinachia mas & fæmina Lugd. J. B. 2. 963. Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſterilis C. B. Pin. 115. *Epinars.* Spinat, Binetſch. Noſtratibus Grünkraut dicitur. Junio & Julio ſponte creſcit in agris hinc inde circa Urbem, & ſemen perficit, interim vix ab illa differt, quæ in hortis colitur, niſi cultura, utpote ex ſativa ſpontanea facta. Eſt vel mas ſterilis, flore apetalo, ſtamineo, vel fæmina, quæ ſemen profert denique, & ab initio embryones.

* *Spondylium vulgare, hirſutum* C. B. Pin. 157. Spondylium quibusdam ſive Branca Urſina Germanica J. B. 3. Part. 2. 160. Spondylium Dod. Pempt. 307. *Berce*, Bärenklau, Bärentatze. Eſt Spondylium Rivini. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf feuchten Wieſen bey Oſwald; hinter dem Spitalgarten; auf dem Schießrein in denen Bandſtäben. Flos roſaceus umbellatus, petala inæqualia, cordiformia, bifida, petalo exteriore cæteris majore, duo ſemina nuda, plana, ampla, ovata, ſtriata, apice introrſum emarginato, involucrum plerumque deponentia, lituris nigris qua parte ſibi adhæreſcunt, notata. Folia maxima, varie laciniata. Variat ratione loci, prout in montoſis & planis provenit. Folia uſurpantur in Enematibus & Cataplasmatibus ad emolliendum & abſtergendum.

*Spondylium Alpinum, glabrum* C. B. Pin. 157. Prodr. 2. 83. J B. 3. Part. 2. 163. Perenn. Flor. Jul In Sundgoviæ montibus & in monte Waſſerfall vidit C. B. in pratis Alpinis oberhalb der Schwartzen See gegen Lothringen à nobis obſervatum in celſis montibus. In dumetis utraque ſpecies major eſt, quam in pratis humidis.

*Stachys major, Germanica* C. B. Pin. 336. Stachys Fuchſii J. B. 3. 319. Stachys Dioſcoridis Lob. Icon. 530. riechender Andorn. Perenn. Flor. Jul. zwiſchen Schiltigheim, und Biſchoffsheim; gegen Oſwald; vor dem Illkircher Wald copioſe. Flos monopetalus, labiatus, galea fornicata, erecta, bifida, barba tripartita, ſegmento medio magno, pendulo. Flores primo in verticillos denſos, deinde verſus cacumen in ſpicas congeruntur. Quatuor ſemina ſubrotunda in capſula calycis, folia, caules, rami, villoſa, incana, molli lanugine.

*Stachys major, Germanica, flore dilutiore J. R. H.* ibidem.

*Staphylodendron Matth.* 274. J B. 1. 274. Piſtacia ſylveſtris C. B. Pin. 401. *Nez coupez, Piſtachier ſauvage*, Pimper-Nüßleinbaum. Flor. Majo in

in dem Ganßauer- und Illkircher Wald. Flos roſaceus, pentapetalus, erectus, calyx pentaphylloides, expanſus, caducus, fructus membranaceus, veſicæ modo inflatus, diviſus in loculamenta, fœta ſeminibus fere oſſeis.

⊙ *Stellaria Vaillant. Botan. Paris. p.* 190. Stellaria aquatica C. B. Pin. 141. Dillenii Catal. Plant. Giſſ. p. 58. & Append. 119. ubi Character. Jcon. p. 124. Fœniculum aquaticum, ſtellatum Tabern. Geſtirnter Waſſerfenchel. Eſt Stellaria aquat. Lobel. Jcon. Longis caliculis aquæ innatat, floſculi ex foliorum alis prodeunt, mares ſteriles, & alii fertiles, ſine calyce. Foliola oblonga in extremitatibus ramulorum, plura ſibi invicem ſuperimpoſita, radiatim digeſta, ſummis aquis innatant, & ſtellam referunt, quæ vero aquis immerſa anguſtiora, bina ſemper & conjugata. Eſt planta dipetala, vaſculifera, flores obtinet dipetalos, albos, petalis complicatis, corniculatis, in ſummitate coeuntibus, intra quæ ſtamen unum apice luteo præditum. Capſulæ quadripartitæ, rotundæ, compreſſæ, in circumferentia excavatæ, in quibus quatuor ſemina oblonga. Dillen. Perenn. viget initio Septembris. Floret apud nos Majo, Junio, ſemina perficit Julio in ſtagnante aqua, und in Waſſer-Gruben in dem Eckboltzheimer Wald; in einem Waſſer-Graben zu Anfang des Oßwaldsholtzes; in dem Graben neben den XV. Wört, neben der Brücke; in Bächlein von Quell-Waſſer in dem Urbisthal. Character in Bot. Paris. & in J. B. 3. 787. ſub nomine Alſines aquis innatantis.

⊙ *Stellaria, quæ Lenticula paluſtris, bifolia, fructu tetragono C. B. Pin.* 362. item Alſine aquatica, minor & fluitans C. B. Pin. 251. Alſine fluviatilis Tabern. Jcon. 713. Calitriche Plinii Col. 315. Jcon. 316. Alſinis paluſtris facie puſilla repens, foliolis carnoſis didymophoros Pluk. Almag. 21. Stellaria minor & repens Dillen. Cat. Plant. Giſſ. p. 120. Stellaria minor, foliis ſubrotundis, conjugatis Flor. Jen. Flor. Majo, Junio ad Jul. ſolibus æſtivis exſiccatur, an feuchten graßichten Orten bey dem Eckboltzheimer Ziegel-Ofen, wo den Winter über Waſſer geſtanden; neben dem Krümmerich an Orten, welche überſchwemmt waren, und hernach in dem Sommer ausgetrocknet. Flores quos imperfectos alii vocant, ſunt dipetali, regulares, capſulæ quadripartitæ, ſemina quatuor oblonga continentes, Buxbaum Plant. Hallens.

⊙ *Stratiotes fluviatilis, flore purpuraſcente Vaillant. Botan. Paris. p.* 190. ubi Deſcript. & in Act. Ac. Reg. Sc. Ann. 1719. Pl. 1. p. 59. p. 26. cum Jcone pag. 62. Millefolium aquaticum, ſeu Viola aquatica caule nudo C. B. Pin. 241. M. H. 3. 622. Viola aquatilis Dod. p. 584. Fœniculum aquaticum 2. Tab. Millefolium aquaticum dictum Viola aquatica J. B. 3. 782. *Plume d'eau, Giroflée d'eau* Waſſer-Violen, Waſſer-Schafgarben, Waſſerfenchel mit bloſſem Stengel. Perenn. Flor. Majo, Jun. Jul. copioſe, bey dem XV. Wörth in einem Graben; in ſtehenden Waſſer vor

dem

dem Spitalthor bey der Brück. Eſt Hottonia Bœrhaave Ind. Plant. alter. 207. Stratiotes eſt plantæ genus, cui flos ſpecioſus Levcoii, in quinque ſegmenta ad unguem fere fiſſus, quaſi pentapetalus, completus, monopetalus, regularis & androgynos. Ovarium fit capſula rotunda, unica cavitate prædita, in qua ſemina plura coacervata ſubrotunda placentæ adhærent. Flores annulatim caulem ambiunt, extra aquam nudum, radiatim per intervallas adhærentes ſubpurpuraſcentes, ima parte tubulati, ſuperiori hypocrateri, formes, ſpecioſi & fugaces, quinque ſtamina cum ſuis teſticulis, ſive apicibus luteis, calyx tubulatus, quinquefidus, profunde ſectus. Radix fibroſa, repentiſſima, caulis erectus, nudus extra aquam, folia pennata, alterne accreta ramis, qui in orbem appoſiti ſunt cauli, calyx pentaphyllus quinque gracilibus foliolis expanſis conſtans. Initio Septembris, & per totam hyemem hæc planta ſub aquis latet, forma innumerorum globulorum, denſe convolutorum, qui æſtate demum ſeſe explicant in folia capillacea, pennata; ita ut antequam flores proferat, aliter quodammodo ſub aquis quibus tunc innotat, appareat, quam tempore floreſcentiæ, ubi in ſuperficie aquæ hæret, & flores atque ſemina extra illam perficit. De illis foliorum convolutionibus non habemus figuram, quæ illa repræſentat.

⊙ *Stratiotes fluviatilis, flore albo Vaillant. ibidem.* Stratiotes vulgaris, alba Mem. Acad. R. Sc. 1719. N. ibidem cum aliis, rarius tamen ocurrit, interdum à ſolis æſtu color mutatur, unde ſæpe hæc varietas.

*Stramonium fructu ſpinoſo, rotundo, flore albo, ſimplici Inſt. R. H.* Solanum pomo ſpinoſo, rotundo, longo flore C. B. Pin. 168. Stramonia multis dicta, ſive pomum ſpinoſum J. B. 3. 624. Stramonia Dod. Pempt. 460. Eſt Stramonia ſeu Datura, pomo ſpinoſo, rotundo, longo flore M. H. 3. 607. Datura Turcarum H. Eyſtet. Aut. O. 2. F. 12. F. 1. Stechäpffel. Jcon. quoque in Hiſt. Plant. Garidel. Tab. 94. Flor. Julio, & primo anno ſuæ ſationis flores & fructus fert, non eſt Frutex ſed Herba, quamvis illius habitum præ ſe ferat. Creſcit bey den neuen Auſſen-Wercken gegen der Metzgerau, hinter den Gärten, und an vielen Orten des obern Elſas, ubi quotannis apparet, & ſe propagat ſponte hæc planta, ex adoptiva indigena facta ex hortorum rejectamentis, quia ſemen diu ſub terra latet, a frigoris etiam injuriis tutum, modo foliis delapſis, aliis quisquiliis, vel pauca terra contectum fuerit. Ad quatuor ſæpe annos non germinat, ex obſervatione celeberrimi Garidel Hiſt. Plant. Eſt Planta Exotica ex Oriente, Syria, Ægypto olim ad nos delata. Flos Monopetalos, infundibuliformis, quinquefidus, fructus ſubrotundus, aculeatus, in quatuor loculamenta diviſus ſepto cruciformi, inſtructo. Semina plura ibidem, rugoſa, fuſca externe. Calyx pentagonus, tubulatus, folia alterna,

Pp ſinuata

ſinuata leviter. Semen pulveriſatum cibis admiſtum, malitioſe in India Orientali mulierum viros decipientium remedium eſt. Tales mente alienati ſunt immemores, poſtquam adſe redeant, eorum quæ dicta vel facta antea fuerunt, excitati per pediluvia frigida, frictionem plantarum pedum, per acida aſſumpta. Si ſues ſemenStramonii comedunt, per duodecim horas ſicut temulenti hinc inde diſcurrunt, modo concidunt, modo pedes trahunt. Quando ſemen contuſum in vino maceratur, fit exinde Tinctura Phantaſtica, Magica artificialis, juxta Bartholinum, quæ hominibus rationem turbat, & varia ridicula phantasmata in illis procreat, quod etiam pulvis ſeminis cibis admiſtus præſtat, ad drachmam dimidiam inebriat, hilaritatem & deliria inducit, quandoque vomitum, drachmæ duæ neci dant aſſumentem. Antidotum ejus acetum interne hauſtum, & externe naribus oblatum, præmiſſo prius vomitu. In quibusdam ſomnum conciliat, in aliis mentem alienat, frictiones fortes, ſternutatoria fortiora, frictiones plantarum pedum in ſopore profundo, juvant tunc, in quibus mens alienata eſt, pedes & manus in frigidam aquam immittendæ, potiones acidulatæ exhibendæ.

* *Symphytum, Conſolida major, flore purpureo, quæ Mas C. B. Pin.* 259. Symphytum magnum J. B. 3. 593. Dod. Pempt. 134. *Grande Conſoude, Oreille d'Asne.* Bot. Paris. Groß Wallwurtzel, Schwartzwurtz, Rein-Wurtzel, Beinwelle. Floræ Jenenſ. Perenn. flor. Majo, Jun. an feuchten Matten bey Oßwald, bey dem Waſſer; an Gräben vor dem Weiſſenthurn; an der Breuſch bey der Grünen Wart. Eſt Conſolida Rivini, mit braunen Blumen. Altero demum anno fructus fert. Radix profunde terræ tunc inhæret, extractæ exigua particula, quæ remanet, vel diſſectæ portiuncula tamen repullulat, ſemel in hortum translata vix eradicari poteſt, ob magnam vim ejus vegetativam, qua prædita eſt. Flos monopetalus, in inferiore parte cylindraceus, ora ſuperiore quaſi campaniformis, quinquefidus, pendulus, calyx ad baſin ferme ſectus, ſemina quatuor acuminata, polita, viperini capitis æmula. Decoctum calidum radicis cum liquiritia efficax in Tuſſi, & Phthyſi à lympha falſa, acri, in Dyſenteria quoque in Enemate adhibitum utile, in ſiſtenda ſalivatione nimia, calide in ore detentum cum fructu adhibetur, ſed cavendum ne nimis viſcidum & craſſum aut ſpiſſum evadat, quod facile contingit. Radix longiſſima ſucco viſcido repleta, incraſſat, & acrimoniam humorum temperat, radix nimia copia decocta, nimis incraſſat & nimis adſtringit interne & externe. Symphytum vulnerarium celeberrimum eſt, fluxum ſanguinis cohibet, ab acrimonia ejusdem dependentem, in fluxibus alvi, hæmoptyſi. Emplaſtris admiſcetur ad rupturas, ad fracturas oſſium omnis generis à Chirurgis. Radix contuſa utiliter applicatur in punctura nervorum cum oleo ceræ & guttulis

guttulis olei fœtidi calide, & in Synovia ſuccedente ſive Ichore articulorum Garidel Hiſt. Pl. cum albumine ovi miſta Hæmorrhoidum cœcarum dolorem lenit, easque emollit. Ex hac planta habemus Syrupum de Symphyto Fernel. Radix Symphyti menſe Octobri collecta & decocta cum corio illud flexile reddit, ad conficiendos folles magni uſus, coquuntur libræ decem radicum in ſitula aquæ, ad remanentiam dimidiæ partis, & liquor corio illinitur, quod non amplius dureſcit Tabern.

*Symphytum Conſolida major, flore purpuro cæruleo C. B. Pin.* 259. Wallwurtz mit Purpurfarben-Blumen. Perenn. Flor. Jun. ibidem.

*Symphytum Conſolida major, flore variegato H. Lugd. Bat.* Perenn. Flor. Majo, Jun. auf dem Schieß-Rein an dem Waſſer.

*Symphytum Conſolida major, flore albo, vel pallide luteo, quæ fœmina C. B. Pin.* 259. Perenn. Flor. Jun. ibidem. Eſt Symphytum flore pallido Eyſtet.

⊙ *Symphytum flore candidiſsimo, & prorſus albo.* Perenn. Flor. Jun. neben der Ill, bey dem Ziegelofen; auf dem Weg gegen der Ruprechtsau.

# T.

* *Tamariſcus Germanica Lob. Jcon.* 218. Tamarix fruticoſa, folio craſſiore, ſive Germanica C. B. Pin. 485. Tamarix Germanica, ſive minor, fruticoſa J. B. 1. 351. *Tamaris*, Tamarisken. Perenn. Flor. Majo Jun. auf einer Inſul in dem Rhein; unter der Rhein-Brück copioſe; oben an dem Ochſen-Wört; auf der Gantzau bey des Förſters Hof; bey Breyſach copioſe. In hac Provincia Alſatiæ non niſi in locis Rheno vicinis reperitur. Decoctum Ligni & Corticum cum paſſulis corinthiacis calide hauſtum & diutius continuatum ſcabiem & pruritum curat, diureticum eſt, & efficax in obſtructionibus lienis aperiendis atque ejus tumoribus curandis, laudatur in profluvio albo mulierum cum vino rubro permiſtum, & in affectibus catarrhalibus, ad incidendam viſcidam mucilignem ſanguinis. Flores ſunt roſacei, ſpicati, ſemina lanugine involuta, contenta in capſula oblonga, in duas partes dehiſcente.

* *Tanacetum vulgare, luteum C. B. Pin.* 132. Tanacetum vulgare, flore luteo J. B. 3. 131. Tanacetum Millefolii foliis Lob. Jcon. 744. *Tanesie*, Gelbe Rheinfarn, Wurmkraut. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf dem Glacis bey dem Cronenburgerthor; & hinc inde in locis gramineis. Flores floſculoſi, compacti, in umbellam denſam digeſti, in ſummitate caulium & ramorum locati, floſculi ſunt Hermaphroditi, calyx ſquamoſus, hæmisphæricus, ſemen oblongum, parvum, non pappoſum, folia alterna laciniata, ſtolones Tanaceti ſiccati & in aqua calida infuſi cum baccis Juniperi admodum commendantur in Hydrope. Malo Hypochondriaco, Calculo. Eſt planta acris, aromatica, amara, odoris fortis, eſt

aperitiva, cum vino febrifuga, præmiſſo vomitorio, emmenagoga, & anthelmintica; In Cachexia & Chloroſi virginum ſuccus ejusdem præfertur infuſo, etiam cum vino. Spiritus Tanaceti cum Spiritu vini factus penetrans, in Rheumatiſmis efficax interne & externe. Cataplasma ex contuſa planta cum felle bovis miſtum & umbilico impoſitum vermes pellit, ſi ſimul interne etiam infuſi aliquot cochlearia ſumantur. Tanaceti decoctum in vino pro fomento utile in Hydrope, vel vapor pedibus admiſſus cum foliis Ebuli, Salviæ &c.

*Taxus J. B.* 1. 241. Taxus Dod. Pempt. 859. Jf, Yf, **Eiben, Eibenbaum, Ibenbaum, Ivenbaum, Taxbaum.** Flor. Febr. Martio ad April. Baccas Auguſto fert in eadem arbore alio loco quam flores; flos eſt amentaceus, ex pluribus apicibus fungiformibus conſtans, ſterilis, mas, embryones abeunt in baccas concavas, ſuccoſas, glandiformes, ſemine unico plenas, coloris miniati, calyx ſquamoſus, ex cujus centro ſtilus emergit unus, inſtructus multis teſticulis, ſive apicibus. Baccæ pulpoſæ matureſcunt Octobri, Novembri **in dem Niedecker-Thal, neben dem Bach. Frantz Ruprecht von Ichtersheim**, in Topographia Alſatiæ Taxum inter Plantas indigenas refert nomine **Yffen.** Eandem in Sundgovia creſcere in celſis, umbroſis, & præruptis montibus J. B. teſtatur. Taxum in marem & fæminam, Floriferam & Fructiferam diſtinguit Munting. **Beſchreibung der Aard gewaſſen**, ſed hoc non niſi in eadem arbore contingit. In Horto noſtro Taxus, ad opus Topiarium formata, & humilis, ſingulis tamen annis florum amentaceorum, apicibus inſtructorum, initia protrudit medio Februarii, qui demum Martio menſe maturi & aperti pulverem in aerem ſpargunt pallide luteum, fœcundantem, dum rami concutiantur; ſequuntur ordinarie fructus ſeu baccæ monopyrenæ in eadem ſtirpe, alio loco ex alis foliorum prodeuntes. In ſylvis montoſis Comitatus Tyrolenſis ingentem copiam arborum talium vidimus, ſemina nuclei ſolitarii, rotundo compreſſi, pericarpio carnoſo, baccam æmulanti rubicundiſſimam ex alis foliorum prodeuntem, incluſis, flores ſtaminei à fructibus ſemoti, folia abieti ſimilia ex utroque latere pectinatim prodeuntia. Sub umbra ejus requieſcentes non offenduntur, nec umbram ejus perniciosam experiuntur teſte Lobel. Garidel. Lignum non venenoſum. Baccæ dulces, glutinoſæ, non eſſe venenatas, affirmant Lobel. & Garidel H. Pl. ab hominibus, ſuibus, avibus innoxie devoratas eſſe plura exempla proferant. Easdem tamen devoratas alvi profluvium excitaſſe Dioſcorides affirmat. Antiquitas pro ſumme venenatis habuit, in tanta ſententiarum contrarietate experientia conſulenda. Ligni materies partim ruffa, partim alba, tenerioris texturæ? **es hat ein zartes Holtz**, à tornatoribus admodum expetitur, ad plura utenſilia, epiſtomia præcipue paranda, **zu den Geigen-Laden.** Tardiſſime germinat, ſemen in horto noſtro per 18. menſes ſub terræ latuit, antequam progerminaret.

*Thali-*

*Thalictrum majus, ſiliqua anguloſa aut ſtriata C. B. Pin.* 336. Thalictrum nigrius, caule & ſemine ſtriato J. B. 3. 486. Thalictrum magnum Dod. Pempt. 58. *Rue de prez.* Wieſen-Raute. Eſt Thalictrum flore albo H. Eyſt. Vern. O. 1. Fol. 11. Fig. 2. Flos roſaceus, in umbelliferæ formam vel capitulum congeſtus, petala fugacia, valde ſtaminoſa, numeroſa, ſtaminum congeries piſtillum cingit, capſulæ modo alatæ, modo alis carentes, ſemen unicum oblongum in quolibet capſula, folia lobata, tripartita. Planta ad Viri altitudinem ſæpius aſſurgit.

*Thalictrum majus, non ſtriatum C. B. Pin.* 336. Thalictrum magnum, ſecundum Dod. Pempt. 1. Lib. III. Perenn. flor. Jul. auf feuchten Wieſen bey Ehrſtein.

*Thalictrum minus C. B. Pin.* 337. Thalictrum minus, ſive Rutæ pratenſis genus minus, ſemine ſtriato J. B. 3. 487. Thalictrum minus Dod. Pempt. 58. Perenn. Flor. Aug. auf Berg-Wieſen gegen Waſſenburg, bey Quell-Bächlein. Odor fortis, radices nigræ.

*Thalictrum pratenſe, anguſtiſsimo folio C. B. Pin.* 337. Thalictrum anguſtiſſimo folio C. B. Prodr. 146. Perenn. Flor. Jul. in dem Illkircher Wald, copioſe. In pratis Michelfeldenſibus obſervavit C. B. in Sundgovia.

* *Thlaſpi vulgatius J. B.* 2. 921. Thlaſpi arvenſe, Vaccariæ incano folio, majus C. B. Pin. 106. Thlaſpi alterum Dod. Pempt. 712. Gemeiner Wilder Bauren-Senff. Flor. Majo, Jun. auf Aeckern und Matten bey Oßwald; an denen Wegen paſſim; in denen Reben bey Barr. Maſticata hæc planta ſaporis eſt admodum acris, inprimis flores & ſemen. Flos cruciformis, fructus ſubrotundus, planus, ora foliacea plerumque cinctus, fiſſus ſuperne, in duo loculamenta diviſus, ſemina plana, ſubrotunda parva. Foliis non diviſis differt à Naſturtio. Semen ingreditur Theriacam, turget ſale volatili acri, tota planta, eſt aperitiva, diuretica, emmenagoga, & ſummo jure inter remedia antiſcorbutica collocanda cum pluribus ſequentibus.

*Thlaſpi Vaccariæ incano folio, minus C. B. Pin.* 106. Prodr. 47. Flor Majo, Junio ibidem. Eſt varietas prioris, à quo parum differt.

*Thlaſpi arvenſe, ſiliquis latis C. B. Pin.* 105. Thlaſpi cum ſiliquis latis J. B. 2. 923. Thlaſpi latius Dod. Pempt. 112. Wilder Bauren-Senff mit breiten Schotten, breit Däſchel-Kraut. Flor. Majo auf denen Aeckern gegen Unterhaußbergheim copioſe; Autumno iterum. Dillen. Append. 124. exhibet figuram fructus. Flores tetrapetali ex æqualibus petalis conſtant, fructus planus & compreſſus, ala foliacea plerumque cinctus & ſuperne diviſus, in cujus loculamentis transverſis, ſemina aliquot continentur ſubrotunda. Allium redolere hoc Thlaſpi Bot Paris. annotat.

*Thlaſpi umbellatum, arvenſe, amarum J. B.* 2. 925. Thlaſpi umbellatum, arvenſe,

arvenſe, Iberidis folio C. B. Pin. 106. Thlaſpi amarum Tabern. Jcon. 462. bitter=Bauren=Senff. Flor. Majo, Jun. auf denen Aeckern bey Holtzheim; auf dem St. Ottilienberg, bey der abgebrannten Capell, der Rotunda.

*Thlaſpi arvenſe perfoliatum, majus* C. B. *Pin.* 106. Burſa paſtoria, foliis Perfoliatæ J. B. 2. 938. Thlaſpi oleraceum, Tabern. Jcon. 462. Bauren=Senff mit durchwachs Blättern. Flor. April. auf denen Rebbergen bey Barr; auf denen Aeckern bey Ensheim.

*Thlaſpi arvenſe, perfoliatum, minus* C. B. *Pin.* 106. Thlaſpi III. pumilum Cluſ. Hiſt. cxxxi. Flor. April. auf Bergwieſen gegen Niedeck. Annotante Raio quoque à majori præcedente, parum differt. Eſt Thlaſpi perfoliatum, minus Parck.

*Thlaſpi Alpinum, minus, capitulo rotundo* C. B. *Prodr.* 48. In monte Waſſerfall, Sundgoviæ collegit Idem.

*Thlaſpi Alpinum, majus, capitulis rotundis* C. B. *Prodr.* 49. Thlaſpi 3. Math. Lugd. Idem ibidem.

*Thymelæa Linariæ folio, vulgaris Jnſt.* R. H. Lithoſpermum Linariæ folio, Germanicum C. B. Pin. 259. Paſſerina Tragi J. B. 3456. Linaria altera botryoides, montana Col. Part. 1. 82. Spatzen=Zung. Flor. Jul. Aug. auf denen Aeckern bey Oßwald; in der Ruprechtsau an dem Rhein; Michelfeldæ C. B. Ovarium in centro. Fructus ovatus, ſiccus, ſemen oblongum, folia integra.

*Thymelæa Alpina, Linifolia, humilior, flore purpureo, odoratiſſimo Jnſt.* R. H. Thymeleæ affinis facie externa C. B. Pin. 463. Cneorum Mathioli ſuffrutex J. B. 1. 570. Cneorum Matth. 46. Perenn. Flor. Martio auf dem Hochgebürg Hochfeld, ubi elegantem hanc plantulam invenit & mecum communicavit Dnus. Bürckel.

* *Thymelæa Laurifolio deciduo, ſive Laureola fæmina Inſt.* R. H. Thymelæa folio deciduo, flore purpureo, Officinis Laureola fæmina C. B. Pin. 462. Laureola folio deciduo, ſive Meſereon Germanicum J. B. 1. 566. Chamelæa Germanica Dod. Pempt. 364. *Mezereon, ou Bois gentil*, Seidel=Baſt, Kellers Halß. Perenn. Flor. Februar. in fine & Martio auf der Gantzau copioſe bey dem groſſen Wur; Vor dem Illkircher Wald; bey Barr auf dem Gebürg.

*Thymelæa Laurifolio, ſempervirens, ſeu Laureola major Inſt.* R. H. Laureola ſemper virens, flore viridi, quibusdam Laureola mas C. B. Pin. 462. Laureola ſemper virens, flore luteolo J. B. 1. 564. Laureola Dod. Pempt. 365. *Laureole*, Seidel=Baſt, Keller=Halß. Perenn. Flor. Febr. Mart. Baccæ Jun. ad Aug. maturæ, poſtea nigræ. In Sundgoviæ umbroſis in monte verſus Reichenſtein C. B. vidit. Rarius occurrit. In dem Gantzauer=Wald gegen des Försters Hof illam invenit Dnus. Ehrmann, Medicinæ Doctor, & rei herbariæ peritus. Eſt planta ſumme acris & exulcerans

exulcerans, intus ſumpta lethalis, inteſtina excoriat, purgat violenter, & dyſenterias periculoſas facit. Hodie non eſt in uſu, olim aliquot folia, vel cortex in aceto infundebantur. Decocta funeſta excitat ſymptomata.

*Thyſſelinum Plinii Lob. Icon.* 711. Apium ſylveſtre, lacteo ſucco turgens C. B. Pin. 153. Apium ſylveſtre Dodon. Thyſſelinum quorundam planta, lacteo ſucco turgens, locis humidis proveniens J. B. 3. Part. 2. 188. Wilder Eppich, Olnitz, Olsnitz-Wurtzel. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. locis humidis, uriginoſis, juxta lacus & ſcrobes. J. B. illud vidit inter Maßmünſter Abbatiam, & St. Germain pagum, è Regione Rotenburg, juxta ripam ſtagni, inter Alnos & Salices. Flos eſt roſaceus, umbellatus, ſemina ovata, plana, gemella, marginata, ſtriata, folia Carotæ nigricantia, tota planta lacteſcit, ſuccus ex vulnerata planta effluens, eſt acris, amarus, folia inferiora ſunt latiora, ſuperiora anguſtiora, ſemina non ſunt ſtriata ſecundum Rivinum.

*Thyſſelinum paluſtre Inſt. R. H.* Seſeli paluſtre lacteſcens C. B Pin. 162. Seſeli paluſtre lacteſcens, acre, foliis ferulaceis, flore albo, ſemine lato J. B. 3. Part. 2. 188. ſine fig. Eſt Seſeli paluſtre, lacteſcens, C. B. Pin. 162. Prodr. 85. ubi Icon. Seſeli paluſtre Cam. Hort. 159. Thyſſelinum paluſtre, foliis tenuius diviſis, radice integra Pluck. Almag. 368. Thyſſelinum paluſtre, foliis ferulaceis H. L. B. 598. Eſt Carvifolia J. B. 3. Lib. 27. p. 171. ſine figura & Carvifolia C. B. Pin. 158. ſecundum Botan. Paris. p. 192. An Thyſſelinum anguſtifolium Rivini? cui ad baſin corona umbellæ foliorum anguſtiſſimorum ſubjacet, & in ſingulis umbellis particularibus ſimiliter: an Thyſſelinum Mor. Umbel. 42. Jc. Tab. 10. Hort. 3. 317.? Hanc plantam rariſſimam in Alſatia obſervavit C. B. in Sundgoviæ monte Waſſerfall. Prodr. 85. Folia inferiora inſtar Carvi, caulis parum fiſtuloſus.

* *Tilia fœmina, folio majore C. B. Pin.* 426. Tilia vulgaris, platyphyllos J. B. 1. 133. Tilia Dod. Pempt. 838. *Tillau, Tilleul.* Lindenbaum mit groſſen Blättern. Flor. in fine Maji & Junio in dem Illkircher und Gansauer Wald; bey Oßwald vor dem Dorff; auf dem Stadt-Wall. Fructus maturat Septembri. Flores roſacei, pentapetali, numeroſis ſtaminibus luteis, & ligulis membranaceis, pallide virentibus, ornati circa petiolos, quibus ſingulis inſidet flos, Calyx pentaphylloides, capſulæ aut teſtæ hirſutæ, duræ, quinque angulares, ſimplices, unicapſulares, ſemina oblonga. A. C. B. in monte Muteto Tilia obſervata folio maximo, quæ nullum fructum fert, & infœcunda eſt. Sint ne Tiliæ aliæ mares florigeræ, aliæ fæminæ fructiferæ, aliæ hermaphroditæ, dubitat Clariſſ. Bœrhaave, & ulterius quoque inquirendum eſt. Flores Tiliæ virtute Cephalica & vi cerebrum confortandi celebres ſunt, pulvis ex fructu adſtringit, ſanguinis fluxum cohibet, Diarrhœas ſiſtit

ſiſtit in fine morbi. Tiliarum interdum ſuccus quidam tranſudat, & folia quaſi vernice obducit, eſt ſpecies Mannæ, quæ etiam in Quercu & Fraxino obſervatur quotannis.

* *Tilia fœmina, folio minore C. B. Pin.* 426. Tilia folio minore J.B. 1. 137. Tilia ſylveſtris Trag. IV. Flor. Jun. ibidem, easdem und in der Ruprechtsau in der Allée. Linde mit kleinẽ Blättern. Vires cum præcedente habet.

*Tithymalus ſylvaticus lunato flore C. B. Pin.* 290. Tithymalus ſylvaticus, toto anno folia retinens J. B. 3. 671. Tithymalus lunato flore Col. Part. 2. 57. Jmmer grünende Wolffs-Milch. Jconem tradit Garidel H. Plant. Tab. 102. De variis reliquis ſynonymis ejus eruditam criſin exhibet Hiſt. Plant. Paris. p. 155. Perenn. Flor. Majo, Jun. in den hohen Waldungen gegen Niedeck copioſe; Bey Schönburg hinter dem Hochgebürge Hochfeld. Flos monopetalos, campaniformis, globoſus, multifidus, duobus foliolis cinctus vice calycis, aliis flos tetrapetaloides ſegmentis fere lunatis, fructus trigonus, trilocularis in ſumma ſtylo, tricoccos, ſemina oblonga. Tota planta lacteſcit, ſucco lacteo turgida acri, urente, purgante, & nauſeoſo.

*Tithymalus arvenſis, latifolius, Germanicus C. B. Pin.* 291. Tithymalus platiphyllos Fuchſii J. B. 3. 670. Fuchs. Edit. in fol. 813. Breitblätterige Wolffs-Milch. Perennis. Flor. Majo ad Jul. in der Ruprechtsau, unter den Linden-Bäumen; hinter Schiltigheim gegen der Jll copioſe; in dem XV. Wört. J. B. annuam facit hanc plantam, quamvis ejus radix lignoſa ſit. Folia ejus prima punctis ſanguineis notata eſſe idem obſervat. Caules ejus ſunt recti, ſingulares, umbella vero eſt ramoſa.

*Tithymalus ſive Eſula exigua C. B. Pin.* 291. Tithymalus minimus, anguſtifolius, annuus J. B. 3. 664. Eſula exigua Tragi Lob. Jcon. 357. Kleine Acker-Wolffs-Milch. Flor. Jul. ad Aug. & Septembr. auf denen Aeckern bey Oßwald; und bey Jllkirch nach der Erndte. Deſcript. in Bot. Paris.

*Tithymalus montanus, non acris C. B. Pin.* 292. Tithymalus non acris, rubro flore J. B. 3. 673. Eſula dulcis Trag. 298. Pithyuſa ſeu Eſula floribus rubris Lob. Jcon. 358. Süſſe Wolffs-Milch. Eſt Tithymalus ruberoſus Germanicus C. B. Pin. 292. & Bot. Paris. Perenn. radicem habet lignoſam, annuam tamen dicit J. B. 8. 671. Flor. Majo, auf dem Gebürg hinter Hoch-Andlau; und gegen Hochfeld. In agris & circa dumeta in Sundgovia J. B. obſervavit florentem Aug. & Septembr. ſed rarius, in monte Muteto C. B. vidit. Non ſemper eſt flore rubro, ſed aliquando viridi, monente C. B. qui talem etiam obſervavit in Sundgoviæ montibus. Lac ex ſauciata planta emanens nec acre, nec fervidum, uti in aliis Eſulæ ſpeciebus. Flores tetrapetali, irregulares, (qui aliis monopetali globoſi) petala illorum ſunt lunata, capſulæ tripartitæ; quarum ſingulæ unicum ſemen rotundum continent Buxbaum Enum. Plant. Hallens. acc. p. 321. ⊙ Tithy-

*Tithymalus non acris, ſumme fœtidus, flore viridi.* Eſt varietas prioris, ſi exceperis odorem ejus admodum gravem, & colorem floris ex luteo viridem, perſimilis eſt Eſulæ dulci Tragi 298. & Pithyuſæ Lobel. floribus rubris. Cum planta hæc adhuc minor eſt, & in loco ſterili creſcit, tanto magis ejus figuræ reſpondet. Major verò, & magis luxurians, umbellam magis explicatam gerit, quam illa Tragi, caulis in inferiore parte prope radicem rubet, folia non læte ſed pallide viridia ſunt. Perenn. Flor. Majo, Jun. in dem Ganßauer Wald an feuchten Orten copioſe; auf dem Schießrein bey denen Gärten; bey der obern Lohmühl an einem Gräblein; gegen Druſenheim neben der Landſtraß. Mirum cum hæc planta tam inſigniter fœteat, & ab aliis ideo notabiliter ſe diſtinguat, illam à nullo, quod ſciam, autore annotatam, nec ejus mentionem ullibi injectam fuiſſe. Lac eius nullam notabilem acrimoniam habet, nec ardorem in lingua relinquit, ſed fœdo admodum ſapore, quaſi uſtum referente, atque odore abominando diu durante, vix eluendo à præcedente differt, quemadmodum etiam tota planta vel leviter contractata, aut veſtibus affricta talem fœtorem communicat.

*Tithymalus Myrſinites, fructu verrucæ ſimili C. B, Pin.* 291. Tithymalus verrucoſus J.B. 3. 673. Wartzeln Wolffsmilch, Perenn. Flor. Majo ad Jul. auf der Ganßau, in der Ruprechtsau. Hic Tithymalus non eſt ramoſus, ſed plures caules recti prodeunt ex una radice.

*Tithymalus Amygdaloides, anguſtifolius Tabern. Icon.* 591. Tithymalo maritimo affinis, Linariæ folio C. B. Pin. 291. Alypum Cam. Epit. 985. Alypum Mathioli Tithymalis affine J. B. 3. 676. Wolffsmilch mit ſchmalen Mandel-Blättern. Perenn. Flor. Jul. ad Septembr. gegen der Hohenwart, an ſandichten Orten; in der Ruprechtsau neben den Aeckern, und unter den Linden Bäumen daſelbſten locis aridis. Deſcript. in Hiſt. Plant. Paris. p. 154. Hic quoque Tithymalus interdum degenerat.

* *Tithymalus Cypariſsias C. B. Pin.* 291. Tithymalus cypreſſinus ſive humi pinus Lob. Jcon. 356. Eſula Officinarum Cæſalp. p. 374. *Tithimale*, Wolffsmilch, Cypreſſen-Wolffsmilch, Teuffelsmilch. Perenn. flor. April. Majo auf trockenen Wieſen der Ruprechtsau. Floret etiam auf der Ganßau; neben den Aeckern bey Oßwald, paſſim ad ſepes frequens. Eſt Eſula Rivini. Omnis fere Eſula vim adurendi habet, & acris eſt, ſemen vehementer purgat, & nimis periculoſe, lac externe aliquoties illitum verrucas tollit.

*Tithymalus cypariſsias, capitulo rubente C. B. Pin.* 291. Hujus ſummitates ſecundum Bot. Paris. ſquamis quibusdam conſtant, ſub quibus latent flaveſcentes vermiculi, qui non niſi mediante microſcopio diſtincte conſpici poſſunt. Cypreſſen-Wolffsmilch mit rothen Gipffeln. Creſcit in montoſis bey Otterot auf dem Gebürge. Succum Tithymali cypariſſias carere acrimonia Clar. Garidel. H. Plant. p. 467. contendit, excitat tamen in-

 flammationes

flammationes ſtomachi & viſcerum. Quidam corticem radicis proferunt, qui tamen ſenſum acrimoniæ in œſophago relinquit, & ſeroſitates purgat in Hydrope, cachexia, etiam maceratus in aceto aut ſucco citri.

⊙ *Tithymalus Cypariſsias foliis punctis croceis notatis C. B.* Eſula Scabioſa Geſn. de Col. Stirp. Tithymalus στικτόφυλλος Thal. Wolffsmilch mit fleckichten Blättern. Iisdem locis invenitur ubi præcedens, imo cum illo interdum ex una radice prodire viſus eſt Hiſt. Plant. Paris. 152. ubi deſcript. occurrit modo major, modo minor, caulibus rectis, non ramoſis. Eſt Eſula degener Rivini. Porro inter vitia Tithymali Cypariſſiæ numerandus.

⊙ *Tithymalus Cypariſsias, monſtroſus, lato caule.* Hic verſus ſummitatem ſenſim accreſcit duorum in ſuprema parte digitorum transverſorum latitudinem ſuperat. Hunc Naturæ luxuriantis luſum aliquando legimus auf der Ganßau. Eſt Eſula faſciata Ruppii Flor. Jen. Eſula caule craſſo Rivini.

*Tithymalus foliis Pini, forte Dioſcoridis Pithyuſa C. B. Pin.* 292. Tithymalo Cypariſſiæ ſimilis, Pithyuſa multis J. B. 3. 665. Tithymalus Pinea Lob. Jcon. 357. Wolffsmilch mit Fichten Blättern. Perenn. Flor. Jun. Jul. ad Aug. gegen der Hohen Wart in pratis; in der Ruprechtsau unter denen Lindenbäumen. Folia ſunt latiora quam Tithymali Cypariſſiæ, & florendi tempus tardius, eum non differre â Tithymalo amygdaloide anguſtifolio Tabern. Jcon. 591. ſæpius laudatus Autor Bot. Paris. contendit.

*Tithymalus paluſtris, fruticoſus C. B. Pin.* 292. Tithymalus magnus, multicaulis, ſive Eſula major J. B. 3. 671. Eſula major Dod. Pempt. 374. Groſſe Wolffsmilch, Staudige Wolffsmilch. Perenn. Flor. Majo Jun. an dem Canal; an dem Ufer der Jll; an der Breuſch copioſe; in einem ſumpffichten Graben gegen Oßwald; abundat in dem Ganßauer-Wald. In Alſatia adeo frequens eſt circa Argentoratum præcipue, in multis Germaniæ locis non niſi in Hortis invenitur. Eſt Eſula paluſtris Rivini.

*Tithymalus rotundis foliis non crenatis H. L. Bot.* Peplus ſive Eſula rotunda C. B. Pin. 292. Peplus ſive Eſula rotunda J. B. 3. 669. Peplus Dod. Pempt. 375. Runde Wolffsmilch. Eſt Eſula folio rotundo Rivini. Flor. Majo, Jun. auf den Aeckern in der Ruprechtsau; in denen Kuchengärten auf dem Schießrein. Folia pallide viridia, teneriora & magis rotunda quam in ſequenti.

*Tithymalus Helioſcopius C. B. Pin.* 291. Dod. Pempt. 371. Tithymalus Helioſcopius ſive Soliſequus J. B. 3. 669. *Reveille matin, ſuivant le Soleil.* Sonnenwendige Wolffsmilch. Flor. Majo ad Jul. auf dem Schießrein; auf der Metzgerau; auf den Aeckern in der Ruprechtsau. Eſt Eſula Soliſequa Rivini.

⊙ *Tithy-*

⊙ *Tithymalus Helioſcopius, folio non crenato, minor* Raii *Cat. Plant. Cantabrig. p.* 163. Floret ſemine quoque à priori differt ſecundum eundem. Floret Junio auf der Ganßau; in dem Oſtwinckel. Folia ſunt obſcure viridia, ſecus ac in Peplo, nec adeo rotunda, nec crenata.

*Tithymalus Characias, folio lanuginoſo C. B. Pin.* 290. Tithymalus II. Cluſ. Hiſt. CLXXXVIII. Folia mollia, incana ab initio, villoſa ſunt; Plures caules ex una radice prodeunt. Perenn. Flor. Jun. in der Ruprechtsau, ubi illum invenit Dnus. Bürckel.

⊙ *Tithymalus caule & ramis ruberrimis.* Hunc menſe demum Octobri obſervavimus ſeminibus onuſtum an der Landſtraſſen gegen Breyſach. Planta hæc cubitum alta, caules & ramos gerebat intenſe rubros, nec flores nec folia inferiora amplius aderant in planta areſcente; ad ſingulas autem divaricationes ramorum, ut & circa baſin umbellarum ramoſarum foliola bina hærebant ex rotunditate acuminata parum, non crenata; ſemina trigona, rotunda & aſpera erant. An Tithymalus Characias, rubens, Germanicus, C. B. Pin. & Phytopin. p. 573. quem frequentem in Sundgovia obſervavit C. B ? an Tithymalus fruticoſus alius ſtipitibus rubicundis Camer? inquirendum an caules ita intenſe rubeant ſtatim ab initio æſtatis, ſicut in adulta aut prorſus areſcente planta?

* *Tormentilla Sylveſtris C. B. Pin.* 326. Tormentilla J. B. 2. 598. Tormentilla Dod. Pempt. 118. *Tormentille.* Ruhrwurtz / Heylwurtz, Blutwurtz, Tormentill. Eſt Tormentilla heptaphyllon H. Eyſt. Æſt. O. 10. F. 9. Fig. 3. Tormentilla ſylveſtris J.B. 2. 598. Jcon quoque in Garidel Hiſt Plant. Tab. 103. Perenn. Flor. Majo ad Jul. auf dürren Wieſen gegen Oßwald; auf der Ganßau; in dem Illkircher Wald; auf Matten bey Barr; in dem Brumter Wald copioſe. Flos eſt roſaceus, quatuor petalis conſtans, vel quinque etiam, calyx monophyllos, multifidus, fructus globoſus fere, in quo multa ovula vel ſemina, folia plura quam terna ſummo pediculo inſident. Interdum flores quinis petalis luxuriant, qui communiter tetrapetali ſunt, & qua differt à quinquefolio, tunc quoque ſemina quina producit, quæ in prioribus quaterna ſunt. Radix adſtringens, admodum amara, & vulneraria, utilis quoque prædicatur in febribus malignis cum diarrhœa aut hæmorrhagiis conjunctis.

*Tormentilla Alpina, vulgaris, major C. B. Pin.* 326. Tormentilla montana Cam. Epit. 685. Perenn. Flor. Jun. Jul. bey Andlau auf denen Matten; in dem Urbisthal gegen Peris-Cloſter; frequens bey Rappolsweiler auf dem Gebürg. Radices ejus ſunt inſignis magnitudinis, nodoſæ, prælongæ & intus rubræ.

* *Tragopogon pratenſe, luteum, majus C. B. Pin.* 274. Tragopogon flore luteo J. B. 2. 1058. Tragopogon Dod. Pempt. 256. *Barbe de Bouc,* Bocksbart.

bart. Flor. Majo ad Jul. auf denen Matten bey Oßwald. Flos ſemiflosculoſus, calyx multifidus, ſed non ſquamoſus, ſemen pappoſum, membrana ſeu in volucro obvolutum, ſegmenta calycis porriguntur extra flores, inſtar ſtellæ, radix lacte turget. Hujus Tragopogonis capitula ſæpe loco ſeminum continent quidpiam fuligini ſimile, Flor. Jen. corr. p. 168. & Camer. Epit. Mathiol. p. 167. Eſt vitium vulgo der Brand nominatum. Radice ſunt ſtomachicæ, & pectorales, Folia conſolidantia & Vulneraria.

*Tragopogon pratenſe, luteum, minus Mor. H. R. Bleſ.* Flor. Majo, Jun. ibidem; und in der Ruprechtsau. Radices quandoque à ruſticis in cibum aſſumuntur, ſicut Scorzonera, monente Clar. Garidel.

*Tragoſelinum majus, umbella candida J. R. H.* Pimpinella ſaxifraga, major, umbella candida C. B. Pin. 159. Saxifraga hircina, major J. B 3. Part. 2. 109. Tragoſelinum majus, Pimpinella major Tabern. Jcon 88. *Boucage*, Bocks-Peterlein, Groſſe Pimpernell, Teutſche Theriacks-Wurtzel, ob vires Alexipharmacas, Hircina ob odorem fœtidum Hircinum. Eſt Pimpinella Rivini Jrr. Pent. Pimpinella media Ejusdem. Flor. Jun. ad Aug. & Septembr. in dem XV. Wört; in dem Oſtwinckel; auf dem Schießrein, occurrit in pratis, in ſylvis. Flos albus, roſaceus & umbellatus, petala inæqualia, cordiformia, fructus ſemina bina, nuda, gibba, ſtriata una parte, aromatica, acria. Radix alba in aqua fervida infuſa admodum diuretica eſt & aperitiva & emmenagoga, utilis in decocto lign. ſaſſafras & ligni Juniperi, paſſularum cum antimon. aut ſulphure vivo in affectibus catarrhalibus ſcorbuticorum, & ad expellendum mercurium pota ſi decoquitur.

*Tragoſelinum alterum, majus J. R. H.* Pimpinella ſaxifraga, major, altera C. B Pin. 159. Saxifraga Hircina, minor, foliis ſanguiſorbæ J. B. 3. Part. 2. 111. Tragoſelinum minus, Pimpinella minor Tabern. Jcon. 88. Eſt Pimpinella minor Rivini. Perenn. flor. Jun. & Jul. vor dem Metzgerthor neben Gärten; auf denen Matten bey dem Canal gegen Eckboltzheim; auf denen Matten bey Schönburg unten an Hochfeld; auf Brachäckern gegen Oßwald copioſe Septembri adhuc florebat; in lætiore ſolo Pimpinellam maiorem magnitudine æquat, prompte vero dignoſcitur foliis minus profunde dentatis, & ad ſanguiſorbam magis accedentibus monente Dillenio. Mire variat, interdum ſpithamam vix æquat, in locis montoſis guſtu eſt magis acri, & majorum virium.

* *Tragoſelinum minus I. R. H.* Pimpinella ſaxifraga minor C. B. Pin. 160. Saxifragia Hircina, minima, Pimpinella criſpa Tragi J. B. 3. Part. 2. 113. Saxifraga parva Dod. Pempt. 315. *Boucage*. Stein-Bibernell, klein Bibernell, krauß Bockspeterlen, Steinpeterlein. Perenn. flor. Aug. & Septembri auf dürren Wieſen der Ganſau copioſe; auf dem Gebürge hinter Barr inter rupes; auf dem Glacis vor dem Fiſcher-

Tho

Thor gegen der Citadell; auf dem Halgenſteiner Gebürg zwiſchen denen Steinritzen. Deſcript. in Bot. Paris. Flos roſaceus, pentapetalus & umbellatus, ſemina bina, oblonga, gibba, ſtriata, folia pinnata, radix acris. Petala interdum apparent inæqualia, introrſum recurva. Semina demum in fine Septembris matura. Radix alba ſaporis fervidi, & ſemen ſapore & viribus cum pipere conveniunt in pulverem redacta, ſalubriorem omni pipere, vocatur piper Germanorum, Raius. Radix eſt efficax in calculo & obſtructione urinæ atque menſium, decocta vel infuſa in aqua fervida, etiam ſudorem movet, adhibetur in febribus malignis & Peſte ipſa in pulvere ſubtili antimonii vel ſulphuris, debita & ſæpius repetita doſi. Utilis porro eſt in Lue Venerea incipiente, ad mercurium ab inunctione è corpore eliminandum quoque in uſu eſt, annotante Tabern. in Scabie regreſſa efficax hæc radix omnium acerrima. Radix Tragoſelini majoris quædam, quæ folio habet laciniata, obſcure virentia, radicem nigram & valde acrem, fundit recens per abſtractionem ſecundum Elcholtium ſuccum cœruleum annotante Rivino. Eſſentia pimpinellæ albæ ex radice magnarum virium eſt, ideo multum celebratur merito, Tragoſelini majoris æque umbella candida, quam hujus minoris.

*Tribuloides vulgare, aquis innaſcens I. R. Herb.* Tribulus aquaticus C. B. Pin. 194. J. B. 3. 775. Tribulus aquatilis Dod. Pempt. 581. *Chataigne d'eau*, *Macre*, Stachelnuß, Waſſernuß, Waſſer-Caſtanien. Icon. quoque in Camerar. Epit. Mathioli extat p. 715. Perenn. flor. Jun. ad Aug. bey Hagenau copioſe in ſtagnante aqua, einem tieffen Ort mit Waſſer angefüllt, ubi ipſe collegi plantam cum fructu. Occurrit alias rarius. Flos roſaceus, tetrapetalus, candidus, muricatus, unicapſularis, ſemine fœtus caſtaneæ æmulo, triplici, interdum quadruplici aculeo armatus, recens mollis, & lacteo, ſi prematur, ſucco turgens, guſtu dulcis, ex quo panem conficiunt, per maturitatem nigricat, aculei iſti nihil ſunt, quam folia calycis, in aculeos verſa Tournefortio monente. Caulis parte ſumma, quam ima parte, ſubaquis hærente, craſſior eſt, ex ſuperiori, floſculi prodeunt & folia ampla, ad effigiem populi nigræ, ex longo pediculo dependentia, adverſa parte maculoſa, crenata. Radix longiſſima, in inferiore ejus parte capillamentis comata fibratis, quibus etiam limoſo fundo affigitur, ac nutrimentum inde accipit. Fructus inæqualiter & ſucceſſive maturantur, & eodem modo colliguntur. In quibusdam Germaniæ locis venales proſtant in foro edules.

* *Trichomanes, ſive Polytrichum Officinarum C. B. Pin.* 356. Trichomanes, ſive Polytrichum J. B. 3. 754. Trichomanes Dod. Pempt. 471 *Politric*, Wiedertohn, Frauenhaar, Mauerfarren, rother Steinbruch no

 ſtrati-

ſtratibus mulierculis radiſecis. Semina minutiſſima in dorſo foliorum rotundorum, & quaſi conjugatorum hærent. In noſtris Officinis Adiantho nigro ſubſtituunt *Capillaire ordinaire*. Perenn. Folia ex aliis foliolis pinnatis ſubrotundis componuntur, coſtæ quaſi per conjugationes innaſcentia, fructus ut filicis, floribus vulgo carere dicitur, nulla tamen planta, quæ, fructus fert, floribus deſtituitur. Eſt hæc ex quinque plantis capillaribus. Creſcit copioſe an denen Rebmauren bey Barr; aus den Steinritzen auf dem St. Ottilien Berg; auf dem Gebürg gegen Waſſenburg, locis umbroſis & humidis. Folia in virgulis vel pediculis nigris tenuibus, ſplendentibus, vel atro rubentibus hærent conjugata, ſaporis acerbi, amari. Virtute aperitiva pollet.

*Trichomanes minus & tenerius* C. B. *Pin.* 356. Trichomanes minus, album J. B. 3. 755. Trichomanes minor, mas Tabern. Icon. 803. Perenn. auf dem Gebürge neben dem St. Ottilien Berg in rupibus umbroſis.

*Trifolium pratenſe, flore monopetalo Inſt. R. Herb.* Trifolium pratenſe, purpureum C. B. Pin. 327. Trifolium purpureum, vulgare J. B. 2. 374. Trifolium pratenſe Tabern. Icon. 523. *Trefle de prez à fleur rouge.* Eſt interdum intenſe purpureum, ſed rarius. Klee, brauner Wieſen-Klee, Fleiſchblumen, Drey-Blatt. Perenn. flor. Majo ad Jul. auf Wieſen hin und wieder; in der Ruprechtsau; bey Oßwald. Flos papilionaceus, vel papilionacei æmulus, ſimul cum ovario vagina fimbriata obvolutus, in ſpicam denſiorem congeſtus, capſula ſeminum in ipſo calyce recondita, ſemina oblonga vel reniformia per maturitatem arcta capſulæ adhærentia, folia terna, raro quaterna eidem pediculo inſidentia. Icon in Rivino. Revera hunc florem non monopetalum, ſed irregularem tetrapetalum eſſe, ut omnes papilionacei flores contendit Ruppius Flor. Jen. Edit. corr. p. 206. Flores & ſemina in vino cocta, tormina inteſtinorum ſedare, & viſcoſitates incidere ex Trago docet Tournefortius Hiſt. Plant. Paris.

⊙ *Trifolium pratenſe, vulgare, flore ſuave rubente Bot. Paris.* Perenn. flor. Majo auf Wieſen bey Oßwald.

⊙ *Trifolium pratenſe, dilute purpureum Bot. Paris.* Perenn. flor. Majo, in dem Oſtwinckel. Hoc vulgatiſſimum.

*Trifolium purpureum, majus, foliis longioribus, & anguſtioribus, floribus ſaturatioribus Raji Synops.* 194. Groſſer Wieſenklee mit längeren ſatt rothen Blumen, Perenn. flor. Jun. ad Aug. in dem Oſtwinckel. Vocatur quoque Spanniſch Klee, ſpica longa & rubra eſt. Seritur pro pabulo jumentorum, & ſponte ſe propagat. Deſcript. in Bot. Paris.

Triſo-

*Trifolium pratenſe, album.* C. B. *Pin.* 327. Tabern. Jcon. 522. Trifolim pratenſe, album, à Fuchſio depictum, ſive Mas J. B. 2. 379. *Trefle de preza fleurs blancs*, Weiſſer Wieſen-Klee: Perenn. Flor. Majo & Jun. auf denen Wieſen in der Ruprechtsau, & paſſim in pratis.

*Trifolium pratenſe, flore albo, minus, & fæmina, glabrum* J. B. 2. 280. *Trefle de prez.* Wohlriechender Wieſenklee. Flor. Jun. ad Aug. imo Sept. adhuc auf der Metzgerau; auf dem Schießrein; in dem Oſtwinckel; foliis interdum maculatis, floribus ſemper ſuaveolentibus & odoratiſſimis. Interdum eſt quadrifolium, Naturæ ſic luxuriantis productum. Folia interdum fuſca, tunc dicitur Lobelio quadrifolium phæum ſive fuſcum, quod tamen rariſſime obſervatur, ejus repertores à ſuperſtitioſa plebe pro fortunatis prædicantur Ruppius Flor. Jen. Edit. corr. p. 206.

*Trifolium pratenſe, luteum, capitulo Lupuli vel agrarium* C B. *Pin.* 328. Trifolium pratenſe, luteum, fæmina, flore pulchriore, ſive Lupulino J. B. 2. 381. *Trefle jaune*, Hopffenklee, gelber Wieſenklee, groſſer Wieſenklee mit gelben Hopffen-Blumen. Eſt Trifolium Lupulinum Rivini. Flor. Majo, Jun. auf den Aeckern und Wieſen in der Ruprechtsau copioſe; in margine agrorum montis Roßberg & in pratis Sundgoviæ C. B. vidit. Petala non decidunt.

*Trifolium montanum, Lupulinum* C. B. *Pin.* 328. *Prodr.* 140. Berg-Hopffenklee, Schwartzbrauner Hopffenklee, capitulis ſpadiceis, ramis cubitalibus, glabris. Flor. Jun. Jul. auf Bergwieſen hinter Hoch-Andlau.

*Trifolium montanum, purpureum majus* C. B. *Pin.* 328. Trifolium majus Cluſii 2. non album, ſed rubrum J. B. 2. 375. Trifolium majus II. Cluſ. Hiſt. CCXLV. Perenn. Flor. Jun. auf Bergen gegen Hochfeld. Jcon. in Rivino.

*Trifolium montanum, album* C. B. *Pin.* 328. Trifolium majus, albo flore, incanum Cluſii J. B. 2. 380. Trifolium majus I. Cluſ. Hiſt. CCXLV. Weiſſer Bergklee. Perenn. Flor. Jun. in dem Oſtwinckel unter den Hecken; auf den Bergen hinter Barr. Jcon. in Rivino.

*Trifolium ſpica ſubrotunda, rubra* C. B. *Pin.* 328. Trifolium albo incarnatum, ſpicatum, ſive Lagopus maximus J. B. 2. 376. Lagopum maximum, folio & facie Trifolii pratenſis Lob. Jcon. 39. *Pied de Lievre*, Groſſer Haſen Klee, Flor. Jun. bey dem Ganßauer Wald.

*Trifolium ſpica oblonga, rubra* C. B. *Pin.* 328. Trifolium majus, III. purpureum Cluſio J. B 2. 375. Trifolium majus, tertium Cluſ. Hiſt. CCXIV. Großer Geiß-Klee. Perenn. Flor. Jun. in dem Oſtwinckel.

*Trifolium montanum, ſpica longiſſima rubente* C. B. *Pin.* 328. Trifolium purpureum, majus, folio & ſpica longiore J. B. 2. 375. Lagopus major, alter Dod. Pempt. 578. Eſt Lagopus major Eyſtet. Berg-Klee mit langen rothen Aehren, und langen Blättern; Berg Geiß-Klee, Perenn. Flor. Jun. bey Eſchau in dem Wald; vor dem Ganßauer Wald.

*Trifolium*

*Trifolium arvenſe, humile, ſpicatum, ſive Lagopus C. B. Pin.* 328. Lagopus trifolius quorundam J. B. 2. 377. Lagopus Dod. Pempt. 577. Katzen-Klee, Haſen-Pfötlein, Jcon. in Rivino. Flor. Jun. Jul. auf der Lingelsheimer Nachtweyde, auf denen Wieſen gegen Jllkirch.

*Trifolium capitulo ſpumoſo, aſpero, majus C. B. Pin.* 329. *Prodr.* 140.

*Trifolium, cujus caules è geniculis, glumerulos oblongos proferunt I. B.* 2. 378. Eſt Trifolium cum glomerulis ad caulium nodos rotundis Raji Synops. Flor. Jun. in Sundgoviæ ſalicetis hoc reperit C. B.

*Trifolium capitulo ſpumoſo, aſpero, minus C. B. Pin.* 329. Prod. 140. Hoc à nobis obſervatum in fine Junii, cum glomerulis, auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor, gegen der Citadell, bey denen Schantzen in arenoſo loco; in ripa Rheni obſervavit C. B.

*Trifolium fragiferum, Friſicum, folio cordato, flore rubro Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 144. Trifolium fragiferum Cluſ. Hiſt. Cur. Poſt. in fol. 39. Flor. Aug. in dem untern Ried, neben Wieſen an dem Weg gegen Dolhund. Eſt Trifolium caule nudo glomerulis glabris Cherleri J. B. 2. 397. Eſt Trifolium Fragiferum Rivini.

*Tubera Math.* 544. J. R. H. *Trufes, Trufles,* Trüflen, Erdſchwämm. Tubera ſubterranea, Tartufonero, Erd-Morchlen, Erdgrübling, latent ſub terra, locis ſiccis, ſabuloſis, frutetoſisque, auf dürren Hügeln, Heyden und in Wäldern, à gramine & plantis denudatis. Eſt Tuber brumale, pulpa obſcura, odora Michel. Nov. Plant. Gen. 221. & Tab. 102. ubi Figura & Deſcriptio quæ talis: Tuber eſt Plantæ genus ſub terra naſcens, radice, caule, foliis deſtitutum, figura ſubrotunda, cortice inæquali, cuſpidibus multifariam ſectis, ac veluti adamantinis aſperſo, & horrendi, ſubſtantia calloſa, rimis anguſtiſſimis, anfructuoſis interrupta. Capſulis veſicæ in morem mollibus, ſubrotundis ac minutiſſimis ubique infecta, in quarum ſingulis continentur modo bina, modo terna, modo quaterna, rotunda vel ſubrotunda & verrucoſa ſemina. Oculo armato ſunt talia inſpicienda Petrus Magnol in novo Charactere Plantarum p. 47. menſe Octobri invenit in aperto tubere ſubſtantiam cum plurimis membranulis albis, lucidis, quas flores dici poſſe exiſtimat, in quibus deinde ſemen produci credit, quod ipſum per microſcopium examinatum Clariſſ. Michelius ſatis diſtincte loco citato delineat. Effodiuntur copioſe Autumni tempore in Alſatia ſuperiori, zwiſchen Ruffach und Than in terra ſabuloſa; & ibidem porro auf dem Ochſenfeld, und deſſen dürrer groſſer Heyde; inſignioris magnitudinis; etiam in colle quodam bey Urbweyler oberhalb Ruffach. Bonitatis laudem ſibi merito vendicare, quæ in ſylvula Horburgenſi, Würtembergenſis Dominii in Alſatia proveniunt, J. B. teſtatur. Effodiuntur quoque pugni magnitudine Septembri, Octobri bey Pfaffenhofer. Eruta quandoque fuere juxta viam zwiſchen der Hohenwart und Jllkirch,

Jllkirch, ſub arbore quadam. Dioſcorides, Dodon. Mathiolus, Tabernæmontanus verno tempore illa erui, atque in uſum trahi aſſerunt. Forſan alteram ſpeciem intelligunt, quæ Clariſſ. Michelio l. c. dicitur Tuber æſtivum pulpa ſubobſcura, minus ſapida, ac odora; Tuber albidum Cæſalpin. 613. Es gibt Erd-Morchlen mit weiſſem, und andere mit ſchwartzem Marck. Deſcript. quoque Tuberum extat in Schleſiſcher Sammlung &c. Natur-Geſchichten Ann. 1719. Novembr. Artic. XI. Jcon. in Jnſt. R. H. 331. Inter delicatiores cibos numerantur, & Magnatum epulis apponuntur. Aſſantur ſub cineribus, & detracta cute cum pipere, ſale & oleo olivarum aſſumuntur in cibum, vel exſiccata fruſtulatim an Fleiſch-Suppen, und Paſteten gethan, wovon die *Saucen* annehmlich ſchmäcken. Wann ſie faulen und ſchwartz ſeynd oder alt, werden ſie voll weiſer Würmer wie Käſe-Maden, ex quibus poſtea muſcæ prodeunt, ſolita metamorphoſi, & carent tunc temporis tubera odore. Tubera in conclavi incluſa diutius odorem fortem ſpargunt, qui de particulis eorum volatilibus ſulphureis & ſalinis teſtatur. Virtus eorum aphrodiſiaca non parum ab additis aromatibus & condimentis adjuvatur. Tubera ſues odore detegunt, & canes quoque ad id aſſuefacti. Reperta quandoque tubera in loco quodam, quem ingens turba muſcorum ſupervolitabat ut ita quoque alias talis copia muſcarum in loco ſterili indicium præbere poſſit latentium ibidem tuberum putridorum; interdum terra in iſtis locis, ubi jacent, fiſſuras agit.

*Turritis Lob. Jcon.* 220. Braſſica ſylveſtris, hiſpida, non ramoſa, C. B. Pin. 112. Edit. 2. Braſſica ſylveſtris, foliis integris & hiſpidis C. B. Pin. 112. Edit. 1. Turriris vulgatior J. B. 2. 836. Thurnkraut. Perenn. Rajus annuam dicit Hiſt. Plant. Flor. Majo, Junio, interdum Autumno iterum in dem XV. Wörth an dem Rhein, in dumetis; oberhalb Brumat in denen Hecken gegen Altdorff; auf dem Gebürg bey Waſſenburg hinter Oberbrunn; bey Bußweiler oder Buſchweiler in den Hecken copioſe. Figura & Character extant apud Dillen. App. ad Catal. Pl. Giſſ. p. 120. 121. Succus ad ulcera oris commendatur, lumbricos arcet & necat Dale Pharm. 166. ſapor acris.

*Turritis minor Bot. Monſpel.* Kleiner Berg-Kreſſe, Perenn. Flor. April. ad Majum auf ſteinichten Feldern unten an dem Hochgebürg Hochfelden. In Sundgoviæ montibus vidit C. B. & in agris ſaxoſis circa Mönchenſtein. Creſcit etiam in muris & ruderibus. Eſt Barbarea muralis J. B. 2. 869. Eryſimo ſimilis hirſuta alba C. B. Prodr. 42. Eſt porro Turritis hirſuta, montana, flore albo Rupp. Flor. Jen. Videtur parum differre à præcedenti.

*Turritis vulgaris, ramoſa J. R. H.* Burſæ paſtoris ſimilis, ſiliquoſa, major, ſeu majoribus foliis C. B. Pin. 108. Piloſella ſiliquata Thalii Tab. VII. Burſa paſtoria, ſive Piloſella ſiliquata J. B. 2. 870. Berg-Kreß,

Stein-Kreß, Wilder-Berg-Kohl. Perenn. floret in fine April. & Majo, interdum Autumno iterum. Hæc Planta parum vel nihil differre videtur à Leucoio verno, perenni, albo, majori J. R. H. Sunt tamen ſiliquæ minus appreſſæ & crebræ. Variat admodum magnitudine in montibus & ſylvis, junior folia per terram in orbem ſparſa, hirſuta. & inſtar Burſæ paſtoris fere inciſa habet; quæ tamen alias etiam integra, & ſine inciſuris occurrunt: quo pertinet Draba anguſtifolia major, & media Barrelier Jcon. 269. N. 1. ij. ut & Braſſica ſpuria, exilis, non laciniata, hirſutior, foliis longioribus, juxta terram hirſutis, ad cauliculos vero glabris Pluck. Almag. Bot. 70. Invenimus cubiti altitudinem ſuperantem in rupibus & jugis montium bey dem alten Römiſchen Niedecker Berg-Schloß in magna ſatis copia cum ſiliquis, copioſo & jam maturo ſemine repletis, absque foliis tunc temporis. Quæ Planta diverſam, plane faciem exhibebat ab illa, quæ poſtmodum à ſemine prognata fuit in Horto. Radices egiſſe eandem vidimus inter fiſſuras & commiſſuras lapidum auf dem alten Berg-Schloß oder Mandel-Feſtung Waſſenburg; und auf St. Otilien einer abgebrandten Capell, die Rotunda genannt, Deſcriptio J. B. 2. 880. Heſperidis Alpinæ, ſive muralis minoris, repentis ſatis convenit huic plantæ, ſi exceperis colorem florum, qui ab initio pallide cæruleus eſt, ſed à ſolis radiis in exareſcente planta evaneſcit, atque in album convertitur, unde error interdum emanavit, folia quoque inferiora non ambiunt immediate caulem, uti J. B. exhibet, ſed pediculis mediantibus eidem adhærent, & ſiliquæ magis planæ ſunt Anno 1734. Secundis Paſchalibus Dominus Bürckel illam invenit inter Barr & Hochfeld flore proſus albo, in arida planta, & aliam flore porſus cæruleo in planta recenti, inter fiſſuras rupium. Semina in Hortum tranſlata plantam produxerunt cum foliis minus inciſis ab initio, magis glabris, & magis viridibus, quam illa quæ in muris, montibus, & locis aſperis provenit. Hanc ipſam quoque J. B. inter St. Damarim urbem & Than ſuperioris Alſatiæ obſervavit in agris mediocrem, Befordiæ in arce ſupra murum omnium minimam.

*Turritis Leucoji folio J. R. H.* Myagrum ſiliqua longa C. B. Pin. 100. Myagro affinis planta, ſiliquis longis J. B. 2. 894. Myagrum II. Lob. Tabern. Jcon. 866. Eſt Eruca ſylveſtris latifolia, folio integro, flore luteo minore M. H. 2. 229. *Cameline*, groſſer Wilder Kreſſe, Weg-Senf quibusdam. Flor. Jun. ad Aug. an dem Ufer gegen dem Waſſer-Zoll über; auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor; bey denen Schantzwercken daſelbſten gegen der Citadelle, copioſe. gegen dem Rhein-Zoll in Gärten und neben den Aeckern paſſim. Flores lutei, parvi, ſiliquæ longæ, folia unciam lata, alternatim poſita, in mucronem deſinunt.

☉ *Turritis Leucoji folio anguſtiori, ſiliquis longis, erectis,* Caulis unus valde

ramoſus

ramoſus, folia quatuor lineas latitudine non excedunt. Eſt varietas. Creſcit vor dem Fiſcherthor auf denen neuen Fortificationen.

*Turritis Alpina, foliis inciſis J. R. H.* Naſturtium Alpinum inſipidum C. B. Pin. 105. Cardamine inſipida F. Gregorii Col. Part. 2. 69. Flor. Jun. auf dem Gebürg gegen Hochfeld, an ſchattichten feuchten Orten in dem Wald.

*Turritis foliis inferioribus Cichoraceis, cæteris perfoliata J. R. H.* Braſſica ſylveſtris, foliis circa radicem Cichoraceis C. B. Pin. 112. Sinapi album Lugd. 1168. Thurnſenff, Thurnköhl. Perenn. Flor. Majo, Jun. in dem Oſtwinckel an denen Hecken copioſe. Folia inferiora hirſuta, ſuperiora glabra. Cum Levcoio Heſperidis folio Inſt. R. H. una eademque videtur eſſe planta, & vix ab ea ſeparanda, quo pertinet Glaſti folia Cichoroides J. B. 2. libr. 21. p. 836. quam Clariſſ. Vaillant exiſtimat Tournefortium male dediſſe pro Synonymo Levcoji Heſperidis folio J. R. H.

* *Tuſsilago vulgaris C. B. Pin. 197.* Tuſſilago J. B. 3. 563. Bechium, ſive Farfara Dod. Pempt. 596. *Tuſsilage, Pas d'Aſne*, Roßhub, Huf-Lattich. Perenn. flores nudi erumpunt Martio, vigent Aprili, fugaces ſunt cum pediculis, & brevi diſparent, vix biduum durant, auf dem Glacis vor dem Cronenburgerthor copioſe, und auf feuchten Feldern bey Illkirch, ad rivulos etiam frequens eſt. Flos radiatus, luteus, in caule ſquamoſo ſingularis, diſcus ex floſculis hermaphroditis, corona ex ſemifloſculis numeroſiſſimis, anguſtiſſimis, fæmineis, calyx multifidus, usque ad baſin ſectus, ſemina pappis inſtructa, flores ante folia erumpunt, quæ ſubtus incana, molli lanugine & angulis prædita ſunt, radix repentiſſima. Vocatur vulgo Filius ante Patrem, quia flos ante folia oritur. Eſt planta pectori dicata, folia & flores acrimoniam ſalſam lymphæ temperant in phthiſi, deſtillationibus ad pulmones, in catarrhis; ſunt qui ſuadent fumum foliorum ſiccatorum & accenſorum trahere per fiſtulam fumi ductoriam, inſtar tabaci, tuſſientibus, aſthmaticis utilem pro faciliori expectoratione phlegmatis. Ptiſana deſcripta in H. Pl. Paris. eſt efficax in hoc caſu, item ſyrupus Tuſſilaginis cum fructu ſæpius adhibetur à noſtratibus.

*Typha paluſtris, major C. B. Pin.* 20. J. B. 2. 539. Typha Lob. Jcon. 81. *Maſſe*, Groſſe Waſſerkolben, Dittelkolben, Lieſchknoſpen, Moßkolben, Rohrkolben. Perenn. Flor. Majo, Jun. in ſummitate caulis. Clavæ cum embryonibus infra floſculorum ſpicam prodeunt Julio inſtar cylindri, tomento denſo obducti, Auguſto & Septembri matureſcunt, eadem ſpica florida tunc flavo tenuique polline fæcundante reſperſa, jam arida & decidente, in ſumpffichten Orten vor dem Spitalthor; in ſtehenden Waſſern; in Stadtgräben. Habitus arundinaceus eſt, Flos mas apetalos foliis ſtaminibus nudis, pulverulentiſſimis conſtans, quæ in ſpicam

 denſe

denſe compactam congeruntur. Ovaria in ſpicam denſiſſimam compoſita hærent ſub ſpica priori, ſemina papposa, in cylindrum craſſum coagmentata. Capitula cylindracea florum & ſeminum in ſummo caule tomento denſe conferta ſunt. In quibusdam locis pauperes lectulos ex illo farciunt.

*Typha paluſtris, minor C. B. Pin.* 20. Typha minor J. B. 2. 540. Lob. Jcon. 81. Kleine Waſſer-Kolben. Perenn. Flor. Jun. ad Jul. in dem XV. Wörth am Rhein; in denen kleinen Rhein-Inſuln bey der Rhein-Brücke; abundat unten an dem Glacis bey der Citadell vor dem Fiſcherthor. Parvi cylindri Auguſto conſpicui, Septembri in flores abeunt.

*Typha paluſtris, clava gracili C. B. Pin.* 20. Typha media Cluſ. Pan. 716. Typha paluſtris, media J. B. 2. 540. Perenn. Flor. Majo, Jun. neben dem Canal, bey der erſten Schlieſſe in der Tieffe, Paniculæ ſeu capitula clavata, tenuia, Auguſto & Septembri perfecta ſunt.

# V.

*Valeriana hortenſis, Phu folio Oluſatri Dioſcoridis C. B. Pin.* 164. Valeriana major, odorata radice J. B. 3. Part. 2. 209. *Grande Valeriane*, Baldrian, Katzenwurtzel, quia cati verno tempore ſeſe miris geſtibus affricant eidem, & cum voluptate illa delectantur, ſe ſuper volutant, ad deſtructionem usque totius plantæ, venereo, ut videtur perciti & agitati æſtro. Eſt Valeriana major H. Eyſt. Æſt. O. 9. F. ij. Fig. 1. Eſt porro Phu verum Tabern. Valeriana optima Cæſalp. Perenn. Floret Junio zwiſchen Motterhauſen in dem Bitſcher Gewäld; in dem Städtlein Reichshofen ſatis copioſe, annotante Tabern. Illam in montibus altis provenire J. B. affirmat. A nobis nondum obſervata eſt hæc inter ſpontaneas plantas, rariſſima apud nos. Radix gravi, fragranti, & aromatico odore prædita, riecht ſchier wie Marien-Magdalenen Blumen oder Spica Celtica Officin. ſapore amariuſculo; eſt magnarum virium ſecundum experientiam optimorum authorum, ſi cum liquiritia & paſſulis corinthiacis decocta, debita doſi ejus hauſtus calide quotidie ſumatur, in Aſthmate, tuſſi humida, & paſſione hyſterica.

*Valeriana Alpina, prima C. B. Pin.* 164. *Brodr.* 86. Valeriana Alpina J. B. 3. Part. 2. 208. Perenn. flor. Jun. Jul. in Hortum tranſlata citius. Hanc in montis Waſſerfall ſaxoſis in locis obſervavit C. B. Folia tandem in feſtucas abeunt, uti pleræque Alpinæ perennes, flores in ſummitate caulis pallide purpuraſcentes.

* *Valeriana ſylveſtris, major C. B. Pin.* 164. Valeriana ſylveſtris, magna, aquatica J. B. 3. Part. 2. 210. Valeriana ſylveſtris Dod. Pempt. 349. *Valeriane ſauvage*, Groſſer Wilder Baldrian, gemeine Katzen-Wurtzel, quia Cati illis mire delectantur, & ſe huic Plantæ ſupervolutant, vocatur à qui-

à quibusdam Maria-Magdalena-Wurtzel. Figura apud Rivinum, Garidel H. Plant. Tab. 96. & in Hort. Eyſtet. Eſt Phu Dioſcoridis Col. Phytob. 113. In ſylvis cæduis minor occurrit. Perenn. Flor. Majo, Jun. ad Jul. in der Ruprechtsau; bey dem Mayerhof auf feuchten Matten; an der Landſtraſſen gegen Suvelweyersheim copioſe. Eſt herba benedicta, Tabern. Jcon. 165. Phu & Valeriana Officin. German. Volckam. Flos monopetalos, infundibuliformis, multifidus, umbellatim quaſi digeſtus, ſemen oblongum, planum, pappoſum, nudum, folia glabra, inodora, conjugata, radix odorata, odore aromatico, gravi, & penetranti prædita, ob ſal volatile oleoſum quo abundat. Duo foliola in fine pedunculi calycis vicem præſtant; radix geniculata, acori effigie, transverſim per humum nitens digiti minimi craſſitie, fibris vel radiculis inſtructa, ſapore & odore aromatico prædita eſt. Infuſum radicis in vino vel aqua fervida magnarum virium celebratur in paſſione hyſterica & hypochondriaca, Ictero, Epilepſia, Convulſionibus & Aſthmate convulſivo, Autore Fabio Columna. Virtus ejus antepileptica etiam confirmatur in Act. Ac. R. Scient. inſuper eſt aperiens, ſudores, urinam pellit, & menſes movet, Clariſſimus Tournefortius in Paſſionis hyſtericæ, & aſthmatis convulſivi violentiſſimis paroxysmis mirandos exinde vidit effectus. Superfunditur radicis unciæ uni aquæ ferventis libra una, & ab igne remota bene munitur operculo, doſis eſt hauſtus. Pulvis Valerianæ ſylv. ad dimidium cochlear in vino, aut quovis liquore exhibitus, probatum dicitur remedium quoque à Columna contra Epilepſiam. Pueris minori doſi exhibetur in lacte. Sunt qui pulveris dimidio ſcrupulo granum unum Laudani opiati admiſcent in nominatis affectibus. Cum floribus ſulphuris ſæpius aſſumptus admodum conducit in febribus tertianis. Infuſio calide aſſumpta cum pulvere ſulphuris commendatur etiam in febribus malignis, & peſte ipſa. Radix in uſum medicum trahenda antequam caules protrudat. Eſt Valeriana Rivini.

*Valeriana ſylveſtris, major, altera, folio lucido H. R. P.* Perenn. Flor. Majo, Jun. auf dem Gärtner Feld hinter der Spitalmühl gegen dem Ziegel-Ofen.

*Valeriana paluſtris, major C. B. Pin.* 164. Valeriana paluſtris, major, profunde laciniata C. B. Prodr. 86. Groſʒer Waſſer-Baldrian. Perenn. Flor. Majo, Junio, an dem Waſſer gegen Oſʒwald; in dem Stadtgraben bey dem Fiſcherthor lincker Hand; in pratis uliginoſis frequens eſt.

*Valeriana paluſtris, minor C. B. Pin.* 164. Valeriana minor, pratenſis, vel aquatica J. B. 3. Part. 2. 211. Valeriana minima Dod. Pempt. 350. Kleiner Sumpf-Baldrian. Perenn. Flor. Majo, Jun. in der Ruprechtsau an Waſſer-Gräben; auf feuchten ſumpfichten Matten bey Oſʒwald. Eſt Valeriana flore exiguo Rivini. In hac Valerianæ ſpecie plantæ aliæ ſunt floriferæ, ſteriles, ſtaminibus & apicibus inſtructæ, quarum flores

majores & laxiores ſunt; aliæ vero ſeminiferæ, ſtylis & embryonibus præditæ, notante Clariſſ. Dillenio Cat. Plant. circa Giſſam naſcentium p. 47. quarum flores magis congeſti, & in Capitulum ſcabioſæ æmulum compacti. Folia alia integra, ſubrotunda, alia laciniata, Radix fibroſa, albicans.

*Valeriana aquatica, minor, flore minore Raji Hiſt.* 389. Perenn. Flor. Jun. auf feuchten Matten bey dem Mauerhofe, Figura in Rivino Ord. Plant. flore irreg. monopet. Hæc præcedenti altius aſſurgit.

*Valeriana Alpina, Scrophulariæ folio C. B. Pin.* 164. *Prodr.* 87. Valeriana Alpina, folio Scrophulariæ J. B. 3. Part. 2. 208. Perenn. flor. Jul. Hanc collegit C. B. in monte Waſſerfall, des Elſaßiſchen Vorgebürgs Jura. Creſcit quoque auf dem Schönberg bey Reichenweyher, da der edelſte Wein dieſer Gegend wächßt, auf welchem Berg man bey heiterem hellen Wetter den Münſterthurn zu Straßburg ſehen kan. Jcon extat nitida in Munting Beſchryving der Aard gewaſſen Fol. 783. Fig. 224.

*Valerianella arvenſis, præcox, humilis, ſemine compreſſo Mor, Vmb.* Valeriana campeſtris, inodora, major, C. B. Pin. 165. Locuſta herba J. B. 3. 323. *Mache, Poule graſſe, Salade de Chanoine, Blanchette,* Reb-Kreſſen, Lämmer-Lattich, Acker-Salat. Eſt Locuſta Rivini, modo major, modo minor in agris eſt, folia parva ſervat dum latet hyeme ſub nive, quæ tanto magis grata ſunt in acetariis tunc. Floret Majo in dem Oſtwinckel vor dem Spitalthor unter der Frucht, in agrorum margine. Hanc ſæpe in monſtroſa & folioſa capita degenerare obſervat Ruppius Flor. Jen. Flos monopetalos, infundibuliformis, multifidus, calyci inſidens, fructus variæ figuræ, monoſpermos, rami bifidi, folia ex adverſo poſita, glabra, venoſa, ſemen non pappoſum; folia juniora adhibentur in acetariis, antequam planta in caules erumpat. Multum augetur in magis læto ſolo.

*Valerianella arvenſis, præcox, humilis, foliis ſerratis Inſt. R. H.* Lactuca agnina, ſeu Valerianella foliis ſerratis Raji Hiſt. 392. Locuſta altera, foliis ſerratis J. B. 3. 324. Floret Majo, auf denen Aeckern bey Illkirch; in der Ruprechtsau.

*Valerianella arvenſis, ſerotina, altior, ſemine turgidiori Mor. Vmb.* Später Lämmer-Lattich. Flor. Jun. Jul. ad Aug. auf Brach-Aeckern in der Ruprechtsau.

*Valerianella ſemine umbilicato, nudo, oblongo Mor. Vmb. Mache à graine nuë.* Flor. Majo, auf Wieſen in der Ruprechtsau. Jcon in Garidel Tab. 98.

* *Veratrum flore atro rubente Inſt. R. H.* Helleborus albus, flore atro rubente C. B. Pin. 186. Helleborum album, flore nigro J. B. 3. 634. Helleborum album, floribus atro rubentibus, præcox Lob. Jcon. 3ij. *Ellebore blanc à fleur rouge brun,* Weiße Nießwurs, à colore radicis, non florum. Champanier Wurtzel noſtratibus. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf dem

dem Wilden Gebürge des Spiesbergs zwiſchen St. Dié und St. Marie aux mines. In ſummis Alſatiæ jugis annotante Tabernæmontano in Herbario, & Laurenbergio in Horticultura; Creſcit quoque auf dem Gebürge, eine halbe Stund hinter Blinſchweiler, an einem Ort, genannt der Creutzpfad. Radix veratri vomitorium præbet & purgans vehementiſſimum, minime tutum, quamvis in morbis deſperatis à quibusdam adhibeatur, facile convulſiones inducit, infuſio particulæ radicis in vino dulci minus nocet quam pulvis, qui adhuc magis noxius, quam infuſum, & præſentaneum venenum eſt, atque terribilia inducit ſymptomata. Equis, qui nulla re ad vomitum excitari poſſunt, conatum tamen vomendi inducit validum. Vomitum enormem ex aſſumpto helleboro acetum curare, ſunt qui perhibent. Veratrum eſt guſtu acerrimum, ſternutationem excitat validiſſimam & nimiam, in lacte coctum muſcas perimit & farinæ permiſtum mures necat & gallinas, ſuccus radicis vulneri applicatus eſt lethale venenum ſive enſe, ſive telo, vel quovis inſtrumento, quod cutim & carnem lædit, nam gangrena mox corripit læſam partem, brevi tempore inſequente morte, dum ſanguis in læſa parte coaguletur. Folia nervoſa ſunt, in plicas quaſi compoſita, flos roſaceus, hexapetalus, nudus, ſex ſtaminibus fœtus, in ſpicam congeſtus. Ovarium innatum placentulæ, conſtans tribus ſiliculis, ſingulis inſtructis ſua tuba, fit fructus conſtans tribus vaginis in capitulum collectis, fœtis ſeminibus oblongis, grani tritici æmulis, marginatis, ala foliacea cinctis.

* *Verbaſcum mas, latifolium, luteum* C. B. *Pin.* 239. Verbaſcum vulgare, flore luteo, magno, folio maximo J. B. 3. App. 871. Verbaſcum latius Dod. Pempt. 143. *Molene, Bouillon blanc, Bon Homme*, Wollkraut, Männlein, Königs-Kertzen, Kertzen-Kraut, Thapſus barbatus, Candelaria. Eſt Verbaſcum latifolium mas Eyſtæt. Tab. 266. O. 10. Fig. 2. F. 5. Biennium durat, ſed non perennis eſt. Flor. Jul. Aug. in der Ruprechtsau, bey der erſten Bleich, an dem Waſſerzoll; in dem Hanßauer Wald; in dem Oſtwinckel locis aſperis. Eſt ſine foliis anguſtis inter flores ſecus ac ſequens, flores lutei arctis caulibus adhærent monopetali, rotati, pentapetaloides, multifidi, ſpicatim diſpoſiti, capſulæ ovato acuminatæ, bipartitæ, ſeminibus anguloſis, exiguis, repletæ. Folia alterna, incana, integra. Flores in lacte cocti emolliunt, dolorem leniunt, fibras irritatas laxant, demulcent in teneſmo & hæmorrhoidibus, ſi ſphincter illo foveatur. Adhibetur hoc lac intus emolliendi ſcopo, ſumendo ſingulis diebus hauſtum unum vel alterum, vel extus in clyſteribus, & fomentationibus, ubi flores hi valde anodyni ſemper fibras criſpatas laxant & demulcent.

*Verbaſcum fœmina, flore luteo magno* C. B. *Pin.* 239. Verbaſcum maximum

mum Meridionalium, odoratum, luteum J. B. 3. App. 871. Verbaſcum maximum, album, fæmina, flore ſubpallido Lob. Jcon. 161. Woll-kraut-Weiblein mit groſſen Blumen. Flor. Jun. Jul. biennium durat, quia ſemine perfecto perit, eſt annua, in dem Jllkircher Wald an dem Waſſer copioſe. Eſt Verbaſcum foliis incanis, floribus luteis & albis arcte caulibus adhærentibus, & foliis multis anguſtis inter flores emanantibus Mor. 2. Hiſt. Oxon. 2. 485. Folia minus incana ſunt, & acutiora, quam in præcedenti, præcipue ſuperiora H. Pl. Paris p. 136.

*Verbaſcum pulverulentum, flore luteo, parvo* J. *B.* 3. *App.* 872. Verbaſcum mas anguſtioribus foliis, floribus pallidis C. B. Pin. 239. Kleine gelbe Wollblumen. Flor. Jun. Jul. bey der Spitalmühl an dem Weg; gegen Oßwald an den Zäunen; auf dem Metzger-Wall auswendig gegen dem Graben copioſe. Flores parvi, ſaturate lutei. Planta ipſa ramoſa ſuperne admodum, folia viridia, pulvere albo conſperſa, quem ventus facile abſtergit vel manuum contactus, ſuperne acuta, floribus copioſis inter mixta alternatim hos comitantur uſque ad extremitatem ſpicæ, inferiora latiora ſunt. Eſt Verbaſcum luteum Tabern. Jcon. 565.

*Verbaſcum Lychnitis, flore albo, parvo C. B. Pin.* 240. Verbaſcum, flore albo, parvo J. B. 3. App. 873. Phlomos mas, alter, Verbaſcum Lychnites Mathioli Lob. Jcon. 562. Kleine weiße Wollblumen, Weiß Wollkraut. Flor. Jun. Jul. auf trockenen Wieſen gegen Oßwald, über der letzten Brücken; auf dem Metzger-Wall copioſe; zwiſchen der Rheinbrücken. Septembri medio adhuc florebat; bey den Rheingieſſen, und in der Ruprechtsau. Caulis bipedalis hujus Verbaſci valde ramoſus quoque eſt, folia viridia, ſubtus incana. Eſt Verbaſcum quartum Cæſalpini floribus pallidis H. Eyſtet. O. 10. F. 5. Fig. 3. Verbaſcum foliis incanis, floribus albis, parvis, racematim provenientibus, cum ſtaminibus itidem albis M. H. 2. 486.

*Verbaſcum nigrum, flore ex luteo purpuraſcente* C. *B. Pin.* 240. Verbaſcum nigrum, flore parvo, apicibus purpureis J. B. 3. App. 873. Verbaſcum nigrum Dod. Pempt. 144. *Bouillon noir, Bouillon ſauvage*, Schwartzwollkraut mit gelben Blumen/ und rothen Zäſerlein. Flor. Jun. ad Aug. locis ſabuloſis, incultis bey Hagenau. In Sundgovia vidit C. B. Eandem ibidem frequentem dicit J. B. Biennium durat, ſemine ſequenti anno ad maturitatem perducto perit, uti reliquæ ſpecies pleræque; Folia ex viridi nigricantia, ſcabra quodammodo, graviter olentia, flores quaſi racematim prodeunt ſpicati, luteoli, ſemina anguloſa, exigua. Figura Plantæ in H. Eyſtet. Tab. 265. O. 10. F. 4. Fig. 3. nomine Blattariæ Plinii, ſive Verbaſci nigri. In florum medio quaſi ſtella, cujus radii purpurei ſunt, ſtamina villoſa, ex purpuro-violacea, cum apicibus aurei coloris. Hiſt. Plant. Paris. p. 165. Eſt Verbaſcum foliis viridibus, perenne, floribus luteis racematim provenientibus Moris. II. Blattaria

annua,

annua, ramoſa floribus luteis, ſtaminibus purpureis. Ejusd. Verbaſcum foliis viridibus, craſſioribus M. H. 3. 486. Aliquando floribus albicantibus conſpicitur Flor. Jen.

* *Verbena communis cæruleo flore C. B. Pin.* 269. Verbena vulgaris J. B. 3. 443. Verbena recta Dod. Pempt. 170. *Verveine*, Eiſenkraut, Taubenkraut. Jcon. in Rivino Perenn. flor. Jun. ad Aug. in der Ruprechts-Au; & paſſim ad vias. Flos monopetalus, labiatus, cui labium ſuperius eſt ſurrectum, bifidum, inferius tripartitum, ut flos quinquepartitus videatur, calyx tubuloſus, quinquefidus, flores in ſpicam diſpoſiti, ſemina nuda, quaterna, oblonga, totam fere capſulam occupant, flores in extremitatibus virgularum. Decoctum foliorum verbenæ in modum herbæ Thée aſſumptum, in paſſione hyſterica utile Tournef. H. Pl. p. 309. Herba contuſa in modum cataplasmatis cum aliis adhibita tumores reſolvit, & in doloribus Lienis proficua eſt Garidel H. Plant. p. 484.

* *Veronica mas, ſupina, & vulgatiſsima C. B. Pin.* 246. Veronica vulgatior, folio rotundiore J. B. 3. 282. Veronica mas, ſerpens Dod. Pempt. 40. *Veronique*, Gemeiner Ehrenpreiß. Jcon in Rivino. Perenn. flor. Majo, Jun. hinter Barr auf dem Gebürge in dem Wald copioſe; in dem Brumter Wald. Flos monopetalus rotatus, multifidus, caducus, modo in ſpicam digeſtus, modo ex foliorum alis prodiens, capſulæ membranaceæ in duo loculamenta diviſæ, compreſſæ, ſemina plura compreſſa, exigua, continens, folia conjugata plerumque. Hæc trahuntur hodie in uſum in modum herbæ Thée in affectibus cerebri, Paralyſi & Apoplexia. Sunt qui miris laudibus evehunt hanc plantam, inprimis illi qui amant magis encomium ejus deſcribere, quam veras virtutes. Eſt vulneraria, diuretica, mucum viſcidum pulmonum ejusque bronchiorum detergit.

*Veronica ſpicata, anguſtifolia C. B. Pin.* 246. Veronica major, anguſtifolia, caulibus viridibus J. B. 3. 284. Veronica ij erectior, anguſtifolia Cluſ. Hiſt. 346. Aufrechter Ehrenpreiß. Eſt Veronica erecta, ſylveſtris Rivini. Perenn. Flor. Jun. Jul. bey Hilßeck gegen Ebersmünſter; auf graſichten feuchten Orten in dem Ganßauer Wald.

*Veronica ſpicata, longifolia J. R. H.* Lyſimachia ſpicata, cærulea C. B. Pin. 246. Veronica ſpicata, recta, profunde ſerrata, quam Lyſimachiam cæruleam quidam vocant J. B. 3. 284. Pſeudolyſimachium cæruleum Dod. Pempt. 86. Ahren-Weyderich mit blauen Blumen. Eſt Veronica ſpicata Rivini. Veronica mas, ſurrecta, elatior Barrelier 891. Perenn. Flor. Jun. ab initio, vel in fine Maji ad Aug. in dem Illkircher Wald; bey Oßwald auf feuchten Matten; hinter dem Mauerhof. Florum laciniæ minus patulæ, pericarpia minus compreſſa, ſed turgida inſtar gemellorum teſticulorum.

*Veronica ſpicata, minor C. B. Pin.* 247. Veronica ſpicata, recta, minor J. B. 3. 282. Veronica recta, minima Cluſ. Hiſt. 347. Kleiner aufrechter Ehren-Preiß. Perenn. Flor. Jul. Aug. auf trockenen Wieſen gegen Oßwald; auf magern Aeckern daſelbſten; auf der Metzgerau; auf der Ganßau locis ſiccioribus. Deſcriptio accurata in Botan. Paris. Planta hæc pedem alta, vel pedem cum dimidio, folia ſerrata, infima per terram ſparſa ſunt in orbem, bina conjungata, quorum paria ſingula ſequentia cruciatim ſecant, ſuperiora vero alternatim diſpoſita ſunt, & ſenſim minora fiunt, flores in quatuor partes diviſi, quarum ſuperior lata magis quam reliquæ tres, quæ deorſum tendunt, ſpicati, ex cæruleo violacei, ut & apices, caules exigua lanugine veſtiti, ſemina exigua, compreſſa.

*Veronica pratenſis, Serpillifolia C. B. Pin.* 247. Veronica fæmina quibusdam, aliis Betonica Pauli ſerpillifolia J. B. 3. 285. Veronica pratenſis Dod. Pempt. 41. Klein Wieſen-Ehren-Preiß. Eſt Veronica minima, repens Rivini. Flor. April. Majo, in dem Oßwald und an graſichten Orten der Ruprechtsau; auf der Metzgerau vor dem Wickhäuſel gegen dem Gartner Feld, copioſe floret jam medio menſis Maji; pro ratione loci natalis modo minor, modo major eſt.

⊙ *Veronica pratenſis Serpillifolia, verna, repens, Nummulariæ folio Dillenii App. ad Cat. Giſſ. p.* 67. Perenn. Flor. Majo, hinter dem Spital-Garten. In Sylvis & locis humidioribus folia magis rotunda & majora acquirit; cauliculi non erecti, ſed terræ tunc appreſſi ſunt, & ſerius floret. Jul. Aug. ex obſervatione Ejusdem & noſtra; in locis ſiccis interdum foliolis minimis apparet.

*Veronica ſupina, facie Teucrii pratenſis Lob. Jcon.* 473. Chamædrys ſpuria, anguſtifolia J. B. 3. 285. Chamædrys ſpuria, major, anguſtifolia C. B. Pin. 249. Falſch-Wieſen-Gamander, Wilder Ehren-Preiß mit ſchmalen Blättern. Perenn. Flor. April. ad Jun. in der Ruprechtsau; auf der Metzgerau; auf dem Eliſabethen- vulgò Elsbetten-Wall. Foliorum latitudine variat.

*Veronica major, fruteſcens, altera Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 319. Chamædrys ſpuria, majus, altera, ſive fruteſcens C. B. Pin. 248. Chamædrys falſa maxima an Teucrium I. ſeu majus, Pannonicum Cluſio J. B. 3. 286. Teucrium IV. Cluſ. Hiſt. 349. Groſſer Wilder Ehrenpreiß mit breiten Blättern. Perenn. Flor. Majo. Jun. auf denen Berglein hinter Niederhaußbergheim; zwiſchen Brumt und Hagenau, neben den Aeckern. Eſt Veronica montana Rivini.

*Veronica minor, foliis imis rotundioribus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 229. Chamædrys ſpuria, latifolia J. B. 3. 286. Chamædrys ſpuria, minor, rotundifolia C. B. Pin. 249. Teucrium pratenſe, ſupinum & ſpurium, Chamædryoides Lob. Jcon. 490. Falſch-Wieſen-Gamanderlein, Wilder Ehrenpreiß mit runden Blättern. An Veronica procumbens Rivini? Flor. Majo

Majo auf Wieſen gegen Geisſpitzheim; an denen Hecken bey Ebersmünſter.

*Veronica minor, foliis imis rotundioribus, flore albo H. L. Bat.* Perenn. Flor. Majo Jun. in jugis montium bey der Schwartzen See an den Hecken, etiam medio Auguſti à nobis ibidem florere viſa eſt & collecta. Eſt Veronica pratenſis latifolia Rivini.

*Veronica floſculis cauliculis adhærentibus Mor. Hiſt. Oxon, Part.* 2. 322. Alſine Veronicæ foliis, floſculis cauliculis adhærentibus C. B. Pin. 250. Alſine ſerrato folio, hirſutiori, floribus & loculis cauliculis adhærentibus J. B. 3. 367. Ehrenpreiß mit gekerbten haarichten Blättern, zwiſchen welchen die Blumen heraus wachſen. Flor. April. Majo, an denen Aeckern vor dem Weiſſen Thurn; in dem Oſtwinckel. Capſulæ figuram cordis habent.

* *Veronica aquatica, major, folio ſubrotundo Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 323. Anagallis aquatica, major, folio ſubrotundo C. B. Pin. 252. Berula, ſeu Anagallis aquatica Tabern. Jcon. 719. Anagallis aquatica, folio rotundiore, major J. B. 3. 791. Groſſe Bachbungen mit rundlichten Blättern, Waſſer-Gauchheyl. Perenn. flor. Jun. & Jul. in dem innern alten Graben bey dem Metzger-Thor; bey dem Wickhäußlein an der Bruck. Eſt Beccabunga Officin. Eſt planta antiſcorbutica, cujus tamen ſal volatile non adeo acre ſicut e. g. cochleariæ. Succus in brodio vel cremore hordei aut avenæ ſæpius aſſumptus juvat admodum in Malo Hypochondriaco, Scorbuto, depuratur cum albumine ovi prius, ut tantò magis ita palato arrideat. Lac calidiſſimum Beccabungæ ſuperfuſum emaciatis ex acrimonia ſanguinis valde utile addendum parum ſachari, ne lac coagulet in ventriculo; ſanguinem purificat & fluxiliorem reddit.

*Veronica aquatica, minor, folio ſubrotundo Inſt. R. H.* Anagallis aquatica, major, folio ſubrotundo C. B. Pin. 252. Anagallis aquatica, flore cæruleo, foliolo rotundiore, minor J. B. 3. 790. Kleine Bachbungen mit rundlichten Blättern. Perenn. Flor. Jun. Jul. an Waſſer-Gräblein in der Ruprechtsau.

*Veronica aquatica, major, folio oblongo Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 323. Anagallis aquatica, major, folio oblongo C. B. Pin. 252. Anagallis aquatica, flore cæruleo, folio oblongo, major J. B. 3. 791. Berula major Tabern. Jcon. 719. Bachbungen mit langlichten rothen Blättern. Jcon. in Rivino. Perenn. Flor. Jun. Jul. ibidem, und in ſtehenden Waſſern zwiſchen Oßwald und Gravenſtaden; in der Ruprechtsau.

*Veronica aquatica, minor, folio oblongo Inſt. R. H.* Anagallis aquatica, minor, folio oblongo C. B. Pin. 252. Anagallis aquatica, flore purpuraſcente, folio oblongo, minore J. B. 3. 791. Anagallis aquatica, minor, 11. Tabern. Jcon. 718. Jcon. quoque in Rivino. Perenn. Flor. Majo, Jun. in Waſſergräben hinter dem Spital-Garten; in der Ruprechtsau.

*Veronica aquatica, anguſtiore folio J. R. H.* Anagallis aquatica, anguſtifolia, ſcutellata C. B. Pin. 252. Anagallis aquatica, anguſtifolia J. B. 3. 741. Schmalblätterige Bachbungen. Jcon. quoque in Chabræi Append. Flos cæruleus, monopetalos, rotatus, diviſus. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. an Gräblein in der Ruprechtsau; bey Ehrſtein an Quell-Waſſer-Gruben; bey dem Rhein-Zoll an dem Waſſer copioſe. Eſt Veronica paluſtris Rivini. Folia ſemper bina ex adverſo, capſulæ ſeminales compreſſæ, didymæ, ex quarum fiſſura oritur apex, ſive exiguum filamentum, folia non ita pinguia, uti in præcedentibus, caulis pedalis absque ramis.

*Veronica Cymbalariæ folio, verna J. R. H.* Alſine Hederulæ folio C. B. Pin. 250. Alſines genus Fuchſio, folio Hederulæ hirſuto J. B. 3. 368. Alſine ſpuria prior, ſive Morſus Gallinæ Dod. Pempt. 31. Hünerdarm mit Cymbelkraut-Blättern. Eſt Veronica folio Hederæ Rivini. Flor. April. auf den Aeckern bey Oßwald; in der Ruprechtsau.

*Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus, Chamædryos folio Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 322.* Alſine Chamædryfolia, floſculis pediculis oblongis inſidentibus C. B. Pin. 250. Alſine ſerrato folio, glabro J. B. 3. 366. Alſine ſpuria, altera Dod. Pempt. 31. Hünerdarm mit Gamanderlein-Blättern. Flor. Martio, April. Majo, auf denen Feldern vor dem Cronenburgerthor. Junio iterum, & per totam fere æſtatem auf dem Glacis bey dem Fiſcherthor, ab initio Martii jam florentem vidimus, und auf Aeckern gegen Oßwald. Floris colore variat. Eſt Veronica foliis Chamædryos Rivini. Interdum eſt ex cæruleo & albo mixta Bot. Paris.

⊙ *Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus, Chamædryos folio, flore albo.* Hanc collegimus auf denen Aeckern in der Ruprechtsau, Aprili florentem.

*Veronica verna, trifido vel quinquefido folio J. R. H.* Alſine triphyllos, cærulea C. B. Pin. 250. Alſine folio profunde ſecto, flore purpureo, ſive violaceo J. B. 3. 367. Alſine parva, recta, folio Alſines, Hederaceæ ſeu Rutæ modo diviſo Lob. Jcon. 464. Epheu Händelkraut, Hüner-Rauten. Eſt Veronica foliis Rutæ Rivini. Flor. April. Majo, auf denen Aeckern in dem Oſtwinckel; und vor dem Steinſtraſſerthor gegen der Walckmühl zu.

*Viburnum Matth.* 217. Lantana vulgò aliis Viburnum J. B. 1. 557. *Viorne*, Kleiner Mehlbaum, Rothſchwelgen, Schlingbaum. Flor. Majo, Jun. fructus maturus Auguſto in dem Gantzauer Wald, baccæ Septembri matureſcunt in dumetis, in ſylvis, in dem Oſtwinckel. In tota Alſatia frequens occurrit. Lignum ejus admodum lentum & obſequioſum virgulta ejus ad vinciendum apta, & lanuginoſa ſunt. Flos monopetalos rotatus, multifidus, umbellæ in formam digeſtus, bacca mollis, ſucci plena, ſemen oſſeum, compreſſum, ſtriatum, folia denticulata, rami flexiles ſicut in ſalice, & vimina lenta. Radices in terra maceratæ

& con-

& contuſæ gluten præbent ad capiendas aviculas Hiſt. Plant. Paris. & Matthiol.

*Vicia maxima dumetorum* C. B. Pin. 345. Vicia ſepium, perennis J. B. 2. 313. Cracca major Tabern. Jcon. 506. *Veſſe ſauvage*, Groſſe Zaun-Wicken, Groſſe Wald-Wicken. Perenn. Flor. Maj. Jun. in denen Hecken gegen Oßwald, zwiſchen denen Brücken; an dem Waſſer zwiſchen der Walckmühl und dem Steinſtraſſerthor copioſe in graſichten Orten; auf dem Glacis vor dem Judenthor; in dem Oſtwinckel. Befordiæ florentem Auguſto vidit J. B. Flos papilionaceus, ſiliqua ſeminibus ſubrotundis aut angulatis fœta, folia bina, conjugata, coſtæ in claviculas abeunti innaſcuntur. Eſt Vicia ſepium Rivini.

*Vicia ſepium, folio rotundiore, acuto, ſemine nigro* C. B. Pin. 345. Vicia Dod. Pempt. 531. Zaun-Wicken. Flor. Jun. in dumetis in der Ruprechtsau; in dem XV. Wörth; auf den Aeckern gegen Schiltigheim; auf dem Glacis vor dem Steinſtraſſerthor.

*Vicia vulgaris, acutiore folio, ſemine parvo, nigro* C. B. Pin 345. Vicia vulgaris, ſylveſtris, ſemine parvo & nigro frugum J. B. 2. 312. Aphaca vera, Vicia Mathiolo Lugd. 478. Eſt Vicia anguſtifolia Rivini, *Veſſe ſauvage*, Feld-Wicken. Flor. Jul. Aug. auf denen Matten hinter dem Spital-Garten, flore amœne hilare purpureo aut rubente.

*Vicia multiflora* C. B. Pin. 345. Vicia multiflora, perennis, nemorenſis, ſive dumetorum J. B. 2. 314. Aracus Tabern. Jcon. 506. Vogels-Wicken mit vielen Blumen. Eſt Cracca Rivini. Perenn. Flor. Majo, Jun. an den Hecken und Gräben in der Ruprechtsau; zwiſchen Lingelsheim und Ensheim copioſe. Color florum variat admodum, pallide cærulea, purpuro violacea, &c. Botan. Paris.

*Vicia ſegetum, cum ſiliquis plurimis hirſutis* C. B. Pin. 345. Vicia parva, ſive Cracca minor, cum multis ſiliquis hirſutis J. B. 2 315. Craccæ alterum genus Dod. Pempt. 542. *Veſſeron, Veſſe ſauvage*, Wilde kleine Wicken, mit vielen rauhen Schotten. Eſt Cracca minor Rivini. Flor. Majo ad Jul. auf denen Frucht Feldern bey Jllkirch.

*Vicia minima, cum ſiliquis glabris* J. R. H. Viciæ ſive Craccæ minimæ ſpecies, cum ſiliquis glabris J. B. 2. 315. Kleine Wicke mit glatten Schotten. Eſt Cracca minor, ſiliqua gemella Flor. Jen. Utraque ſpecies ſæpe ſe frugibus circumvolvit. Flor. Jun. auf denen Feldern bey Niederhaußbergheim; bey dem *Demi lune* oder neuen Werck vor dem Fiſcherthor.

* *Viola Martia purpurea, flore ſimplici, odoro* C. B. Pin. 199. Viola Martia, purpurea Dod. Pempt. 156. *Violette*, wohlriechende blaue oder braune Mertzen-Violen. Perenn. Flor. Mart. April. an denen Hecken bey Oßwald; in dem Eckbolßheimer Wald. Flos polypetalus, anomalus, papilionacei æmulus, pentapetalus, corniculatus, vexillo dipetalo, alis binis & carina caudata conſtans, fructus trigonus, trifariam vix diſſi-

 liens,

liens, fœtus ſeminibus ſubrotundis. Syrupus violarum ſimplex utilis ad temperandam lymphæ acrimoniam, illamque incraſſandam in deſtillationibus pectoris. Semen diureticum in uſu eſt in Colica Nephritica, emulſio ejus cum aqua graminis renes purgat, arenulas pellit & calculos, præmiſſa Venæ ſectione.

⊙ *Viola Martia, flore rubro purpuraſcente Hort. Eyſtett. Vern.* 18. *Fig. V.* Viola Martia flore ſimplici rubro, odoro Rothe Mertzen-Violen creſcunt bey Bußweyler bey der zahmen Faſanerie, und bey des ſo genannten Mutzjockels Graben; an dem Canal bey der Eckboltzheimer Mühl. Flores ſuperant parum magnitudine vulgares. flor. Aprili folia eadem cum præcedente.

*Viola Martia, inodora, ſylveſtris, foliis majoribus & rotundioribus* C. B. *Pin.* 199. Viola cærulea, Martia, inodora, ſylvatica, in cacumine ſemen ferens J. B. 3. 543. Viola canina, Hunds-Violen. Eſt Viola purpurea ſylveſtris ſive Canina Eyſtet. Perenn. flor. Aprili auf der Metzgerau; neben der Landſtraß gegen der Hohenwart, paulo ſerius præcedenti purpurea vulgari floret, & diutius durat.

*Viola Martia, inodora, ſylveſtris, foliis mucronatis, oblongis, & ſtrictioribus* C. B. *Pin.* 199. *Violette de Bois*, Blaue Hunds-Violen, Wald-Violen mit ablangen zugeſpitzten Blättern, und ohne Geruch. Perenn. Flor. Martio, April. in dem Jllkircher Wald; in dem Ruprechtsauer Wald an dem Rhein.

*Viola Martia, alba* C. B. *Pin.* 199. *Tabern. Jcon.* 301. Viola Martia flore albo, odorato & non odorato J. B. 3. 543. Weiße Mertzen-Violen. Jcon. in Rivino & in H. Eyſtet. Vern. fol. 18. Fig. 3. Perenn Flor. Mart. April. an denen Hecken in dem Jllkircher Wald.

*Viola Martia, arboreſcens, purpurea* C. B. *Pin.* 199. Jacea tricolor, ſurrectis caulibus, quibusdam arborea dicta J. B 3. 547. Viola Martia arboreſcens Tabern. Jcon. 303. Berg-Violen. Perenn. Flor. Majo in dem Ganßauer Wald; in dem Wald und Gebürg bey Hoch-Andlau. Figura in Garidel. Hiſt. Plant. Tab. 99.

*Viola bicolor, arvenſis, flore candido & luteo* C. B. *Pin.* 200. Viola bicolor, frugum & hortorum vitium Trago J. B. 3. 548. Viola ſylveſtris Lob. Jcon. 611. *Penſées*, Acker-Violen mit zweyen Farben, Wild Freyſam-Kraut mit weiß und gelben Blumen. Jcon. in Rivino Flor. Majo ad Jul. auf denen Brach-Aeckern bey Oßwald; und Niederhaußbergheim.

*Viola bicolor arvenſis, flore cœruleo & luteo* C. B. *Pin.* 200. *Penſées*, Wild-Freyſamkraut quibusdam, Acker-Violen mit blau- und gelben Blumen. Flor. Majo, Jun. ibidem.

*Viola bicolor, arvenſis, flore cæruleo & candido* C. B. *Pin.* 200. Flor. Majo, Jun. ibid. Wild Freyſamkraut mit blau- und weiſen Blumen.

*Viola*

*Viola montana, lutea, grandiflora* C. B. *Pin.* 200. Jaceæ tricoloris, ſive floris tricoloris genus, flore luteo, magno, repens, non annuum J. B. 3. 548. Violæ montanæ tertiæ alium genus Cluſ. Hiſt. 310. Gelbe Berg-Violen. Perenn. Flor. Jun. ad Aug. Flore eſt quidem luteo, ſed lineis purpureis ex umbilico prodeuntibus intermixtis, aliquando ſine lituris pallide lutea. Creſcit copioſe in planitie herbida, cacuminis montis Vogeſi, dicta Hochfeld / Gramini lociaceo minimo, foliis junceis, panicula unum partem ſpectante J. R. H. intermixta cum ſequenti.

*Viola montana, tricolor, odoratiſsima*, C. B. *Pin.* 199. Jaceæ tricoloris, ſive floris tricoloris genus, flore purpureo, magno, repens, non annuum J. B. 3. 548. Viola montana iij. ſive tricolor Cluſ. Hiſt. 310. Ex cæruleo, purpureo & luteo variegata, Bunte Berg-Violen. Perenn. Flor. Jun. Jul. ibidem. In excelſi montis Vogeſi jugo, auf des Vogel-Bergs Bölchen. In cacumine montis Roſsberg vidit J. B. minus ſpecioſam prope Maßmünſter. In Hortum translata perit ſequenti anno, niſi transplantetur.

*Viola tricolor, hortenſis, repens, an φλὸξ καὶ φλόγιον. Theophraſti* C. B. *Pin.* 199. Jacea tricolor, ſive Trinitatis flos J. B. 3. 546. Viola tricolor Dod. Pempt. 158. *Penſée*, Dreyfaltigkeit-Blumen, Je länger je lieber noſtratibus mulierculis rhizotomis, Zahm Freyſamkraut, Jcon. quoque in Rivino. Perenn. flor. Majo & tota fere æſtate, auf den Aeckern bey Benfeld; auf dem Glacis vor dem Fiſcherthor, gegen der Citadell; in hortis ſpecioſior.

*Viola montana, grandiflora, foliis oblongis, flore variegato.* Perenn. Flor. Jun. Jul. auf der Horizontal-Fläche und Weydgang oberhalb Hochfeld. Folia ſunt oblonga, & inciſa. Incipiunt hæ Violæ montanæ jam Majo florere ſub nive, ſed cum hæc in iſtis montium jugis tardius recedat, Junio demum, & ſequentibus menſibus in conſpectum veniunt flores, & per totam fere æſtatem durant. Si in hortos transferuntur, jam Aprili florent.

*Viola Alpina, rotundifolia, lutea* C. B. *Pin.* 199. Viola Martia, lutea, J. B. 3. 544. Viola montana 1. Cluſ. Hiſt. 309. Perenn. Flor. Jun. Jul. in Hortum translata Aprili. in ſummis montium jugis oberhalb Dietelhauſen, gegen der Weiſen See. In ſummis Alpibus Helvetiæ alias frequens ex obſervatione & αὐτοψίᾳ Clariſſ. Dni. Doct. Haller. An Viola montana lutea, ſubrotunda, crenato folio Barrelier 691.

* *Virga aurea, latifolia, ſerrata* C. B. *Pin.* 268. Virga aurea ſive Solidago Saracenica, latifolia, ſerrata J. B. 2. 1063. Virga aurea, margine crenato Dod. Pempt. 142. Eſt Doria Dillen. Append. ad Cat. Giſſ. p. 144. *Verge d'orée*, Gulden Wundkraut, Heydniſch Wundkraut Perenn. Flor. Jul. Aug. Sept. in dem Oſtwinckel; an der Jll gegen Oßwald, in

dem

dem Ganßauer-Wald, in umbroſis & paludoſis; In Sundgoviæ Sylvis vidit C. B. creſcit quoque in denen Waldungen gegen dem Hochfelder Gebürg folio latiſſimo integro, und Rappolſtein gegen Dreykirchen oder Duſenbach inter innumeras Bellæ Donnæ, Jacobeæ Pannonicæ I. Cluſii, Rubi vulgaris & Rubi Idæi ſpinoſi per humum ſerpentis plantas, quæ Botanicis viam ſatis difficilem eſt ſalebroſam reddunt. Eſt Virga aurea, foliis Scrophulariæ Ac. Reg. Paris. M. H. 3. 124. Virga aurea, montana, foliis Scrophulariæ Pluck. Phyt. 235. an Virga aurea, montana, latiore folio glabro H. R. P. 186.? Planta hæc eſt ex præcipuis vulnerariis, diuretica, amara, obſtructiones viſcerum reſerat, ſi interne infuſio calida ſumatur in modum herbæ Thée, & imminentem hydropem avertit, ingreditur ſpecies vulnerarias, noſtratibus uſitatas. Flores radiati in ſummis ramulis umbellatim quaſi naſcuntur ut in Jacobæa, calyx ſquamoſus, folia alterna, integra, radix fibroſa, floſculi tubuloſi, breviores ſunt in ſummitate.

* *Virga aurea vulgaris, latifolia, J. B.* 2. 1068. Virga aurea, anguſtifolia, minus ſerrata C.B. Pin. 268. Virga aurea Dod. Pempt. 142. *Verge dorée*, Gemein Heydniſch Wund-Kraut. Eſt Virga aurea Eyſt. Gulden Wund-Kraut. Perenn. Flor. Jul. Aug. an denen Hecken bey Oßwald und Illkirch. Septembri adhuc florere vidimus, in monte Roſsberg vidit J. B. Folia interdum leviter tantum crenata ſunt. Flos radiatus, calyx ſquamoſus, folia alterna, integra, flos longa ſerie in caulium & ramorum faſtigia naſcitur, in pedunculis brevibus, radix fibroſa. Eſt virga aurea, vulgaris, latifolia J. B.

*Virga aurea, Virginiana, annua Zan.* 205. After Canadenſis, annuus flore pappoſo H. R. Par. Conyza Canadenſis, annua, acris, alba, Linariæ folio Bocc. Rarior. Plant. 85. Flor. Jul. Aug & tota æſtate auf der Ganßau; in der Ruprechtsau, und vieler Orten um die Stadt Ex Americæ Canada in Europam huc quoque delata, jam dudum apud nos indigena & ſpontanea facta eſt, ſeminibus ejus pappeſcentibus leviſſimis per ventos facile undiquaque diſperſis ad culmina usque tectorum, atque turres altiores etiam. Vidimus florentem in ſuperficie plana & alta Eccleſiæ Cathedralis Argentoratenſis, auf dem Münſter, qua ratione hoc videatur contingere Clariſſ. Dillenio, explicat in Ephem. Nat. Cur. Cent. 3. & 4. obſ. 125. Sola flores albos vel ſubflavos gerit inter reliquas virgas aureas. Eſt Conyzella Dillenii Nov. Pl. Gen. p. 142. ubi deſcript. & in Bot. Paris. inprimis in Hiſt. Pl. Paris. pag. 173. Semifloſculi numeroſi albi ſunt, floſculi ſublutei, colore citrino. Semina pappoſa, parva, gracilia, ex fuſco cinerea. Floſculi & ſemifloſculi exigui recta linea protenſi ſunt, ob copiam magnam ſemifloſculorum, pro ratione parvitatis floris ad aſterem à quibusdam releganda videtur, calyx conicus cum ſquamis longioribus. Flores radiales ſeu planifolii

folii & diſcoidei ſeu tubuloſi, breviores in ſummitate quinquefidi componunt florem hunc.

* *Viſcum baccis albis* C. B. *Pin.* 423. Viſcum Dod. Pempt. 826. Hiſt. Plant. Paris. p. 371. ubi deſcript. & in Bot. Paris. Miſtel, Miſpel, *Gui.* Flor. Mart. frequens in Malis, Prunis, Betula, Pyro, Corylo, Quercu. &c. Alio loco flores monopetali, pelviformes, quadrifidi, mares, ſteriles, majores pulverem ex verrucis tanquam apicibus genitalem effundentes, alio flores minores, fœcundi, vel potius fructuum rudimenta; ſeu embryones, quatuor foliolis, & aliquot ſtaminibus inſtructi, erumpunt; qui deinde abeunt in baccam ſubrotundam, glutinoſa pulpa, modo uno, modo duobus ſeminibus compreſſis & cordiformibus repletam. Flores ſæpius in uno ramo & fructus in altero, interdum tota ſtirpe remoti ſunt mares à fæminis, ſeu flores ſteriles à fœcundis, Folia oblonga, conjugata, anguſta. Semper in arboribus & fruticibus, nunquam in terra naſci ſolet hæc Planta, in Malis frequens eſt, in der Ruprechtsau; in dem Illkircher Wald. Semen ejus ſe agglutinat cortici arborum, & per radiculas ſuas tenuiſſimas nutrimentum recipit ex alburno, perforato prius cortice exteriori & interiori. Ex hoc fructu ſeu baccis præparatur viſcum, contundendo in mortario, coquendo & colando liquorem calidum, ut ſemina & pelliculæ ſeparentur. Garidel. Hiſt. Plant. 491. Viſcum Quercinum ſive Quernum contra Epilepſiam ſpecificè laudatur.

*Vitis ſylveſtris, Labruſca* C. B. *Pin.* 299. Labruſca Lugd. 1406. *Vigne ſauvage*, Wilde Rebe. Flor. Jun. Jul. auf dem Weg gegen Oſtwald an den Hecken; in dem Oſtwinckel; gegen Illkirch. Flos roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus quinque ſtipatus, ovarium in fundo floris enatum, tuba brevi, piloſa inſtructum, fit bacca mollis, pulpoſa, ſucculenta, ſeminibus pluribus, plerumque quatuor, fœta. Flores & fructus in racemos congeſti, capreoli viticulis apprehendentes in virgultis longiſſimis. Sterileſcit ſæpe ob ſarmentorum copiam, & quia non colitur, ut cæteræ vites.

* *Vitis Idæa, foliis oblongis, crenatis, fructu nigricante* C. B. *Pin.* 470. Vitis Idæa, anguloſa J. B. 1. 520. Vitis Idæa ſive Myrtillus 1. Tabern. Jcon. 1078. *Airelle, Myrtile, Raiſins de Bois*, Heydelbeer, Schwartzbeer, Heydelſtaude. Eſt Vaccinium Rivini. Perenn. flor. Majo, Baccæ maturæ ſunt Jul. Aug. quibus vino rubrum colorem conciliant, auf dem Gebürge hinter Barr; bey dem Breitenſtein oder Hohenſtein; bey Rappolſtein frequens eſt. In Alpibus Alſatiæ in cacumine montis Roſsberg, in monte Ballon Lotharingiæ vicino vidit circa Befordiam ex candido purpuraſcentem J. B. Flos monopetalus campaniformis, pendulus, globoſus, ovario innatus, fructus mollis vel bacca umbilicata, ſucci plena, ſemina exigua, ex baccæ medio prodit apex. Succus cum alumine & Galla coctus eleganti cæruleo tingit chartas, linteamina colore. Syrupus in alvi profluviis, ubique adſtrictione opus, commendatur. J. B

⊙ *Vitis Idæa foliis oblongis, crenatis, fructu albo.* Eſt Vaccinium foliis oblongis, crenatis, fructu albo Ruppii Flor. Jen. p 39. ed. corr. Weiſſe Heydelbeeren. Perenn. Flor. Majo, Jun. auf dem Gebürge und Waldungen gegen Wangenburg, unter den gemeinen Heydelbeeren; bey Gänſpurg der Melckerey, in dem Niedecker Gebürge, oberhalb dem Niedecker Berg-Schloß.

*Vitis Idæa, magna quibusdam, ſive Myrtillus grandis I. B.* I. 518. Vitis Idæa, foliis ſubrotundis, exalbidis C. B. Pin. 470. Flor. Majo, Jun. Baccæ maturæ Jul. ſaporis vinoſi & grati. Groſſe Heydelbeeren, Jägerbeer, Trunckelbeer, Rauſchbeer, quia copioſus eſus hominem quaſi inebriat. Eſt inter Vites Idæas altiſſima ſpecies. Creſcit in Jugis montium, auf denen höchſten Gipffeln des Vogeſiſchen Gebürges oberhalb Kayſersberg; bey Hoch Hinspurg hinter Haslach; bey dem alten Lützelburger Schloß; In cacumine montium Vogeſi Lotharingiæ adjacentium (*Ballon*) illam vidit J. B. loco paludoſo, in horto plantata non agit radices, ſed perit, eſt fruticoſior reliquis ſpeciebus, virgultis ſesqui cubitalibus, folia inferiore parte non nihil glauca, ſapor gratus, ſubacidus, & vinoſus, ſemina ſunt grana minima, ſublutea in baccis contenta, labra floris in quinque crenas diviſa, exterius reflexa ſunt.

*Vitis Idæa, foliis ſubrotundis, non crenatis, baccis rubris C. B. Pin.* 470. Vitis Idæa, ſemper virens, fructu rubro J. B. I. 522. Vaccinia rubra Lob. Jcon. 109. Steinbeer, Rothe Heydelbeer, Rothe Preuſelbeeren. Perenn. ſemper viret. Flor. Majo, Jun. Baccæ matureſcunt circa finem Auguſti & Septembri. Frequens eſt ſuper Altitonam, eine halbe Stund von dem St. Ottilien Berg, und auch bey einem hervorragenden Felſen, in excelſi & prærupti montis jugo, & confragoſis ſaxis, dem Breitenſtein oder Männlenſtein dictis, quæ præcunctis aliis ſcopulis verſus planitiem prominet, & in medio atque centro quaſi ipſius Provinciæ ſita ſunt, ubi unico intuitu, tanquam in charta Geographica proſpectus patet, ſereno cœlo, horizonte illuſtrato, per ſpatium quadraginta milliarium in patentem ubique plagam, mirabili amœnitate lætiſſimam, in illa trecenta oppida & pagos, atque viginti Urbes Alſatiæ utriusque, præter Alpes Helveticas, aliosque montes ſylvis aſperos, una cum integro Rheni curſu, juxta hujus gratiſſimæ & plantis fertiliſſimæ Regionis tractum, jucundiſſimo & raro ſpectaculo, quod omnia Poetarum ficta incantamenta de Inſulis fortunatis & decantatas fabulas longe ſuperat. Confirmat hæc omnia ſuo calculo, & ex propria multorum annorum experientia amplius illuſtrat judex in hac re omnino competens *le Reverend Pere Hugues Peltre, dans la vie de Sainte Odile.* Creſcit etiam hæc Planta copioſe auf dem Gebürg Breitenau, unter den gemeinen Heidelbeeren. In cacumine monte Roſsberg eandem Octobri virentem collegit J. B. in Alſatia ſuperiore, & in monte Ballon. Baccæ maturæ hyemis tempore

tempore aceſcunt, valde gratum habent ſaporem acidum, ſub nive vigent, & conſervantur diu, in locis Septentrionalibus maxima copia creſcunt, & cum aliis plantis, ibidem creſcentibus adæquatum & ſufficiens ſcorbuti præbent remedium, annotante id etiam Joh. Frid. Bachſtrom, obſerv. circa Scorbutum p. 133. qui etiam horum Myrtillorum rubrorum ingentem vim in iſtis locis provenire confirmat, provido omnis neceſſitatis humanæ Numinis beneficio.

⊙ *Viti Ideæ affinis Polifolia montana I. B. 1. lib. 5. c. 10. p. 225.* Perenn. Flor Septembri auf dem Hochgebürg Bölchen loco uliginoſo, bey einem Waſſer oder kleinen See; Auf dem Hochgebürg hinter Markirch, auf welchem Gebürg man in viele Biſtthümer ſehen kan biß nach Straßburg, annotante Frantz Ruprecht von Ichtersheim in ſeiner Topographia Alſatiæ ſuperioris; Floſculi exigui præ tenuitate vix conſpicui nudo oculo, hærent in extremitatibus ramulorum, fructus vix unquam ſub obtutum cadunt, ob nives, nimis cito in iſtis montium jugis ſupervenientes, folia oblonga, rubentia, acuminata, inſtar Polii anguſtifolii. Extrema foliorum plerumque introrſum contorquentur, & leniter reflectuntur. Prorepit hæc planta in uliginoſo ſolo virgultis crebris, rubentibus, longis lignoſisque viticulis obliquis, & implicatis irretitis, fruticulus dodrantem vix ſuperat, radices tenues, multifidæ, lignoſæ ſunt, quibus multæ capillaceæ fibræ adhærent monente Thalio Harcyn. p. 82. Ramuſculi ubi terram attingunt, radices agunt capillamentis demiſſis, radices repentes hinc inde fibras per intervalla emittunt.

* *Vlmaria Cluſ. Hiſt. CXCVIII. I. B. 3. 488.* Barba capræ, floribus compactis C. B. Pin. 164. Regina prati Dod. Pempt. 57. *Reine de prez*, Geißbart. Perenn. flor. Maio ad Jul. auf dem Schießrein gegen der Walckmühl; in dem Oſtwinckel locis uliginoſis, bey St. Gallen an der Breuſch; auf feuchtenMatten an dem Canal. Flos roſaceus, pentapetalus, in paniculas congeſtus, vix conſpicuus, ſtamina numeroſa, fructus ex plurimis vaginulis membranaceis intortis & in capitulum congeſtis compoſitus, ſemen unicum & ſingulare exiguum in ſingulis. Floſculi albi racematim cohærent & ſuaveolentes ſunt. Folia vino aut cereviſiæ immiſſa, gratum illis ſaporem conciliant, non ſecus ac pimpinellæ folia Raius Cat. Plant. Angliæ p. 308. Flores odoris grati ſunt, nec caput gravant obſervante eodem. Ulmaria eſt ſudorifera, alexipharmaca & vulneraria, folia adulta veſicas excitant ut Ranunculus, J. B. Decoctum radicis utile in febribus malignis & præferendum decocto Rad. Scorzoneræ. Hiſt. Plant. Paris.

* *Vlmus campeſtris, & Theophraſti C. B. Pin.* 426. Ulmus J. B. 1. 139. Dod. Pempt. 837. Ulmus vulgaris, cum ſamarris ſive ſeminibus ſuis Park. Theat. 1404. Ulmus vulgatiſſima, folio lato, ſcabro Ger. Emac. 1480. *Orme*, Ruſten, Feld-Ruſten, Ruſtbaum, Ulmer-Baum. Flores incipiunt

piunt erumpere Februario, aperiuntur Martio, quos fructus foliacei ſequuntur, qui adhuc decidunt ante folia, in dem Illkircher- und Ganßauer Wald. Flos monopetalus, campaniformis, ſtaminibus multis ornatus, communis calycis vice ſunt ſquamæ nonnullæ, fructus membranaceus vel foliaceus, veluti coryliformis, præcox, in cujus medio capſula pyriformis condita, membranacea, ſemen ejusdem formæ.

*Vlmus folio latiſsimo, ſcabro, Ger. Emac.* 1481. Ulmus latiore folio Parck. Theat. 1404. *Ipreau*, Wild-Ruſten, Berg-Ruſten, Stein-Linden, quibusdam. Floret. Martio, April. auf dem Gebürge und Waldung gegen Hochfeld, hinter Hochandlau copioſe. In monte Waſſerfall C. B. vidit. Hodierna die hæc ſpecies in Hortos magnatum transfertur, ad formanda ambulacra. Creſcit quoque neben der Ill, auf trockenen ſandichten Boden; auf dem Gebürg bey Rappolſtein, bey Duſenbach.

*Vlmus minor, folio anguſto, ſcabro Ger. Emac.* 1480. Ulmus minor Parck. Theat. 1404. Floret Mart. April. an denen Aeckern gegen Oßwald, neben der Ill, auf trockenen ſandichten Boden; auf dem Hochgebürg bey Duſenbach.

*Vlmus folio glabro Ger. Emac.* 1481. Parck. Theat. 1404. Effenbaum Ypern, Ypen-Baum, Weiß-Ruſten. Folia ampla ſunt, & lata, ſed glabra, ſtatim in inferiore caudicis parte ramis luxuriat copioſis, & fruticoſa eſt. Creſcit copioſe ad ripam fluminis bey Oßwald; in dem Oſtwinckel an dem Waſſer; in der Allée daſelbſten; an feuchten Orten in dem Illkircher Wald. Semper in locis humidis. In proceram tamen etiam arborem exſurgit, ſi purgetur à ramis inferioribus, videre licet talem arborem auf dem Stadt-Wall gegen dem Steinſtraſſerthor, von dem Weiſſen Thurn her; quæ etiam flores protulit menſe Februario, cum alias vix rariſſime florere ſoleat, quia vis vegetativa ejus in ramos luxuriantes diſpergitur. Cortex, quo etiam ab aliis hujus generis ſpeciebus diſtinguitur, eſt lævis, glaber, cinereo ruſeſcens, in junioribus arboribus, in majoribus cinereus, levioribus tantum ſulcis vel rimis potius ſecundum longitudinem notatus, nullis vero transverſalibus uti in reliquis ſpeciebus, quarum cortex magis nigricat, & profunde ſulcatus eſt, admodum rugoſus, cum eminentibus poris. Lignum ejus prorſus album, non ex parte rubrum, uti in vulgari, ſed tenaciſſimum, ita ut difficulter findi queat, es gibt zähe Spåne, und iſt böß zu hauen, minus firmum eſt, ac alterum, es wird unter das weiche Holtz gezählet, difficulter ignem concipit, dum crematur, & calorem longe inferiorem, carboneſque minus bonos præbet, quam reliquorum ulmorum. Folliculi Ulmi foliis adnati ſæpius liquorem continent, qui poſtmodum mutatur in culices, liquor in officinis audit Aqua Veſicularum Ulmi, & vim vulnerariam atque detergentem poſſidet, Oculorum affectibus ſpecificè celebratur. Erdflöh. Flor. Jen. Lignum inprimis prioris ſpeciei decocta ſudorifera & antivenerea ingreditur.

* *Vrtica urens, maxima C. B. Pin.* 232. Urtica vulgaris, major J. B. 3.

*grand*

445. Urtica urens, altera Dod. Pempt. 151. *Ortie commune, ou grande Ortie*, Groſſe Brenneſſel. Perenn. flor. Jun. Jul. an der Landſtraſſe vor dem Spitalthor, & paſſim in dumetis. Alia mas, alia fæmina, id eſt alia floribus, alia fructibus donatur. Flores à fructu tota planta remoti ſunt. Sunt quoque præter mares & fæminas, Urticæ Hermaphroditæ, dum etiam in planta mare ovaria reperiuntur Bœrhaave Ind. Pl. alt. p. 105. Lanugo mordax leni tactu pruritum puſtulasque adulto ſimiles excitat, tota ſuperficies plantæ ſpinulis urentibus obſita eſt. Flos urticæ apetalos, ſtamineus, mas, calyx tetrapetalos, cui inſidet flos, fructus in planta fæmina non florifera fit vel capſula bivalvis, ſemine fœta, & aliquando in globulos congeſta, vel volſella ſemen comprehendens, ſemina depreſſa, ipſo calyce bifolio obvoluta. Pulveris ſeminis urticæ cochlear unum cum vino meraciori miſtum, & per intervalla exhibitum, ſedat Hyſtericarum ſpasmos & dolores, pellit arenulas, & vias urinarias mundificat. Unciæ duæ ſeminis urticæ urentis in libra una vini rubri coctæ, in vaſe clauſo leviter, colicam ab humoribus acribus ortam ſedant & curant, vitrum hoc vino & ſemine repletum, & bene obturatum ter aut quater in aqua fervida tenendum ſaltem, quo ſubtilior ſeminum vis à vino extrahi queat. Decoctum urticæ in Pleuritide cum fructu adhiberi refert Clariſſ. Garidel Hiſt. Plant. 519. monente eodem ſputum viſcidum attenuat & expectorationem promovet. Succus urticæ ſanguinem ſiſtere dicitur etiam ex naribus fluentem, ſi intus ſumatur. Decoctum radicum in Ictero laudatur.

*Vrtica urens, maxima, caule rubente* C. B. Pin. 232. Urtica rubra Tabern. Jcon. 535. mit röthlichten Stengeln. Perenn. Flor. Jun. Jul. ibidem. Eſt quoque vel mas vel fæmina, quæ ſpecies flores fert, non fert embryones ſive fructus, & contra.

*Vrtica vulgaris, minime urens Mentz. Pug.* Eſt varietas prioris, locis humidis umbroſisque proveniens, in ſchattichten Orten des Oſtwalds; und des Jllkircher-Walds. Caule excepto innoxie tractari poteſt, racemi penduli, minus per caulem copioſi. Dillen. App. ad Cat. Giſſ. p. 47.

* *Vrtica urens, minor* C. B. *Pin.* 232. Urtica minor, annua J.B. 3. 446. Urtica urens, minima Dod. Pempt. 152. *Ortie grieche*, Kleine Brenn-Neſſel. Flor. Jun. an den Gärten und Zäunen in der Ruprechtsau; vor dem Metzgerthor.

*Vſtilago Secalina, Tritici, Hordei, Avenæ*, eſt Vitium ſeu corruptio plantarum frumentacearum, ſpicatarum à ſubita & ſæpius iterata mutatione caloris ſolis fervidioris & pluviæ tempore verno vel æſtivo orta, dum ſpica adhuc intra vaginam continetur, & erumpens poſtea nigro colore imbuta apparet, & tota in rubiginoſum pulverem abit, Rocken- oder Korn-Brand/ Weitzen-Brand, Gerſten-Habern-Brand, Taub-Frucht. Reddit tales plantas ſteriles, & ad nutriendum inidoneas, nullo ſuccedente fructu. Latine uſtilago, rubigo audit.

*Vva Vrſi Cluſ. Hiſt.* 63. Vitis Idæa foliis carnoſis, & veluti punctatis, ſive Idæa radix Dioſcoridi C. B. Pin. 470. Figura & deſcriptio florum & fructuum in Inſt. R. H. Fructus ſive Baccæ non umbilicatæ ſunt ſicuti in Viti Idæa buxifoliis, & ſemina majora, quæ in hoc minima, **Steinbeer**. Perennis, ſemper viret, floret April. Majo, baccæ rubræ maturæ Septembri, Octobri, ſæpe ſub nive latent usque ad annum ſequentem. Flos monopetalos, campaniformis, urceolatus, fructus mollis ſeu bacca ſphærica, ſeminibus fœta, gibbis hinc inde planis, oblongis, calyculus exiguus, quaſi denticulatus, ovarium in centro calycis. Creſcit in montibus, arido & aprico ſolo **auf dem Gebürg Breitenau**; In Sundgovia illam vidit J. B. T. 1. p. 523. circa Baſileam; in altiſſimis Vasgoviæ ſylvis Tragus; in confiniis Sundgoviæ C. B. In Italia magis frequens eſt hæc Planta.

*Vulneraria ruſtica* J. *B.* 2.362. Loto affinis, Vulneraria pratenſis C.B. Pin. 332. Anthyllis Lenti ſimilis Dod. Pempt. 552. *Vulneraire*, **Gelber Haſenklee, Wundklee, Wund-Kraut**. Perenn. Flor. Majo **auf denen Matten in dem Oſtwinckel** copioſe. Jcon in Rivino nomine Anthyllis Flores papilionacei in capitulum collecti ſunt, calyx tubulatus, turgidulus, ſiliqua brevis in veſica membranacea, quæ calyx floris fuit, recondita, ſemina ſubrotunda.

## X.

X*Anthium Dod. Pempt.* 39. Lappa minor, Xanthium Dioſcoridis C. B. Pin. 198. Xanthium, ſive Lappa minor J. B. 3. 572. *Petit Glouteron*, **Kleine Kletten-Wurtz, Bettlersläuß**. Flor. Jun. Jul. **an der Landſtraß vor dem Spitalthor; auf dem Schießrein.** Totum fructum, duobus ſeminibus inſtructum decidere, & terræ commiſſum, unicam ſaltem proferre plantam, annotat Clariſſ. Buxbaum Enumerat. Plant. Hallens. accuratiori p. 342. Flores Xanthii floſculoſi mares, in faſciculum collecti, ſteriles (aliis ſtaminei, apetali) ſtamine apice bifido donato, embryones autem in eadem planta oriuntur à floribus ſeparati, fructus oblongus, bicornis, aculeatus, in duo loculamenta diviſus, inſtructus duabus tubis, fœtus duobus ſeminibus oblongis. Succus vel decoctum ſanguinem purificat, impetigines & tumores ſcrophuloſos incipientes curat monente Clariſſ. Garidel Hiſt. Plant. p. 522.

## Z.

⊙ Z*Anichellia paluſtris, major, foliis Gramineis, acutis, flore cum apice quadricapſulari, embryonis clypeolis integris, & vaſculo non barbato, capſulis ſeminum ad coſtam dentatis Michel. Nov. Plant. Gen. p.* 70. *Tab.* 34. *fig.* 1. ubi Jcon elegans

elegans & accurata. Algoides vulgaris Comm. Acad. Reg. Sc. T. 1. pag. 62. Ao. 1719. (ob ſimilitudinem cum Alga) cum fig. & deſcript. *Alguette.* Potamogeton capillaceus, capitulis ad alas trifidis C. B. Pin. 193. Prodr. 101. J. B. 3. 779. Potamogeto affinis, Graminifolia, aquatica Raji Hiſt. 190. Potamogeton omnium minimum 1. Graminis facie, capillaceus, ſiliculis curvis, binis, ternis, dorſo dentato H. Cathol. & Raji Hiſt. Tom. 3. 122. Graminifolia Dillen. ſuppl. Flor. Giſſ. 168. Eſt Fluvialis gramineo folio, polycarpos Botan. Paris. p. 54. ubi Autor florem ejus dicit nudum, & Hermaphroditum, ex alis foliorum immediate prodeuntem, unico ſtamine aut teſticulo pro tribus aut quatuor embryonibus vel ovariis præditum, interdum quinque obſervantur, folia integra, non diviſa, ſunt ſine pediculis. Floret Junio, & cornicula ſeu vaſcula ſeminalia 3. à 6. recurva producit ad foliorum nodos Auguſto, Septembri ſub aqua, cui ſemper immerſa hæc planta eſt. Frequens eſt hæc planta in loco ubi Bruſca Ellam ſubintrat, wie auch in dem Rheingieſſen copioſe; in einer Quell-Waſſer-Gruben auf dem Wacken, welche jetzt eingefaßt iſt, das Waſſer ſteht gantz ſtill, und die planta aufrecht darinn anderthalb Schuh hoch, ex communicatione Dni. Bürckel. In Hiſt. Plant. circa Lutetiam Paris. non extat.

In aquis ſtagnantibus illam provenire Rajus quoque annotat Cat. Plant. circa Cantabrigiam naſcent. Flore eſt apetalo, ſingulari ſtamine, apice oblongo, nunc bicapſulari, nunc tricapſulari, nunc quadricapſulari conſtante ſed ſterili, & calyce carente. Embryo autem vaſculo membrana, calycis vice veluti fugenti, inſidet, abitque deinde in fructum, ex pluribus capſulis oblongis compoſitum, in quibus includitur ſemen reniforme Michelius l. c. p. 70. Folia ut plurimum per paria ſibi oppoſita.

# INDEX NOMINUM PLANTARUM
## QUÆ IN PROPRIIS LOCIS QUÆRI DEBENT.


A — Pag.

ACacia Germ. 252
Acanthium, 55
Achiliæa, 197
Acinos, 77
Aconitum racemoſum, 73
Acorus adulterinus, 153
Adianthum album, 109
aureum, 201
nigrum, 109
pileolo villoſo, 202
